This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



1037.2



86

Bought with
THE INCOME FROM
THE GIFT OF
STEPHEN SALISBURY.
Of Worcester, Mass.
(Class of 1817.)

Received June 25,
1860.

AUG. GOTTH. GERNHARDI

DIRECT. GYMN. VIMAR.

OPUSCULA

SEU

COMMENTATIONES GRAMMATICAE

ET

PROLUSIONES VARII ARGUMENTI

NUNC

PRIMUM UNO VOLUMINE COMPREHENSAE, EMENDATAE, LOCUPLETATAE.

LIPSIAE,

IMPENSIS REICHENBACHIORUM FRATRUM.

MDCCCXXXVI.

Kaao 9707.2
~~12224.37~~

[illegible]

Salisbury Fund.
Th. 20 + /s · Binding R. 12 .86

PRAEFATIO.

Commentationes ac Prolusiones, quibus inde a vigesimo anno huius saeculi separatim privatimque editis Gymnasii Vimariensis solemnia indixissem, uno volumine coniunctas publici iuris feci, quia ex earum distributione nulla plurimarum exemplaria, quae saepe rogatus darem, suppetebant, et ut eorum Virorum doctorum adhortationi obtemperarem, qui benigne de dissertationibus meis sentientes, ut nuper Em. Wilh. Weber (*Uebungsschule für den lat. Stil. 2te Ausg.* p. 528.) suasissent, ut librarii commercii ope eas divulgarem. Scribendi autem opportunitates, quas Gymnasii Guilielmo-Ernestini causa praebuerat, partim quoque anno redierunt, cum vere ineunte solerent iuvenes in Academiam discessuri orationibus publice valedicere, partim eae fuerunt, quas praeter ordinem sive laetior aliqua sive tristior causa attulerat. Quotiescunque igitur mihi facta erat solemnia scholastica indicendi copia, praemissa id feci aliqua Dissertatione, quae a scholastica ratione et iuvenum nostrorum studiis non esset aliena. Transactis autem cuiusque diei solemnibus, videri poterat et Gymnasii causae et meo scribendi officio satisfactum, nisi id ipsum, de quo scripsissem, esset eiusmodi, ut cum

aliis cuperem communicatum, qui extra Vimariensis et urbis et terrae fines philologi, iidemque periti et aequi iudices, exstarent: a quibus legi et censeri volupe est et certe utile ei, qui iusta reprehensione velit sapienter uti et in sua arte vel studio, quantum potest, progredi. Quo lubentius Seebodio tertiam ac tres insequentes Commentationes grammaticas concessi in Novo tabulario philol. divulgandas, unde dolebam eas non paucos errores typographicos contraxisse. Iucundius illud fuit, quod compluribus libellis meis contigit, ut in Beckii, nunc Gersdorfii, cura Lipsiae edito Repertorio, in Ephemeridibus litterarum Lipsiensibus et scholasticis Darmstadiensibus, aliis indicibus litterariis non sine commendatione indicarentur. Hinc repeti videtur aliquid posse excusationis, quod scholastica haec Opuscula *Reichenbachiis Fratribus*, Viris honestissimis, coniunctim edenda tradiderim sic, ut nunc quidem praetermissis iis Dissertationibus, quas inde ab anno 1811. extremo usque ad anni 1820. mensem Martium Fribergensis Gymnasii Rector scripseram, ea tantum opuscula colligerem, quae, Vimariensis Gymnasii nomine coniuncta, viderentur unius voluminis modulo esse comparata. Neque potuerunt in hac collectione Orationes recipi, quas latino sermone in discessu iuvenum e disciplina nostra in Academiam dimittendorum vel aliis occasionibus habueram, neque Carmina, quibus ego, Gymnasii interpres, aliquoties communem nostram sive laetitiam, sive tristitiam publice significaveram.

Erat autem quod de Opusculorum editione instituerain sic faciendum, ut scribendi causas, invitandi formulas et nomina eorum discipulorum, qui essent

valedicturi, cuique Programmati adiecta praetermitterem, illud retinerem, quod videbatur ad omnes, qui cum philologiae tum scholasticae institutioni operam darent, pertinere. Et quoniam duodecim Commentationes grammaticae non continuis totidem annis conscripseram, sed Prolusionum, quae varii argumenti sunt, aliquam subinde interposueram; in hac editione seriem Commentationum grammaticarum a Prolusionum ordine seiungere placuit. Creverat vero Commentationum numerus, cum alteram alteri addidissem, non certo ordine praeparatam, sed si quando in hunc vel illum grammaticae doctrinae locum incideram, aliqua plerumque cuiuspiam Viri docti sententia publice proposita, de qua disceptandum videretur, permotus. Interdum etiam, ut cum de gerundio et supino quid statuerem, scripsissem, erat sane cur proximo anno de participio Latinorum dissererem: et quoniam tertia Commentatione particulam *si*, vel quarta coniunctionem *ut* paucioribus verbis attigeram, in mentem venit pluribus annis post, Ellendtii et Etzleri libris incitantibus, de periodo conditionali, tum etiam de vi et usu coniunctionis *ut* exponere, quantum Wunderi sententia e Lipsiensibus annalibus philol. cognita, indeque natae controversiae ratio et meae scriptionis fines paterentur. Monebant etiam ea, quae de Iacototi et Hamiltonis experimentis erant tradita, ut XI. Commentationem *de emendanda ratione* scriberem, *qua pueri linguae lat. cognitione imbuuntur*. De his et aliis locis controversiae obnoxiis ea disserui, quae ad rei naturam vel usum maxime putabam pertinere.

Quae opuscula cum coniunctim edere constituissem, praeter emendandi curam operam dedi, ut

annotationi potissimum adderem, quae ab aliis dissentientibus cognovissem de istis rebus disputata. Quod cum saepe alias, tum in ea Commentatione feci, quae est altero loco de formula *nescio an* vel *haud scio an* anno 1822. primum edita, ut quae in Catonis Mai. editione tribus annis ante ad c. 16, 54. scripsissem, Virorum doctorum censura adductus explicarem, praesertim cum aliquanto post idem argumentum alio modo tractandi periculum fecissem. Tum praeter alios Car. Beierus in excursu ad Laelium et Ferd. Handius in I. Volumine Turscllini suam de hac locutione sententiam exposuerunt. Ut igitur quae scitu dignissima ad meam causam pertinerent, illi Commentationi adderem, pleraque eius generis in notas conieci. Ex qua intelligentium virorum controversia aliquid ad eos redundat utilitatis, qui suo iudicio usi volunt, quid statuendum sit, exquirere. Fuerunt etiam in aliis Commentationibus comparandae Etzleri, Aug. Grotefendii, Weissenbornii, Billrothii, aliorum scripta, unde repeterem, quae comparare lectoris putarem interesse. Quamquam modus fuit huic generi locupletationis constituendus, ne nimis anquirendo aliorum de re quaque sententias molestiam iis facerem, quibuscum vellem quid ipse sentirem communicare.

Haec fere fuerunt, quae benevolum lectorem de hac Opusculorum editione scire vellem.

A. G. Gernhard.

INDEX OPUSCULORUM.

I. COMMENTATIONES GRAMMATICAE.

		Pagina.
I.	De natura et usu accusativi cum infinitivo apud Latinos. (Edita est Commentatio a. 1821.) . . .	1 — 23
II.	De formula *nescio an* vel *haud scio an* (a. 1822.) .	24 — 57
III.	De Latinorum indicativo et Germanorum coniunctivo in usu verborum *debere*, *melius* vel *aequius esse*, aliorum huius generis. (a. 1824.)	58 — 80
IV.	De vi et usu coniunctivi apud Latinos. (a. 1824.) .	81 — 109
V.	De supino et gerundio verborum apud Latinos. (a. 1825.)	110 — 133
VI.	De usu participii in sermone latino. (a. 1826.) . .	134 — 152
VII.	De constructione enunciationum in serm. lat. (a. 1827.)	153 — 182
VIII.	De collocatione verborum et enunciationum in serm. lat. (a. 1828.)	183 — 211
IX.	De periodo conditionali Latinorum. (a. 1829.) . .	212 — 236
X.	De vi et natura coniunctionis *ut*. (a. 1831.) . . .	237 — 263
XI.	De emendanda ratione, qua pueri linguae latinae cognitione imbuuntur. (a. 1832.)	264 — 290
XII.	De cautionibus quibusdam in scholastica veterum scriptorum interpretatione adhibendis. (a. 1833.) . .	291 — 309

II. PROLUSIONES.

		Pagina.
XIII.	De scribendis legibus scholasticis. (a. 1820.) . .	310—321
XIV.	Prolusio, qua recognoscuntur ea, quae Cicero in Laelio de amicitia disputavit. (a. 1823.) . . .	322—339
XV.	De Gymnasiorum frequentia caute minuenda. (a. 1828.)	340—354
XVI.	De philologiae et philosophiae studio ad religionis Christianae doctrinam necessario. (a. 1830.) .	355—372
XVII.	De M. T. Ciceronis Somnio Scipionis Prolusio I. (a. 1834.)	373—390
XVIII.	De M. T. Ciceronis Somnio Scipionis Prolusio II. seu Varia lectio trium Codicum Cicer. Somnii Scip. cum annotatione critica. (a. 1835.) . .	391—410

annotationi potissimum adderem, quae ab aliis dissentientibus cognovissem de istis rebus disputata. Quod cum saepe alias, tum in ea Commentatione feci, quae est altero loco de formula *nescio an* vel *haud scio an* anno 1822. primum edita, ut quae in Catonis Mai. editione tribus annis ante ad c. 16, 54. scripsissem, Virorum doctorum censura adductus explicarem, praesertim cum aliquanto post idem argumentum alio modo tractandi periculum fecissem. Tum praeter alios Car. Beierus in excursu ad Laelium et Ferd. Handius in I Volumine Tursellini suam de hac locutione sententiam exposuerunt. Ut igitur quae scitu dignissima ad meam causam pertinerent, illi Commentationi adderem, pleraque eius generis in notas conieci. Ex qua intelligentium virorum controversia aliquid ad eos redundat utilitatis, qui suo iudicio usi volunt, quid statuendum sit, exquirere. Fuerunt etiam in aliis Commentationibus comparandae Etzleri, Aug. Grotefendii, Weissenbornii, Billrothii, aliorum scripta, unde repeterem, quae comparare lectoris putarem interesse. Quamquam modus fuit huic generi locupletationis constituendus, ne nimis anquirendo aliorum de re quaque sententias molestiam iis facerem, quibuscum vellem quid ipse sentirem communicare.

Haec fere fuerunt, quae benevolum lectorem de hac Opusculorum editione scire vellem.

A. G. Gernhard.

INDEX OPUSCULORUM.

I. COMMENTATIONES GRAMMATICAE.

		Pagina.
I.	De natura et usu accusativi cum infinitivo apud Latinos. (Edita est Commentatio a. 1821.) . . .	1 — 23
II.	De formula *nescio an* vel *haud scio an* (a. 1822.) .	24 — 57
III.	De Latinorum indicativo et Germanorum coniunctivo in usu verborum *debere*, *melius* vel *aequius esse*, aliorum huius generis. (a. 1824.)	58 — 80
IV.	De vi et usu coniunctivi apud Latinos. (a. 1824.) .	81 — 109
V.	De supino et gerundio verborum apud Latinos. (a. 1825.)	110 — 133
VI.	De usu participii in sermone latino. (a. 1826.) . .	134 — 152
VII.	De constructione enunciationum in serm. lat. (a. 1827.)	153 — 182
VIII.	De collocatione verborum et enunciationum in serm. lat. (a. 1828.)	183 — 211
IX.	De periodo conditionali Latinorum. (a. 1829.) . .	212 — 236
X.	De vi et natura coniunctionis *ut*. (a. 1831.) . . .	237 — 263
XI.	De emendanda ratione, qua pueri linguae latinae cognitione imbuuntur. (a. 1832.)	264 — 290
XII.	De cautionibus quibusdam in scholastica veterum scriptorum interpretatione adhibendis. (a. 1833.) . .	291 — 309

II. PROLUSIONES.

		Pagina.
XIII.	De scribendis legibus scholasticis. (a. 1820.) . .	310—321
XIV.	Prolusio, qua recognoscuntur ea, quae Cicero in Laelio de amicitia disputavit. (a. 1823.) . . .	322—339
XV.	De Gymnasiorum frequentia caute minuenda. (a. 1828.)	340—354
XVI.	De philologiae et philosophiae studio ad religionis Christianae doctrinam necessario. (a. 1830.) .	355—372
XVII.	De M. T. Ciceronis Somnio Scipionis Prolusio I. (a. 1834.)	373—390
XVIII.	De M. T. Ciceronis Somnio Scipionis Prolusio II. seu Varia lectio trium Codicum Cicer. Somnii Scip. cum annotatione critica. (a. 1835.) . .	391—410

I.

COMMENTATIO GRAMMATICA

DE

NATURA ET USU ACCUSATIVI CUM INFINITIVO APUD LATINOS.

Artis grammaticae munus gravissimum est exquirere, quatenus quaeque cuiusvis linguae regula in humanae mentis natura, communique cogitandi ratione posita sit, quantumque e castissimi sermonis usu, h. e. sola optimorum cuiusque linguae scriptorum fide et auctoritate colligendum. Nam usus loquendi non tam libidinosum imperium exercet, ut cogitandi necessitati non obnoxius sit; admirandumque est, quanta in sermonis partibus naturae mentisque sit cum usu conspiratio: qua cognita apparet, in maxima linguarum diversitate esse illam causarum pervestigationem hoc minus desperandam, quod eadem res vel rei conditio pluriumque rerum coniunctio vario modo potest cogitari. Ex utroque autem fonte, et humanae mentis natura et diuturno sermonis usu, cum omnis linguae

ratio ducenda sit, si quis velit alicuius constructionis vel syntacticae regulae causam et naturam aperire, tum illud in primis tenendum, vocabula, quae duplici vel triplici modo strui possunt, a diligentissimis scriptoribus non temere nec sine ratione nunc hoc nunc illo modo adhiberi, sed ut vocabulorum sic constructionum delectum fieri ad quandam cogitandi necessitatem comparatum.

In quo iucundissimo grammatici munere quoniam versamur, ea, quae data nunc est, scribendi opportunitate sic uti voluimus, ut e nostris latinae grammaticae commentationibus tantum expromeremus, quantum scribendi fines paterentur. Hunc autem locum, qui est de natura et usu *accusativi cum infinitivo*, aptissimum putavimus non modo propter huius constructionis frequentiam et necessitatem, sed etiam propter nostri de ea re iudicii dissensum ab eorum Virorum DD. sententia, qui paucis abhinc annis hunc latinae grammaticae locum pervestigantes in diversas partes abierunt. Nam Wachsmuthius [1]) non tam rationem et naturam cogitandi, quam consuetudinis initia, quae videbantur, et analogiam secutus, ut vernaculae dictionis „*Ich höre den Socrates reden*“, omnino vero, inquit, accusativus primum a verbo praemisso attractus, tunc autem infinitivus adiunctus esse putandus est, quod familiari Plauti et Terentii sermone, modo ipso finito probatum videmus, e. g. *Fac me, ut sciam. Te faciam, ut miser sis* [2]). Idem V. D. de accusativo c. infin. subiecti partes agente expositurus ad licentiam loquentium confugit „qui primam constructionem (post verba transitiva) brevitati

1) *De Accusativo cum infinitivo disput.* Wilh. Wachsmuth. *Halis Sax.* 1815. 8. *p.* 15.

2) In his, diversissimis a nostra causa, exemplis est potius duarum locutionum confusio, quam attractio. Una locutio haec est: *Fac me certiorem*, altera, *Fac, ut sciam.* Neque ita intelligitur, cur infinitivus adiunctus sit.

studentes variis adhibuerint occasionibus, et mox in frequentiorem diversumque usum siverint aberrare.“ In his phrases, quae accusativum c. infin. ut subiectum praemittant, (*constat*, *apparet*, simil.) fere omnes cognatas esse verbis sentiendi et dicendi. Quid vero statuet V. D. de his: *virum bonum esse utile est; non emacem esse vectigal est?* Ut autem multa in hoc genere pervertit, sic infinitivos, adiuncto accusativo, *felicem esse*, *videri* etc. non ex propensione (ut ipsi dicere placuit) in illam constructionem accusativi repetere debebat, sed ex accusativi necessitate. Haec et alia cum Vir quidam D. [3]) in Wachsmuthii libello diiudicando acute notaret et, contrariam sententiam defendens, accusativum pendere vellet ex infinitivo, qui a verbo praecedente regeretur, in alium errorem incurrit. Nam formulam *cupio te discere* V. D. sic interpretatur, ut accusativus *te* pendeat ex infinitivo *discere*, qui propter relationis vim accusativum postulet [4]). Quod parum cum infinitivi natura convenire, etiam ex hoc exemplo intelligitur. *Credibile est*, *hominum causa factum esse mundum*, in quo *factum* dicit affectum esse ab *esse* et cum voce *mundum* tanquam adiectivum coniunctum. At verbum *esse*, quod praedicato caret, nec nisi mera

3) *Heidelbergische Jahrbücher der Litteratur* 1816. p. 937. seq.

4) Ibid. p. 939. „Wenn das regierende Verbum sentiendi oder declarandi im Activ steht, so ist er (der Infinitiv) der Accusativ: *cupio discere*, wie: *possum scribere* (Accus.). Jetzt soll sich das *discere* auf das Subject „*du*“ beziehen. — „Das Lernen von dir, das Lernen deiner“; der Ausdruck des Sich-Beziehens, Sich-Erstreckens ist aber der Accusativ, also *te*. — — Belagerung der Stadt *oppugnari urbem* belagert werden (gedacht als sich erstreckend, ergreifend) die Stadt. — — Steht das regierende Verbum im Passiv, so wird natürlich der Infinitiv der Nominativ, wie alle Accusative überhaupt. Und so wie im ersten Fall der Acc. c. Inf. Object des Satzes war, so wird er jetzt Subject: *Undique concluditur omnia consilio divino administrari:* das Verwaltetwerden von Allem (gleichsam „Alles“ afficirend) wird geschlossen.“

copula est, nisi sit *exstare*, ὄντα εἶναι, nullum nomen regere potest. Tum quam incerta sit haec accusativi explicandi ratio, apparet, si activo verbo in passivum mutato, cum Viro D. dicas: *Graeci traduntur* (κατὰ τὸ) *invenisse*, ut igitur pari modo infinitivus relationis casum prae se ferat, cum V. D. verba *Graecos invenisse traditur* non posset non, si constare sibi vellet, explicare: *traditur invenisse* (κατὰ) *Graecos*. Ita enim quidni eodem iure dixeris: *tradunt Graecos* (κατὰ τὸ) *invenisse*? Hac ratione nihil efficitur: sed tamen V. D. non longe a vero cognoscendo abfuit [5]), recteque illud monuit, in hoc disputandi genere a relationis natura proficiscendum esse [6]).

Etenim, ut iusta sit disputandi ratio, revocari haec omnia debebunt ad ratiocinationem, quae fit e duarum vel notionum vel enunciationum relatione, in

---

5) Rectius eandem denique rationem explicavit Billrothius (Lateinische Schulgrammatik für alle Classen. Leipz. 1834. §. 250. *Anm.* p. 305.) „der durch den Infinitiv bezeichnete Zustand will auf ein Ding, das sich in demselben befindet, *bezogen* sein. — - Uebrigens ergiebt sich aus der ganzen Betrachtung, dass beim accus. cum infin. *sprachlich* der Infinitiv die *Hauptsache*, das *zuerst* Gedachte ist, und dass der Accusativ nur als Bestimmung zu ihm hinzutritt; sehr treffend bemerkt daher von Humboldt a. a. O. (Indische Bibliothek B. 2.) S. 117, dass man richtiger sagen würde: infinitivus cum accusativo, als accusativus cum infinitivo." — Recte id quidem, si infinitivum absolutum, ut *peccare*, quo exemplo Billrothius utitur, indefinitae in sese habere intelligis accusativum personae, quem latentem excitas et definis, si dixeris: *hominem* vel *Caium peccare*. In ipsa vero oratione *Caium* ante cogitaveris, quam quidquid sit, ei tribuas. Ita infinitivus ad accusativum accedit, vel uterque pari iure fruitur. Quamquam infantia Latinitatis verbum ab accusativo minus concinne seiunxit. Vid. Gell. Noct. Att. I, 7. et Wilh. Weissenbornii *Syntax der lat. Sprache.* 1835. §. 149. Anmerk. 6.

6) Idem iam dudum monuerat Godofr. Hermannus Vir Illustris, quem cum pietate revereor, in libro *De emendanda ratione graecae grammaticae. Lips.* 1805. p. 142 et 146.

qua verbis recte significanda haec duo videnda sunt, primum, qua ratione quaeque notio quoque loco cogitari debeat: alterum hoc est, ut, cum plurima verba aliam ex alio relationis genere et constructionem et significationem contrahant, ne licentiae, sed finibus quibusdam circumscriptae concinnitatis studio legitimam dicendi varietatem, et vocabulorum vel enunciationum, alterius ad alteram, sese applicandi facilitatem deberi putemus. Est autem in ratiocinando triplex relationis genus, distinguendaque ratio inhaerentiae, qua quid est aut substantia, quae nuda per se cogitata, omnisque relationis expers casu nominativo exprimitur, ut *liber*, *iuvenis*, aut tanquam accidens alii rei inhaerere cogitatur, cui inhaerentiae generi accusativus inservit, ut *doceo iuvenem*, *lego librum*. Altera ratio est consecutionis, qua quid aut causa est, aut effectus; tertia communionis, qua duae res mutuo efficientiae nexu coniunctae sunt. Ad alterum relationis genus quoniam aliquo signo opus est, in consecutione notanda ea coniunctionis particula latine adhibetur, quae causam denotat, *quod*; effectum significat *ut*. Inhaerentiam vero enunciationum latinae linguae usus non alicuius particulae ope significari voluit, cum Germanice coniunctione *dass* plerumque utamur, sed ubi conditionis alicuius cogitatio vel declaratio significanda est, conditionis vocabulum per infinitivum, eius autem rei nomen, cuius est conditio, per accusativum indicatur. Nam quae res tanquam accidens cogitari debet, h. e. conditionem aliquam notat, per accusativum casum exprimitur, addita copula, qua demum praedicati significatio perficitur, ut *regem esse*, *militem esse*, pro quo si *regnare*, *militare* dicis, huic verbo praeter copulam regis s. militis praedicatum inest, in quo simul incertum subiectum cogitatur, ut integra sit enunciatio. Neque copula *esse* hunc accusativum regere potest, sed praedicatum, quod est accidens, accusativi formam induit propterea, quod, ut nudae substantiae casus nomina-

tivus est, sic accidentia, substantiae opposita, si nuda et per se cogitantur, non habent alium, praeter accusativum, casum [7]). Itaque *regem esse*, *Alexandrum esse* hanc ipsam conditionem cum copula non minus significant quam adiectiva *fortem esse*, *felicem esse*, *εὐδαίμονα εἶναι*.

Quodsi in hac nuda conditionis alicuius significatione incertum subiectum per ipsum adiectivi accusativum quodammodo indicatur, ut Cic. Tusc. IV, 12, 27. *Aliud est iracundum esse, aliud iratum*, cur non certo ac definito subiecto eundem casum magis convenire putemus, quam reliquos casus? Verr. V, 66, 170. *Facinus est, vinciri civem Romanum; scelus verberari;* Itaque loquendi usus non libidinose, sed ad naturam relationis convenientissime iussit dici *te salvum esse*, *Alexandrum regem fuisse*, *s. regnasse*. Nec vero hic subiecti accusativus, dum tota enunciatio nihil habet, quo referatur, a copula neque ab infinitivo postulatur, sed sola incerti subiecti, quod in praedicato *salvum esse* aut *regnasse* latet, cognatione vel similitudine in eandem formam redigitur, si quidem placuerit per se constantis et perfectae enunciationis, *Alexander rex fuit s. regnavit*, *tu salvus es*, formam suspensam reddere h. e. eam formam fingere, quae huius enunciationis relationem ad aliam enunciationem indicet. Ita fit, ut *Socratem sapientem fuisse* non possit pariter, atque *Socrates sapiens fuit*, ipsum per se, sed eo demum pacto intelligi, si exploratum est, utrum subiectum [8]) sit, addito quidem

7) Cf. Weissenbornii *Syntax der lat. Sprache.* §. 127. et 147. sq.

8) Weissenbornius l. c. §. 147. extr. et §. 148. Anmerk. 2. accusativum c. inf. negat pro subiecto unquam haberi posse, etiamsi *opinio est*, quod sit *opinantur*, vel *constat* v. *intelligitur* cogitandi actionem indicet. „Denn auch in diesen erscheint der Geist beschäftigt mit einem Object und seiner Beschaffenheit, beide verhalten sich leidend zu der Thätigkeit; dieses geht auch daraus hervor, dass der Accusativ

praedicato *constat*, *Socratem sapientem fuisse* an obiectum, ut si dixeris *Cognovi Socratem sapientem fuisse* (Socratis sapientiam). Eiusmodi autem vox cum addita aut praemissa est, apparet, definiti subiecti (Socratem) accusativum non rhetoricae, sed syntacticae concinnitatis studio, quod non minimum apud Latinos fuit, deberi. Etenim cum in prosae orationis usu constituendo Latini scriptores classici Graecorum sermonem imitari nollent, qui dicebant, ut Thucyd. I, 93. δήλη ἡ οἰκοδομία ἔτι καὶ νῦν ἐστιν ὅτι κατὰ σπουδὴν ἐγένετο pro δήλον ἐστὶν, ὅτι cum verbo finito, aut, omissa particula, δήλη ἐστὶ — γενομένη, cum igitur activo quidem genere nollent dicere *Notus est Socrates sapiens fuisse*, neque *Notum est*, (certe non *Audivimus*) *quod Socrates sapiens fuit*, neque, subiecti voce a praedicato seiuncta, *Notum est de Socrate, sapientem fuisse*, ille autem modus dicendi *Socrates, ut notum est, sapiens fuit* non suspensam, sed definitam praeberet enunciationem; nulla sane relationis forma supererat, praeter accusativi formam, quae communiter cum praedicato subiecti vocabulo tribueretur. Atque hoc modo etiam illud consecuti sunt, ut *Constat*, *notum est*, vel eiusmodi dictio non ad solum subiectum aut praedicatum referri posset, sed ad totam illam enunciationem [9]) *Socratem sapientem fuisse*.

---

beim Passiv in den Nominativ übergehen kann.“ Mecum sentit Billrothius l. c. §. 251. et 252. Anmerk. 1.

9) *Enunciationem (Satz)* non vult accusativum c. infin. appellari Weissenbornius l. c. §. 147. extr. „Als *Satz* kann der acc. c. inf. nicht betrachtet werden, da ihm die Bezeichnung der Aussage fehlt, sondern er ist *Satztheil* und zwar Object. Enunciationis nomen excusat Billrothius l. c. §. 252. Anmerk. 1. „Obgleich der accus. c. infinit. eigentlich nur Theil eines Satzes (entweder Subject oder Object) ist, — so wird er doch für den praktischen Zweck nicht unbequem angesehen, als ob er ein eigner Satz wäre, der sein Subject im Accusativ, sein Prädicat mit der Copula im Infinitiv habe, und ausserdem

Sed quod dixi hanc accusativi cum infinitivo constructionem non posse non habere, quo ipsa haec enunciatio referatur, ne quis opponat commoti animi exclamationes, qualis est apud Cic. ad Terentiam uxorem Epp. XIV, 1. *Me miserum, te ista virtute, fide, probitate, humanitate in tantas aerumnas propter me incidisse!* Interrogationis formam prae se fert stupentis animi cogitatio simillima Cic. Verr. V, 38, 99. *Siculosne milites, aratorumne liberos — eosne — eo cibo esse usos, a quo maiores eorum ceteros quoque, frugibus inventis, removerunt?* p. Cluent. 31, 84. *Tene hoc, Atti dicere —?*

Longe frequentiora sunt verba impersonalia, vel ea, quae praedicati loco ad accusativum c. infin. tanquam ad *subiectum* accedunt. In quibus sunt cum alia huius generis, tum Cic. Philipp. XIII, 8, 16. *Omnibus bonis expedit salvam esse rempublicam.* Tusc. V, 39, 114. *Traditum est Homerum caecum fuisse.* De Nat. D. II, 33, 85. *Quorum utrumvis sit, sequitur, natura mundum administrari.* Eundem accusativum c. infin. tanquam *obiectum* requirunt verba sentiendi et declarandi, vel quae verba his sunt significatione paria et conditionis alicuius, in qua aliquid est, cogitationem aut significationem verbis exprimendam indicant, ut: *censere, persuadere, placet, aequum est, verum est;* quae ita demum accusativum c. inf. adsumunt, si declarandi vim habent. Saepe vero eadem verba ad agendum per *ut* et coniunctivum impellunt [10]). Quamquam si homo ipse in conditione

---

noch ein erstes, zweites (§. 175) Object und andere Bestimmungen bei sich haben könne. Nego, te (Subj.) mihi (zweites Obj.) librum (erstes Obj.) dedisse (Prädicat und Copula)."

10) Utramque vim idem eodem loco verbum *censeo* exercet Sallust. Jug. 25. *His litteris recitatis fuere, qui exercitum in Africam mittendum censerent, et quam primum Adherbali subveniendum: de Iugurtha interim uti consuleretur, quoniam non paruisset legatis.* ubi *censeo* significat *existimo* c.

aliquamdiu versans videndo vel audiendo animadverti aut fingi dicitur, pro infinitivo solet accusativo adiungi participium, quo arctior aliquamdiu permanentis vel iteratae conditionis cum eo, cuius illa est, significatur coniunctio. Cic. Fin. II, 28. *Socratem, qui voluptatem nullo loco numerat, audio dicentem, cibi condimentum esse famem, potionis sitim.* Utraque struendi ratio ex eodem verbo pendet Nat. D. I, 12. *Xenophon-facit-Socratem disputantem, formam dei quaeri non oportere: eundemque et solem et animum deum dicere.* Hic propter accusativorum concursum *dicere* pro *dicentem* placuit [11]). Ipsa vero alicuius rei conditio, sensu menteve percepta per accusativum cum infinitivo ab eo, cui tribuitur, magis quam per participium accusativo additum [12]) distinguitur. — Neque accusativus c. infin. prohibetur, si qua vocula intercesserit, qua id quod sentitur, aut declaratur,

---

acc. et inf. idemque *postulo*, sequente *ut* c. coni. Similiter Liv. XXV, 29. *Praetores tamen prius creari, quam legatos nominari placuit:* coll. Cic. Philipp. III, 15. extr. *Senatui placere, uti* C. Pansa A. Hirtius — *referant.* Accusativum c. infin. Tacitus non raro addit verbis *suadere, hortari, monere.* Plures locos congessit Fr. Güntherus „Ueber den Accusativus cum Infinitivo anstatt der Construction mit *ut* oder *ne*," in *Athenaeum, humanistische Zeitschrift, herausgeg.* v. Fr. Günther *und* W. Wachsmuth. *Halle* 1816. Vol. I. p. 95 — 121. Distinguendum etiam est *ut* (wie), inprimis post verbum *video*, a coniunct. *ut* (dass). De qua re vid. nostram Comment. X.

11) Germanice adhibetur coniunctio *dass: Ich höre, dass er behauptet*, aut omissa coniunctione, *Ich höre, er behauptet*, aut *er behaupte*, si id ab aliis, qui ipsi audierunt, comperimus, aut *Ich höre, sehe, lasse ihn gehen*, id quod trium horum verborum proprium est. Ad idem subiectum si utrumque verbum pertinet, infinitivo praeponi solet particula *zu*, *Ich hoffe, wünsche, glaube, meine zu hören.*

12) Huc etiam pertinent verba *volo, nolo, oportet* cum praeteriti pass. participio, ut Cic. de Fin. I, 6. extr. ad Qu. Fr. III, 9. *Quare domestica cura te levatum volo.* Acad. Qu. II, 4, 10. *totam enim rem Lucullo integram servatam oportuit.*

acrius effertur, aut animus magis ad rem attenditur ut *sic*, *ita*, *hoc*, *id*, al. Fin. I, 9. *idque* (Epicurus) *instituit docere sic: Omne animal, simulatque natum sit, voluptatem appetere, eaque gaudere ut summo bono.* Ad Her. III, 15. *Hoc scire tamen oportet, pronunciationem bonam id perficere, ut res ex animo agi videatur.* In sermone familiari interdum, eiusmodi vocula interposita, modus finitus post verbum sentiendi aut declarandi adhibetur Ter. Andr. V, 4, 26. *Verum hercle opinor fuisse Phaniam: hoc certo scio, Rhamnusium sese aiebat esse.* — Tum etiam animadvertendum est, accusativum pronominis, quo Graeci, si utriusque verbi idem subiectum est, propter participii et nominativi usum supersedere solent, latine ante infinitivum ita demum omitti posse, si accusativus pronominis in primario verbo subiecti locum sustinet, nec quidquam de perspicuitate detrahitur, ut Cic. Orat. I, 22, 101. *dum mihi liceat negare, posse quod non potero, et fateri nescire quod nesciam, licet:* non item in his: Offic. III, 11, 49. *Themistocles-dixit in concione, se habere consilium reipublicae salutare, sed id sciri opus non esse.*

Quo loco distinguenda ea verba sunt, quae nunc solum infinitivum, nunc accusativum cum infinitivo adsciscunt, et ea, quae cum duplicem accusativum regant, modo alterum (rei) accusativum in infinitivum abire patiuntur, modo accusativum cum infinitivo, quo utroque obiectiva enunciatio exprimitur, recipiunt. Nam accusativus personae, per se ille quidem pendens e verbis *docere*, *vetare*, *prohibere*, al. discernendus est ab eo accusativo, qui cum infinitivo arctissime coniunctus rem indicat, quam quis docendo, vetando declarat. Itaque accusativum quidem *et* infinitivum, quorum uterque per se tanquam duplex accusativus a verbo regitur, non accusativum *cum* infinitivo aut strictiore sensu dictum accusativum cum infinitivo deprehendes in his: Tusc. V, 20, 58. de Dionysio: *Quin etiam ne tonsori collum committeret,*

tondere filias suas docuit. Nam rei docendae accusativus (artem tondendi) tantum in infinitivi formam abiit. Is autem accusativus cum infinitivo, cuius naturam et vim nunc exploramus, ostenditur Nat. D. I, 38, 107. *Orpheum poetam docet Aristoteles nunquam fuisse.* Nam verba *Orpheum poetam nunquam fuisse*, coniunctim unum id, quod Arist. docuit, non personam, quam docuit, declarant. Similiter statuendum est de Orat. II, 24, 100. *Lex peregrinum vetat in murum adscendere.* Qui ita demum accusativus cum infinitivo dici potest, si verba sic struuntur *Lex vetat, peregrinum adsc. in m.* ut Offic. III, 11, 47. *Qui peregrinos urbibus uti prohibent;* (cf. ibidem *usu vero urbis prohibere peregrinos, sane inhumanum est:* qua ratione actio ab agente seiungitur.) Itaque saepe verborum collocatio consideranda est, ut accusativum *distinguas*, qui a verbo finito regitur sic, ut accedat infinitivus pro substantivi sive nominativo sive alio casu, ut: *Militem decet fortem esse* (fortitudo decet militem), quae verba, si, mutato loco, sic effers *Fortem militem esse decet* una fortitudo militaris per se laudatur, concreto pro abstracto posito sic, ut universe dictum sit. Is igitur non est accusativus *cum* infinitivo, sed unum subiectum, quod verbalem formam infinitivi induit, addito praedicato *decet*, ut fieret integra enunciatio, in qua esset accusativus *et* infinitivus ad unam notionem constituendam.

Ad alterum autem verborum genus, quod dixi distinguendum esse, pertinent verba *pergo, consuevi, soleo, debeo, possum*, al. quibus nudus infinitivus adiungitur propterea, quod infinitivus sufficit ad definiendam eam, quae in verbo finito est, vel officii vel consuetudinis, facultatis, studii, cupiditatis notionem, quae non rem aliquam, tanquam accidens, postulat, sed suae notionis descriptionem seu nudam praedicati cum copula significationem, h. e. infinitivum. Quare non modo dicitur *potes scribere*, sed etiam *debes esse iustus. volo, cupio, studeo esse clemens.* Ex quo

elucet, haec verba dum sunt auxiliaria, quoniam non accusativum regere possunt, infinitivum secum iungere, cuius ope fit subiecti et praedicati copulatio, et enunciationis forma perficitur, qualis est in verbis desiderativis *coenaturio*, *esurio*, *emturio*. In quo auxiliarium verborum numero quae cupiditatem, voluntatem, studium significant, ea sunt eiusmodi, ut, quemadmodum substantivi accusativum non repudiant, sic accusativum cum infinitivo, seiuncta quidem subiecti et obiecti conditione, haud raro recipiant, sive infinitivi subiectum idem sit cum verbi finiti subiecto, sive aliud. Utroque pacto accusativus c. inf. rem significat tamquam extrinsecus accipiendam, nunc aliorum iudicio, nunc fortunae arbitrio commissam, ut Cic. Epist. IX, 19. *Rem tibi volo bene et feliciter evenire*. Catil. I, 2, 4. *Cupio, patres conscripti, me esse clementem: cupio in tantis reip. periculis me non dissolutum videri*. Offic. II, 20, 70. illis, a quibus exspectat — *gratum se videri studet*. Offic. I, 19, 65. *principemque se esse mavult, quam videri*. Cuius constructionis causa non est in vitanda ambiguitate, ne praedicati vox pro subiecto habeatur, si dicas *Princeps esse mavult, quam videri*, sed partim ad notandam cupiditatem pronominis accusativus ipsum ostendit (tamquam obiectum), quem principem velit esse, partim propterea, quod intelligi debet, id quod velit in sola voluntate, sed eventum in gratia vel iudicio hominum esse positum [13]).

13) Plura bene de hac re disputavit Chr. Gottl. Herzog in *Observationum in nonnullos veterum scriptorum locos*, Partic. II. Gerae 1829. p. 18. seqq. ubi *Gratum se videri studet* (pag. 23.) idem valere dicit, ac si dixeris: *ab aliis gratus haberi vult*. Distinguit enim Vir D. Verborum voluntativorum inferiorem ordinem, in quo sunt verba *auxiliaria*, a superiore ordine *absolutorum*. „Itaque quum *velle* sit animo aliquid appetere, id fieri potest vel ita, ut animi quae significatur intentio vel proclivitas hominem ipsum spectet, idque contendatur, cuius ipse consilii auctor compos fieri vel cogitari potest. At con-

Ad horum verborum similitudinem, quae nunc nominativum praedicati, nunc accusativum cum infinitivo adsciscunt, ab usu accusativi cum infinitivo *passiva* verba deflexerunt, ut pro *Dicitur*, *Socratem sapientem fuisse* latini mallent *Socrates dicitur sapiens fuisse*, rariora essent huius generis exempla Tusc. V, 5, 12. *Non mihi videtur* (pro *placet* aut *verum esse videtur*) *ad beate vivendum satis posse virtutem.* Neque hoc mirum videri debet, cum in passivis verbis sentiendi et declarandi non quaeritur, quis quid de altero statuat, sed de quonam quid statuatur. Itaque quae duae enunciationes disiunctae sunt, dum eiusmodi verbum finitum aut transitivi generis est, aut impersonalibus adnumerandum, eas in unam contrahere placuit, activo genere in passivum mutato; quo facto altera enunciatio, obiecti casu relicto, subiecti casum, nominativum, recipit. Hoc igitur syntacticae concinnitatis genus, e passivi verbi natura et vi profectum, est illi, quod in activorum verborum usu cernitur, plane contrarium. In illo ut nomen, de quo quid sentis vel declaras, obiecti locum sustinet, ita, passivo verbo praecedente, haec omnis enunciatio, quae obiectiva fuit, in subiectivam mutata, substantiae casu, nominativo, exprimitur Caes. B. C. I, 62. *Pons in Ibero prope effectus nuntiabatur.* Cic. de Div. II, 43, 91. *Luna solis radiis collustrari putatur.* Nam quamquam Tusc. V, 39, 114. *Traditum est etiam, Homerum caecum fuisse*, aeque ac *tradunt Homerum caecum f.* dicitur; tamen solemnius est, ut passivum non seiunctum sit nec ut impersonale positum, sed ut adsciscat nominativum: *Homerus caecus fuisse traditur.* Sed hoc concinnitatis genus latius patere et in attractionem, quam dicunt, abire coepit,

---

tra ea quoque competuntur, quae etiamsi ad nos pertineant, et quae adsequi quum plurimum nostra intersit, tamen nonnisi ab aliis nobis tribuuntur: sita nempe sunt in hominum opinione atque existimatione."

cum castissimi scriptores, ut Cicero, non dubitarent dicere Tusc. I, 15, 33. *Licuit esse otioso Themistocli, licuit Epaminondae.* Idem tamen pro Balbo c. 12. *Quodsi civi Romano licet esse Gaditanum* [14]) Latius etiam is attractionis usus serpsit apud poetas, qui, ut Graeci μέμνησο ἄνθρωπος ὤν, ausi sunt dicere *sensit medios delapsus in hostes*, Virg. Aen. II, 377. vel *quia retulit Aiax esse Iovis pronepos.* Ovid. Met. XIII, 142. et Lucan. IX, 1037. *tutumque putavit iam bonus esse socer.* Aliud genus attractionis vel conformationis inprimis in oratione obliqua post pronomen relat. vel coni. *quam* animadvertitur, si accusativus c. infinitivo praecesserit, cuius formam induit concisa altera enunciatio, ut Fin. I, 3, 10. *sed ita sentio — latinam linguam — locupletiorem etiam esse, quam graecam* (pro *quam graeca est*). Tum etiam accusativus c. inf. in orat. obl. relativam enunciationem, eam quidem loco demonstrativae positam, occupat; item interrogationis formam gerentem exclamationem apud Liv. I, 50. *An quidquam superbius esse, quam ludificari sic nomen Latinum. Cui non apparere* —? idemque Livius et alii historici *quia* pro *enim; etsi* pro *tamen* cum accusativo et inf. iungunt [15]).

Est vero etiam tertium quoddam genus verborum, quae cum animi affectionem indicant, accusativum cum infinitivo sequi iubent, ut *doleo, gaudeo, miror, queror.* Est enim in his verbis praeter iucunditatis vel iniucunditatis notationem, etiam sentiendi vel animadvertendi significatio. Cic. ad Att. XV, 27. *Gaudeo id te mihi suadere, quod ego mea sponte feceram*; ad Fam. I, 7. med. *Minime miramur, te tuis, ut egre-*

14) Plura de hoc usu verbi *licet* bene disputavit Weissenbornius (Syntax der lat. Sp. §. 164. p. 208).

15) Cf. Aug. Grotefendii *Commentar zu den Materialien lat. Stylübungen. Hannover* 1825. Exc. VI. *Ueber den Gebrauch des Accusativus c. inf. nach Conjunctionen und Relativen.* p. 279. seq.

gium artificem, praeclaris operibus laetari. Haec igitur verba accusativum cum infin. postulant, ubi significant cum dolore vel gaudio vel admiratione animadverto, ut primum illud relationis genus, quod est inhaerentiae, locum habeat.

Sed pertinent eadem verba animi motum significantia ad alterum relationis genus, quod diximus esse consecutionis, qua quid aut *causa* est aut *effectus*. Et gaudii quidem dolorisve in animo effecti *causa* indicari post haec verba solet per particulam *quod*[16]). Quae coniunctio ad effectum declarandum causam praecedentem affert, nunc praeposito *id, illud, eo, ea re,* nunc omissis eiusmodi monstrantibus vel alteram enunciationem praeparantibus voculis. Atque quod affectionem animi notantia verba duplici modo strui possunt, etiam commodissimum est in oratione obliqua ad vitandam accusativorum et infinitivorum frequentiam ut: ad Attic. XVI, 7. *Pisonem* (Brutus) *ferebat in caelum: se autem laetari, quod effugissem duas maximas vituperationes; unam, quam itinere faciendo me intelligebam suscipere desperationis ac relictionis reipublicae —: alteram, de qua Brutus et qui una erant laetabantur, quod eam vituperationem effugissem, me existimari ad Olympia.* Hoc loco animadvertenda est praepositio *de* cum hisce verbis saepissime coniuncta, qua praecedente, particula *quod* extremo hoc loco non ad proximum, sed ad superius verbum *laetabantur* refertur, ne interiectis verbis *de qua laetabantur*, sermo impediatur, et ad alterius vituperationis causam describendam. Utramque illam constructionem, accusativum cum infin. intelligo et coniunctionem *quod*, praebet Cic. de Amicit. c. 17, 62. *Sed saepe querebatur, quod homines omnibus in rebus diligentiores essent, —— et in illis quidem parandis adhibere curam,*

16) Weissenbornius l. c. §. 212. Anmerk. 2. „Bei *ut* ist das im Hauptsatze Dargestellte das Frühere, bei *quod* das im Nebensatze Enthaltene.“

in amicis eligendis negligentes esse. Ad horum verborum similitudinem etiam adiectiva, iucundi vel iniucundi sensum significantia particulam *quod* sibi arrogant, ut ad Att. VIII, 11. *Quod quaeris, quid Caesar ad me scripserit; quod saepe: gratissimum sibi esse, quod quierim: oratque in eo ut perseverem.* Hoc loco ter non eodem sensu *quod* deprehenditur. De tertio iam disputavimus; alterum *quod* est relativum pronomen, intellecto verbo *scripsit;* sed eadem vocula, quae in principio legitur, significat *quod attinet ad id, quod,* aut *de eo, quod quaeris.* Atque quoniam in epistolis nihil frequentius est, quam ineunte periodo posita haec particula, cavendum est, ne, dum ex amici epistola aliquis locus, ad quem respondendum est, adhibetur, sequente verbo *gaudeo,* vel *doleo,* vel eiusmodi alio, hanc particulam pro causali vocula habeas, quam verbum *gaudeo* flagitet. ad Attic. XVI, 3. *Quod Erotem non sine munusculo exspectare dicis; gaudeo, non fefellisse eam rem opinionem tuam.* ad Famil. XIV, 12. *Quod nos in Italiam salvos venisse gaudes; perpetuo gaudeas velim.* Utrumque munus *quod* in se recepisse videtur, ad Attic. XV, 2. *Quod prima disputatio Tusculana te confirmat, sane gaudeo.* Significat autem *Quod attinet ad id quod,* si verborum ordinem spectas, quamquam ad *gaudeo* eadem verba mente repetenda sunt sic: *sane gaudeo, quod — confirmat.* Verborum ordo est interpres optimus.

Alterum consecutionis genus dixi *effectum* continere. Is per modum coniunctivum indicatur, aut apertius etiam per particulam *ut* cum coniunctivo. De cuius coniunctionis usu ut moneremus, ipsa verba sentiendi et declarandi suaserunt. Nam haec verba, quae mentis animive agitationem significant, sic sunt comparata, ut, quemadmodum alia nudam alicuius rei cogitationem significant, alia, de quibus modo diximus, iucundi iniucundive sensum simul indicant, ita alia voluntatem vel desiderium vel studium quoddam exprimant. De voluntativis verbis nunc est disseren-

dum. — Est autem effectus, unde hic verborum ordo nascitur, duplex necessitas, altera in voluntatis decreto posita, altera efficitur ratiocinando. Posterius genus huc minus pertinet. Nam ratiocinatio, unde ducta effectus necessitas per *fit* [17]), *accidit*, *sequitur*, *ut* indicatur, eius rei vel conditionis, in qua ille cernitur, cogitationem suppeditat, quae, etiamsi non sint praemissae particulae *ita sic*, *tantum* al. tamen coniunctionem *ut* postulat, sive consequentiam rei vides, sive id quod fuit propositum ostendendum est. de Fat. 4, 8. *In naturis hominum dissimilitudines sunt, ut alios dulcia, alios subamara delectent.* Voluntatis autem decretum, quo effectus constituitur, per verba *enitor, operam do, rogo, hortor, persuadeo, praecipio, moneo, postulo* al. indicatur, in quo numero sunt, quibus accusativus c. infin. adiungitur, si eventum declarant, ut *censeo, persuadeo, placet* al. [18]). Tum verborum, nunc voluntatis decretum, nunc mentis iudicium, quod accusativo cum infin. exprimitur, significantium, ut *aequum est, par est, convenit, praestat, efficitur, sequitur, necesse est, opus est,* alia interdum ad lenitatem quandam cum solo coniunctivo, qui hoc

17) Quod Cic. Orat. II, 18, 76. *Quid enim aut arrogantius, aut loquacius fieri potuit, quam Hannibali, qui tot annos de imperio cum populo R. omnium gentium victore certasset, Graecum hominem* (Phormionem philosophum) *qui nunquam hostem, nunquam castra vidisset — praecepta de re militari dare?* Verbum *fieri* (pro *esse*) cum accusativo et inf. coniunxit, et ad Div. VI, 11. scripsit *Nec enim acciderat mihi opus esse* (das Bedürfniss), atque eiusmodi alia Güntherus in *Athenaeo* l. c. p. 112. recte iudicat cum offensione esse lecturum, qui non tenuerit quod in Wenkii Grammatica lat. §. 212. Anm. 2. bene monitum sit. „„Eigentlich regiert kein Verbum an und für sich einen Accusativum cum Infinitivo, sondern wie sein Sinn sich ändert, so ändert sich auch seine Construction.““

18) De verbis, quae, cum sint duplicis significationis, accusativum c. infin. regunt, si quid sciri vis, coniunctivum cum *ut*, si quid vis effici, vid. quae supra annotavi.

effectus genus indicat, alia cum coni. *ut* et coniunctivo constanter propterea struuntur, quod horum verborum communis est quaedam ratiocinationis, vel officii s. voluntatis significatio. Ingens autem copia verborum, quae rogationem, monitionem, postulationem indicant, habet vim impellendi, ut aliquid efficiatur. Hinc etiam fit, ut *volo, cupio*, quae accusativi usum cum infin. haud repudiant, interdum etiam coniunctivum praeferant, in Vatin. c. 7, 17. *Volo, uti mihi respondeas.* Ex omissione particulae *ut* redundare solet etiam ad rogationem aliquid lenitatis. Ad Fam. XV, 3. *Te velim, ut consuesti, nos absentes diligas et defendas.* Ibid. XII, 19. *Eam rem tibi volo bene et feliciter evenire.* Nam effectum sic cupimus, ut aut rem ab aliquo efficiendam, aut eum ipsum significemus, quem quid efficere volumus, in quo convenientior est subiunctivus, sicut conditionem, in qua quem esse intelligimus, accusativus cum inf. indicat. Offic. II, 7, 24. *Qui se metui volunt, a quibus metuentur, eosdem metuant ipsi necesse est.* — Quae sic volumus, ut per rei naturam fieri possint, latinus sermo praesenti coniunctivi tempore exprimit, ad Fam. XI, 5. *Quamobrem velim tibi ita persuadeas:* quae tantum cogitari, fieri autem propterea, quod contrarium iam factum est, non possunt, per imperfectum coniunctivi efferuntur. Fin. III, 3, 10. *Quam vellem te ad Stoicos inclinavisses.* Fit autem utriusque constructionis delectus pro ea, quam verbum quoque loco obtinet, significatione. Nam verbum *iubere*, quod praeter personae accusativum verbi infinitivum requirit, de populo Romano proprie usurpatum ut *decernere* de senatu, non mirum est iungi cum *ut* Verr. II, 67. *Centuripenorum senatus decrevit, populusque iussit, ut locarent.* Liv. XXXII, 16. Tacit. Annal. XIII, 40.

Ut autem particula *ut* in coniunctivi usu interdum omittitur, sic in varias, ex pronominis personalis vel demonstrativi, aut alicuius negativae particulae accessione vel coalitione natas formas abit ad relativi

pronominis similitudinem. Ita fit, ut pronomen relativum potentialem vel optativam vel iussivam vim coniunctivi adiuvet. Cic. Fin. I, 13, 43. *Sapientia est adhibenda, quae certissimam se nobis ducem praebeat,* aut praemissa negativa particula, *non quo* (nicht als ob) causam indicans, aut *non eo-quo* pro Quint. c. 2. *Non eo dico, quo mihi veniat in dubium tua fides et constantia.* A quo distinguendum est *quo* vel *eo-quo* pro *eo consilio, ut,* et *quominus* in deterrendo vel impediendo. Tusc. I, 38. *Itaque non deterret sapientem mors, — quominus in omne tempus reipublicae suisque consulat.*

Latius etiam patet usus particulae *quin,* quae post negationem, aut interrogationem cum coniunctivo adhibetur, contracta forma pro *quí ne,* quod et ad relationem (qui non, ut non) aptum sit et ad interrogationem (cur non), non item ubique pro *qui, quae, quod non* [19]). Integrum pronomen relat. cum *non* usurpatur, praesertim si casu obliquo opus est, ne

19) Billrothius (Latein. Schulgrammatik. §. 327.) de vocula *quin* „aus *qui wie* (dem alten Ablativ von *qui, quae, quod*) und der Negation 'n zusammengezogen." — „*Nemo est quin sciat:* Niemand ist (so), dass er nicht wissen sollte. Hier ist nicht etwa *quin* aus *qui* (welcher) und *non* zusammengezogen: welcher nicht wissen sollte, so dass *qui* (welcher) Subject wäre: das Subject *er* liegt vielmehr in *sciat.* Dass das Letztere der Fall ist, leuchtet am deutlichsten aus dem Beispiele ein: *Cleanthus negat ullum cibum esse tam gravem, quin is die et nocte concoquatur.* Cic. Nat. D. 2, 9, 24." (Vereor, ne Vir D. huic exemplo plus iusto tribuerit.) „Daher kommt es denn auch, dass *quin* nicht für *cuius non, cui non* etc. stehen kann, weil wohl im Verbo das Subject (wie *is* oben in *sciat*), nicht aber ein Casus obl. liegen kann. Nur zuweilen kann ein Object *(eum, eam, id)* sich von selbst verstehen:" ut Verr. II. lib. 4, 1, 1. quem locum paulo post videbis allatum. Weissenbornius l. c. p. 325, 3. *Quin* interrogativum suspicatur a *quin,* quod relativi locum sustineat (ut locis commemoratis Verr. IV, 1, 1. ad Att. 1, 1.) distinguendum esse et a *quin* sogar, quod Vir D. dicit das bekräftigende und hervorhebende.

dicendum sit *quin eius, ei* (quemadmodum *ut non*, ubi negatio urgetur, Cic. Fin. I, 8, 27. *Fieri-nullo pacto potest, ut non dicas.* et *non quo* ibid. IV, 1, 2. coll. *non quin* Ep. ad Fam. IV, 7, 1.) ut Cic. ad Fam. IV, 5. *Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat, ac molliat.* pro l. Man. 11, 31. *Quis navigavit, qui non sese aut mortis aut servitutis periculo committeret?* Orat. II, 10. *Non enim possum, quin exclamem,* pro quo licuerit etiam dicere *Non possum non exclamare,* nullo pacto *Non possum non, quin excl.* Verr. IV, 1. *Nego ullam picturam-fuisse, quin* (quam non v. ut non eam) *conquisierit, inspexerit;* ad Att. I, 1. *Dies fere nullus est, quin hic Satrius domum meam ventitet.* Itaque post verba *non dubito,* (cui etiam apud Cic. Ep. ad Fam. XVI, 21. saepius ap. Livium accusativus cum infin. additur) *non recuso,* sim. *quin* latine adhibetur, praesertim si de qua conditione iudicandum est: sin quis de sua agendi ratione non dubitat, infinitivus sequi solet, qui quidem ad praecedens subiectum refertur, ut Orat. I, 40. *Mancinus in senatum introire non dubitat.* ad Att. XI, 15. *Prorsus nihil abest, quin sim miserrimus.* Brut. c. 18. *nec debet dubitari, quin fuerint ante Homerum poetae.* (Ubi nulla praecedit negativa vocula, *dubito* cum *an* vel *utrum-an* construitur.) Quod autem in affirmatione *non dubito,* negationis vi verbi *dubito* vel *recuso* per *non* sublata, nihilominus tamen *quin* sequitur: intelligenda est dubitationis vel recusationis notio ad leniendam sententiam vel cum verecundia quadam in rei affirmandae notatione per *quin* significari, ut, si vernacule haec verba *Non dubito, quin hoc verum sit* sic exprimere vellemus: *Ich zweifle nicht, dass diess nicht wahr sein sollte.* Acad. II, 3, 7. *non possumus, quin alii a nobis dissentiant, recusare.* Verr. I, 40. *non dubito, quin offensionem negligentiae effugere non possim.* Philipp. II, 10. *Ego-nihil praetermisi, quantum facere enitique potui, quin Pompejum a Caesaris coniunctione*

avocarem, plane ut Sophocl. Trach. 90. *οὐδὲν ἐλλείψω τὸ μὴ οὐ πᾶσαν πυθέσθαι τῶνδ' ἀλήθειαν πέρι.* Eodem loco habenda est interrogativa enunciatio Parad. VI, 2. extr. *Quis igitur — dubitet, quin in virtute divitiae positae sint?* atque servato eodem subiecto, pro leg. Man. c. 16. extr. *Dubitabitis, Quirites, quin hoc tantum boni — in rempubl. conservandam conferatis?* Ineunte vero periodo *quin* pro *quid* (cur) *non*, interrogationis vim retinet cum indicativo. Ter. Phorm. III, 2, 82. *Quin, quod est ferendum, fers?* Cic. ad Fam. VII, epist. 8. *Quin tu urges istam occasionem —?* p. Rabir. 6, 18. *levior est acclamatio; quin continetis vocem, indicem stultitiae vestrae —.* Ita fit, ut *quin* sit idem, quod *imo* ad Fam. VII, 30. *Te nec hortor, nec rogo, ut domum redeas, quin hinc ipse evolare cupio* h. e. nec rogo, ut domum redeas: quidni non rogem, ut d. red.? hinc enim ipse evolare cupio. Cum imperativo si *quin* construitur, duarum constructionum confusio deprehenditur. Cic. pro Mil. 29, 18. *Non potest dici satis, ne cogitari quidem, quantum in illo sceleris, quantum exitii fuerit. Quin sic attendite, iudices*, pro *Quin* (Quid non) *attenditis, iudices? sic attendite!* ut graece *οἶσθ' ὡς ποίησον*, de quo vid. Hermannus ad Viger. p. 899. ed. 2. His denique addenda sunt, quae ad usum vocularum *ne* et *ut non* pertinent.

Differt autem *ne* ab *ut non* tantum, quantum in affirmatione *ut* consecutivum de eventu ab *ut* finali de re proposita, de consilio, h. e. quantum effectus in ratiocinatione reique cuiusque, cuius vis cognoscitur, natura positus ab eo effectu, quem dixi voluntatis decreto constitui. Nam quod *ne* prohibitionem significat, id in promtu est fieri voluntate, qua quid vetamus. Quae autem per rei naturam fieri posse negantur, requirunt *ut non* [20]). Verr. II, 60, 148.

20) Caes. b. c. III, 37. *factum est* (prohibitum est), *ne proelio contenderetur.* et Cic. p. Mil. 13, 34. *Vos adepti estis* (sc.

si me salvum esse vis, mihi impone istam vim, ut omnino mihi non liceat polliceri: (nam Epp. ad. Div. XIII, 26. extr. *tum illud laboro, ut non minimum hac mea commendatione se consecutum arbitretur.* particula *non* ad *minimum* tantum pertinet.) de Regulo: Offic. I, 27. *Decori vis ea est, ut ab honesto non queat separari.* Ibid. III, 27. *Sententiam ne diceret, recusavit,* quod idem dici sic poterat, sed lenius: *Sententiam dicere recusavit.* Quare repudiandum est *ut non* post *vereor, metuo,* sim. et *ne* adhibendum propterea, quod id, de quo metuimus, aut *ut* fiat, optamus, aut prohibitum volumus, *ne* fiat. Ex hoc latente voluntatis decreto, cui dubium est an eventus arrideat, utriusque coniunctionis usus ducendus est. Itaque Tusc. II, 20. *et tamen veremur, ut hoc, quod a tam multis et quod tot locis perferatur, natura patiatur,* lectio *ut-non patiatur* iam dudum explosa est: *Ne-non pat.* idem foret, quod *ut-pat.* Neque dicitur *Non timeo, ut,* sed *Non timeo, ne non,* id quod decori cuidam sensui debetur, ut, si a re optabili metus abesse dicendus esset, praeposita negatione, eam rem maluerint dicere metui, ut: Verr. IV, 38. *Non vereor, ne hoc officium meum P. Servilio iudici non probem.* Contra, ut latine dicitur *Vereor, ne quid temere facias,* sic Cic. ad Fam. II, 7. *non vereor,* (id quod nolo) *ne quid timide, ne quid stulte facias.* Verbis metuendi, seq. *ne,* vel curandi, adiecto *ut,* adnumerandum etiam est *vide, videas, videat, videndum,* Ter. Andr. II, 6, 25. *ego isthaec recte ut fiant, videro.* Cic. ad. Div. XVI, 26. *Vide* (curans), *ut probare possit, te non peccasse.* et Offic. I, 9, 28. III, 29, 106. *Videant* (caventes), *ne quaeratur latebra*

---

id, quod cavistis), *ne quem civem metueretis.* praegnantem constructionem excusat Billrothius l. c. §. 325. Anmerk. 1. p. 374. Poetis autem relinquendus est commodior usus infinitivi post *metuo* ut Hor. Carm. II, 2, 7. *penna metuente solvi.*

periurio. Ibid. I, 14, 42. *Videndum est enim primum, ne obsit benignitas —; deinde ne maior benignitas sit, quam facultates; tum ut pro dignitate cuique tribuatur.* Quoniam autem operam damus, ut quid aut consequamur, aut vitemus; hoc alterum, si voluntatem per affirmativum verbum significaveris seq. *ut*, idque quod cupis cavendo efficiendum est, post *ut* requirit coniunctionem *ne*, Verr. II, 60, 148. *Postulant enim, non, uti* [21]) *ne cogantur statuere. quid igitur? ut ipsis ne liceat. Quid est hoc? petis a me, quod in tua potestate est, ut id tibi facere non liceat? pete potius, ne quis te invitum polliceri aut facere cogat.* de Offic. I, 7, 20. *Sed iustitiae primum munus est, ut ne cui quis noceat, nisi lacessitus iniuria.* de Fin. II, 8, 24. *ex quo efficitur, non ut voluptas ne sit voluptas, sed ut voluptas non sit summum bonum.*

21) Sic etiam Zumptius post Gruterum e cod. Metell. pro reliquorum codd. *ut* edidit. Cf. Jo. Nic. Madvigii *ad* Jo. Casp. Orellium *epistola critica.* p. 139. de *utique*, quod Cic. Verr. V, 72, 189. pro *utque*, praecedente *denique uti*, ex cod. reg. scribi iussit. Quo loco Vir D. addit: „Haec particulae forma in solennibus legum, senatusconsultorum, precum carminibus frequens est.“

II.

COMMENTATIO GRAMMATICA

DE

FORMULA NESCIO AN VEL HAUD SCIO AN.

Cum ad Ciceronis librum de senectute tribus abhinc annis [1]) a me editum, c. 16, 56. de latini sermonis formula *nescio an* vel *haud scio an* quid sentirem, pro rei et novitate et copia parcius exposuissem [2]); tum ab Ill. Godofr. Hermanno, acer-

---

1) Lipsiae 1819. ap. Gerh. Fleischerum. Scripta est enim haec Commentatio anno 1822.

2) Videri possit *nescio an haud scio an* eodem modo, quo *forsitan* (fors sit an) adverbii locum sustinere, ut dubia res per *forsitan* fortunae arbitrio committatur, per *nescio an* ad ipsius, qui loquitur, inscientiam referatur. Nam coniunctivum adsciscit etiam *forsitan* Cic. Orat. III, 9, 34. *Ex qua mea disputatione forsitan occurrat illud* p. Rosc. Am. 2, 5. Ter. Eun. I, 2, 117. *Me miseram, forsitan hic mihi parvam habeat fidem.* Sed quamquam *nescio an*, adverbii in-

rimo harum rerum iudice, eodemque praeceptore meo pie colendo, in ephemeridibus litter. Lipsiensibus a. 1819. n. 122. sq. praeclare quaedam monitus, nunc quidem faciendum putavi, ut, causa denuo cognita, non ita mutatam meam sententiam pluribus declararem. Quae controversia hoc etiam minus diremta videri poterat, cum nuper alii alia de ista formula docuissent, illi quidem neque scriptorum veterum usum loquendi distinguentes, neque naturam et vim verborum *nescio* et *haud scio* et particulae *an* satis diligenter secuti. Illud quidem iam dudum Manutius ad Cic. Ep. ad Div. VI, 7. IX, 9. et 14. defenderat, *nescio an* vel *haud scio an* dici pro *fortasse*, maiore quadam elegantia; item Dukerus ad Flor. III, 12, 6. Drakenborg. ad Liv. XXXVII, 54, 16. cum Burmannus ad Quinctil. XII, 11. p. 1108. eandem locutionem scite *credo* interpretaretur. Tum Gesnerus in Chrestom. Cic. p. 223, post *nescio an* male putat *non* omissum esse, Westerhovius ad Ter. Adelph. IV, 5, 33. *an* post *haud scio* eo sensu poni, quo vulgo *annon* usurpetur. J. M. Heusingerus ad Cic. Offic. I, 11. statuit, Ciceroni *haud scio an* semper id fere esse, quod *fortasse*, et modeste affirmare potius, quam negare; Denique Ernesti in Clav. Cic. s. v. *Haud* monet, *haud scio an*, cum dubitationem habere videatur, tamen simpliciter affirmare: quem secutus est Schützius in doctr. partic. lat. ling. p. 199. et Bremi ad Corn. Nep. Timol. 1, 1. — Ab his distinguendi videntur illi viri docti, qui *nescio an* vel *haud scio an* nunc affirmare, nunc negare existimant, Vorstius de Latin. merito susp.

---

star ad unum tantum vocabulum non raro refertur, tamen quod *haud scio* nunc, nunc *nescio* legitur, quod bimembris interrogatio interdum integra servatur, quod *ne* interrogativum pro *an*, vel coniunctivus *haud sciam* reperitur, aliae causae effecerunt, ut accuratius huius locutionis natura et vis explicanda videretur.

c. 28. p. 240. seqq. Cyr. Guntherus in Latinit. restit. Vol. II, c. CXVIII. Tursellinus de partic. lat. orat. ed. Schwarz. c. XXIX. n. 6. Bünemann ad Lactant. VI, 20, 27. Scheller in Praec. stil. p. 475. Meiner in libro inscr. *Uebersicht aller z. lat. Sprachst. gehör. Partikeln.* p. 47. Schuppius v. *Philolog. krit. Untersuchung über die Redensarten nescio, an ullus und nescio, an nullus.* *Hanau* 1820. De quibus pronominibus cum Ernestius, consentientibus et Schützio et Bremio, libidinosius statuisset, quippe qui pro *ullus* post *nescio an* ubique fere apud Ciceronem *nullus* vellet restitui; meliora suasit Schellerus in Observ. p. 172. J. J. Hottinger ad Cic. Eclog. 1820. p. 156. tum illi, qui nuperrime omnem hanc de nostra formula litem ad naturam interrogationum et particulae *an* revocarunt, Hermannum intellige, eiusque interpretem Beierum in excursu XI. ad Cic. de Offic. I, 11, 33. Schuppium vero, qui alia bene exposuit, alia, ut de part. *an* pro *annon* et de aliquot veterum scriptorum parum distinctorum locis argutius, quam verius disputavit, refutare coepit Döleke v. *Krit. Biblioth. Hildesh.* 1821. n. 5. p. 432. Denique Censor Catonis M. a me editi in Ephemerid. litt. Jenens. 1820. n. 151. p. 262. *nescio an* interpretatus est: *ich will nicht urtheilen, setze aber voraus,* quod quantum a nostrae formulae natura absit, apparet. Est enim haec sane contradictio, ut aiunt, in adiecto, nec quisquam id, quod se propter verecundiam *nescire,* h. e. non certo scire dicit, tanquam exploratum ponere intelligendus est, sed opinari, vel arbitrari vel suspicari videbitur [3]).

3) Eosdem de hac latinae orationis formula scriptores et alios partim antiquiores partim recentiores commemorat Car. Beierus in Excursu II. ad Ciceronis Laelium ed. Lipsiae 1828. *De formulis dubitanter decernendi* praeter §§. 15. 20. 22—25. §. 29. p. 235. sq. et §. 30. p. 238. — De particula *an* dispu-

In nostra autem disputatione ne id praetermittamus, quod ab aliis neglectum vidimus, primum verba *nescio* et *haud scio*, quibus *an* adiungi solet, distinguamus. Qui quid se fatetur *nescire*, (quod Cic. Orat. 47, 157. cum *non scire* barbarum iam videatur, dulcius esse dicit,) proprie se rem scire negat, sive accusativus cum infinitivo sequitur, sive unius voculae *quis*, *quid*, *cur* vel *quomodo* interrogatio addita est, ut Ter. Adelph. I, 1, 54. II, 2, 3. *Quid istuc, Sanniost, quod te audio, nescio quid, concertasse cum hero?* Cic. Lael. 23, 87. *serpit enim, nescio quomodo, per omnium vitas amicitia*; sive integra enunciatio e verbo *nescio* pendet, ut Tusc. I, 22, 53. *Sed si, qualis sit animus, ipse animus nescit* — IV, 23, 52. *Nescio ecquid ipsi nos fortiter in rep. fecerimus.* Fin. II, 3. extr. *quam cur voluptatem appelles, nescio.* In quo triplici structurae genere pro *nescio*, proprio sensu, aut extrema enunciatione, vix *haud scio* reperies. Nam quod Plaut. Bacch. V, 2, 15. ad verba: *Cogantur quidem intro*, respondetur: *Haud scio, quid eo opus sit*,

---

tat Frid. Handius Tursellini Vol. I. Lips. 1829. p. 296. sqq.; idemque de formulis *nescio an*, *haud scio an* ibid. p. 310. seqq. — Mich. Weberi *Symbola* I. et II. *ad grammaticam lat.* De formularum *Nescio an — Haud scio an — Dubito an — vero usu.* Halae 1826—28. 4. — *Uebungsschule für den lateinischen Stil in den obersten Classen der Gymnasien*, von Wilh. Ernst Weber. Zweite vermehrte u. verbess. Aufl. Frankf. a. M. 1834. Excurs. IX. — *Lateinische Schulgrammatik für alle Classen*, von Dr. G. Billroth. Leipzig 1834. §. 352. seqq. — *Syntax der lat. Sprache für die obern Classen gelehrter Schulen*, von Wilh. Weissenborn. Eisenach 1835. §. 216. — *Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft.* 1834. Nr. 85. *Auch einige Worte über die Formeln: haud scio, an; nescio, an.* Vom Rector und Prof. Uebelen in Stuttgart. Contra hanc disputationem, quae istius formulae originem e graeco sermone repetit, conferenda sunt quae monuit K. H. Funkhänel ibidem Nr. 133. *Ueber die Ableitung der lateinischen Formel nescio, haud scio, an aus der griechischen Sprache.*

simulatam habes inscientiam, de qua mox locus erit dicendi, cum sensus sit: Nihil eo opus esse puto. Nec raro post *nescio*, non item post *haud scio*, duplex interrogativa particula vel plena interrogatio per *utrum-an*, vel *ne-an*, vel *ne* aut *an* in posteriore tantum parte indicatur. v. Cic. Orat. 47, 158.; de Orat. II, 13, 56. *ut nescias utrum res oratione, an verba sententiis illustrentur*. Plin. Paneg. 64. *Nescio iam, nescio pulchriusne sit illud, quod praeeunte nullo, an hoc, quod alio praeeunte iurasti* [4]). Ita, si te quando e duobus *nescire* dicis, utrum eligendum sit, quae vera est inscientia vel dubitatio, hoc ipsum verbum *nescire* proprie est non satis, non certo scire,

4) Hunc Plinii locum, in quo veram dubitationem, quae ad neutram partem inclinaret, esse dixi, Handius in Tursell. I. p. 313. seq. falso tradit me ad alterum genus adhibendae huius formulae, de quo paulo post dicetur, retulisse, quasi existimarem Plinium quaerere: *num pulchrius istud, an hoc?* quod denique foret: *non istud est pulchrius, sed hoc.* A qua interpretatione tantum abfui, quantum ab ea, quam Handius sequitur: *nonne pulchrius istud, an hoc?* quod exemplum esse voluit praeoccupatae affirmationis. At Plinius neque affirmat neque negat; sed se vere nescire, utrum pulchrius existimet, non modo repetito verbo *nescio* indicavit, sed etiam c. 63. antecedentium principum comparatione et c. 64. inprimis verbis *Imperator — stetit ante gremium consulis.* Utrumque igitur pariter admirabile esse iudicavit: in quo ei verbi *praeire* lusus placuit. Perversam ab Handio meam sententiam vidi etiam p. 323. ubi ad Cic. de Offic. III, 12, 50. cum edidissem et defendissem *dubitet turpe sit, an turpe non sit*, eandem mihi cum Beiero tribuit lectionem *dubitet an turpe sit, an turpe non sit.* Verae seu in neutram partem inclinantis dubitationis exemplum esse Cic. Tusc. I, 25, 60. *anima sit animus, ignisne, nescio.* ipse Cicero affirmat verbis insequentibus: *nec me pudet, ut istos, fateri nescire, quod nesciam*, et paulo post *sive anima sive ignis sit animus.* Sed tamen propter ipsorum vocabulorum *animae* et *animi* similitudinem propius erat et aptius sic verba collocare, priusque animam, quam ignem, commemorare. Beierus in Exc. II. ad Lael. p. 203. *ignisve* praefert. *Ignisne* recte defendit Oehsner Eclog. Cic. Turici 1828. p. 59.

non exploratum habere, ut, nulla interrogatione adiuncta, Cic. Fin. II, 2, 6. *nunc autem dico ipsum Epicurum nescire et in eo nutare*, ad quem locum vid. quae Goerenzius annotavit.

In qua duarum interrogationum aequabilitate quamquam quod quaeris, utrumque pariter incertum videtur, ut ad Attic. VII, 12. *inde utrum consistere uspiam velit, an mare transire, nescitur*; tamen in posteriore parte, praemissa particula *an*, illud quaeritur, quod gravius est vel insolentius, aut id, quod cum esse vel fieri posset, ipsam interrogandi causam attulit: cui quidquid in priore parte opponatur, scilicet lenius et moderatius, vel vulgare et exiguum, ita demum certum est, si posterior sententia negando sublata fuerit [5]). Ipsum Ciceronem interpretem habes Verr.

5) Hanc sententiam assensu comprobavit Beierus in Excursu ad Laelium p. 205. §. 6. non item Handius in Tursellino I. p. 313. Explicatius igitur dicam. Si quando de duabus rebus pariter ignotis, aut pariter praestabilibus vel contemnendis in dubitationem *aeque incerta* animi sententia vocandis prorsus nulla non modo eligendi, sed ne ordinandi quidem causa suppeteret, nihilque interesset, utra res utro disiunctivae interrogationis loco ostenderetur; casu nullove delectu alteram diceres in priorem locum, alteram in posteriorem venisse. Sin autem una res vel persona vel opinio aliqua loci, temporis, consuetudinis exspectationisve ratione ei, qui vere se nescire dicit, utram praeferat, propior vel notior est, haec ipso tanquam familiaritatis iure ut prius in mentem venit, sic prius sincero animo nominabitur; altera, ut aliena vel minus frequens, posteriore loco illi adiicietur, ut Cic. Orat. 47, 158. *Nam amovit dicimus et abegit et abstulit, ut iam nescias, abne verum sit, an abs.* de Orat. I, 51, 222. *neque exquirat oratione, summum illud bonum in animone sit, an in corpore.* Ter. Heaut. III, 2, 30. *Iocon' an serio ille haec dicat, nescio.* Nec sine metu: *Ist's Scherz oder Ernst?* pro *Es ist wohl gar Ernst!* dixeris qui iocum exspectaris; idemque *Ist's Ernst oder Scherz?* si veram animi sententiam audire volueris ab eo, qui videtur iocari. Liv. VIII, 23. Samnis Romanum ad anceps certamen provocans ait: *Castra castris conferamus et Samnis Romanusne imperio Italiam regat, decernamus.* Ubi vero certam

I, 47, 122. ***In plebem vero Romanam utrum superbiam prius memorem, an crudelitatem? sine dubio crudelitas gravior est et atrocior*** [6]**). Comp. ad Div. II, 5.**

sententiam *sic* expromis, ut, specie dubitationis servata, ex utriusque rei comparatione possit, utram praeferas, intelligi; vehementior affirmantis negantisve animi commotio, cupiditas seu horror cum clandestino persuadendi studio efficiet, ut in veritatis, honestatis, utilitatis iudicio probabiliori, graviori, aptiori rei vel sententiae rem minus expetendam minusve probandam (quam, ut fit in contracta formula *nescio an*, ne commemorares quidem, nisi contentio utriusque placeret) cedere iubeas et a tergo h. e. in priore interrogationis membro post *utrum* ponas, qua demum cognita gravioris, melioris, probabilioris rei, eius quidem post *an (oder vielmehr)* posteriore loco positae, praestantia facilius apparet. Raro enim intersit dicere et audire, quid neges, postquam e priore membro quid affirmes, quid praeferas, fuerit cognitum. Similiter ubi reprehensione opus est, de duabus improbandis repudiandisque rebus vel agendi modis turpiorem, vel ineptiorem post alteram minus turpem, intercedente particula *an*, commemoraveris: quippe qui locus posterior ad persuadendum recentem servet rei, in hoc certe genere maioris, memoriam, quae ad praeterita reiectae alterius rei cogitatio pene opprimitur. Hinc illud est, quod Ennius apud Cic. de Offic. I, 12. Pyrrhum superbe (si Samnitis verba apud Liv. l. c. conferas) loquentem inducit: *Vosne velit an me regnare hera quidve ferat Fors, Virtute experiamur.* — Hunc ordinem rerum in disiunctiva interrogatione ex tui animi sententia distributarum permutabit is, qui ironice h. e. cum simulatione adversarii opinionem, tanquam potiorem, posteriore loco positam cum urbanitate irridendam praebet, cui opposita recedit probabilior sententia. ut Cic. Acad. II, 29, 95. *Quid, quod eadem illa ars* (dialectica, quam Vos defenditis) — *tollit ad extremum superiora? utrum ea vestra, an (oder etwa) nostra culpa est?* h. e. nostra certe nulla culpa est. Absque simulatione contrario loco ad negationem vides scriptum Ter. Phorm. II, 3, 45. *nostrane culpa ea est, an iudicum:* quem locum paulo post explicabo.

6) De hoc loco Handius in Turs. I. p. 337. a me dissentit, nec tamen mihi persuasit, Ciceronem verba *sine dubio crudelitas gravior est et atrocior* non addidisse „nisi aequabilitas in interrogatione expressa hac responsione fuisset reiicienda.“ Ego vero aequabilitatem nego. Nam quod superbia

Unum illud nescio, gratulerne tibi, an timeam — ne, cum veneris, non habeas iam quod cures. Valer. M. IX, 5. ext. 3. *Arroganter; — tam deformiter victi nescias utrum insolentius dictum, an impudentius* [7]). Etenim *an* Augustea quidem aetate veram ignorationem seu dubitationem per bimembrem interrogationem significans, non nisi posteriori membro interrogationis praefigitur; quae si simplex est, tamen pro posteriore interrogatione habenda est, praesertim si, specie tantum dubitationis post *nescio* servata, posterius mem-

latius patet et frequentior est, communique honesti sensu minus detestabilis, ad priorem partem interrogationis Cicero superbiam reiecit, ex cuius oppositione crudelitatis vitium, quod sequitur, aliquid refert in deteriorem partem ponderis. Sed tamen ut appareat, cur primum de crudelitate dicere velit, huius vitii castigationem, iam ipsa collocatione in ordinandis istis vitiis sed minus aperte expressam verbis additis *sine dubio* etc. clarius eloquitur.

7) Ibidem Handius p. 313. me errasse dicit, qui Valer. M. IX, 5. ext. 3. secundo loco gravius et insolentius poni existimassem. Quid vero? non existimas in vitiis insolentiam impudentia praeponderari? Atque Cic. ad Famil. II, 5. propterea videtur scripsisse: *Unum illud nescio, gratulerne, an timeam* (non *timeamne*, *an gratuler*) quod usitata gratulatio cedit timori, qui, cum esset domum reversi amici sors iniquior et magis deploranda, quam ut videretur de reditu gratulandum, prae laetitia animum occupavit. Ex eademque animi humani commotione, quam Handius, ubi defendit *ne* non modo posse *numne*, sed etiam *nonne* significare, cum addendum esset, unde posset, utrum quoque loco significaret, iudicari, neglexit, causa mihi videtur repetenda, cur *ne* Ter. Phorm. II, 3, (1. in ed. Bentl.) 45. *Sed si quis forte malitia fretus sua Insidias nostrae fecit adolescentiae Ac vicit, nostrane culpa ea est, an iudicum, Qui saepe propter invidiam adimunt diviti, Aut propter misericordiam addunt pauperi.* idem significet, quod *numne* vel *num*. Cum enim patruus succenseret, Phaedria speciosa hac fictione culpam, a reo ad iudices convertit, qui invidia vel misericordia corrupti condemnarint. Handius vero p. 336. „Nam quid, inquit, impedit, quominus verba *nostrane culpa ea est, an iudicum* ita accipiamus: nonne nostra, an iudicum?“ Impedit vero totius loci ratio et sententia Phaedriae, quam decet considerare.

brum, probabiliorem affirmatamve rem continens, cum rhetorica quadam vi, disiunctione per ellipsin contracta [8]), in prioris interrogationis, eius quidem propter levitatem suam praetermissae, locum venerit sic, ut propriam sibi particulam *an* retineret [9]). Simpliciter quisque per *An* ex aliena sententia interrogans,

8) Quemadmodum leviorem negatamve rem priore interrogationis membro commemorare decet propterea, quod, si post affirmatam vel graviorem poneres, eius commemoratio paene inutilis videretur; sic auctae gravitatis vis efficit, ut contemta res cum *utrum* vel *ne* post *nescio* ita reticeatur, ut alterius membri particula *an (ob vielmehr)* vestigium suppressi membri monstret, cuius sententia, si minus ex contextu orationis, saltem e contrariae rei oppositione cognoscitur. Hac ratione contractam vides in locutione *nesciò an* bimembrem disiunctionem. Quam non *inversionem orationis*, ut Handius in Tursell. I. p. 314. *attractionem* corrigens scripsit, dixerim (inverso enim ordine posita duo membra interrogationis, ut verba, locum suum sic mutarunt, ut neutrum sit praetermissum v. Ernest. ad Cic. Partit. 7, 24.) sed, si una voce opus est, *praeoccupationem*, quam rhetores dicunt, (vid. Gesneri Lex. sub h. v.) quia praetermissum prius interrogationis membrum ex ipsa posterioris membri per *an* introducti sententia potest intelligi.

9) Particulam *an* ex *autne* contractam esse defendit Godofr. Hermannus l. l. postquam Goerenz ad Cic. Acad. Qu. II, 17, 54. quod sane mireris, opinatus fuerat, *aut* posse ex *an ut* facile ortum suum trahere, et ut Beierus in excursu de particula *An*, quem supra commemoravi, monet, Schellerus in Lex. quem Döleke l. l. Vol. II. p. 804. seqq. videtur secutus esse, Latinorum particulam *an* eandem esse iudicarat, quam Graecam ἄν i. e. *κεν wann, etwann*, in oratione indefinita poni solitam. — His annotatis tredecim annis post addam quae sequuntur: [In Exc. II. ad Cic. Laelium §. 2. p. 202. Beiero partic. *an* ex αὖ (=*vicissim; rursus; contra*) et ex interrogativa *ne* contracta videtur. Handius in Tursellino Vol. I. p. 297. rectius in particulis *an* et *autne* primitivas formas intelligit, quae cum notionibus suis propinquae sibi sint, etiam similem speciem habent, sed e communi sermonis fonte fluxerunt. Elementa duo esse *a* disiunctivum, *n* interrogativum sive dubitativum. — Rud. Stuerenburgius in Commentatione l. quae de particula

suam sententiam negando vult affirmari. Namque ob gravitatem rei, quam horret aut metuit, aut propter aliam animi affectionem illud tantum concinne quaerit, quod est suae sententiae contrarium, priore interrogatione, quae ab illa discreparet, praetermissa. Quamquam saepe contra, atque exspectatum fuerat, respondetur, ut Ter. Adelph. III, 4, 21. *Heg. nondum audisti, Demea, quod est gravissimum. Dem. An quid est etiam amplius? Heg. Vero amplius.* Bina interrogationis *(Demeae)* membra haec forent: *nonne gravissimum illud est? an quid est etiam amplius* [10])? Cum quadam animi sollicitudine quaeritur Cic. Leg. III, 15, 33. *An etiam id dubium est?* aut (Ter. Phorm. V, 2, 9.) *Etiam idne dubiumst?* Cum indignatione Ter. Eun. V, 6, 16. *Quid dixisti pessuma? An mentita es? etiam rides?* Ibid. Ad. V, 2, 6. *Non manum abstines, mastigia? An tibi iam mavis cerebrum dispergam hic?* h. e. visne abstinere, an mavis —? Cum ironiae facetiis. *An temere quidquam Parmenonem praetereat, quod facto usus sit?* Ter. Hec. V. extr. Cum ironiae superbia vel despicientia Cic. Acad. I, 3, 10. — *cur — philosophos non legant? An quia delectat Ennius, Pacuvius, Attius —?* Ovid. Heroid. XVII, 247. seqq. quocum loco conf. Virg. Aen. I, 37 et 39. *Pallasne exurere — potuit? Ast ego* etc. *An — non —?* vid. Cic. pro Arch. 12, 30. *An vero*

---

haut adiecta est eius editioni Ciceronis librorum de Officiis Lips. 1834. p. 127. existimat: Graecum ἦ in Latina lingua transiisse ab initio in *a*, ex eoque, addita particula interrogandi *ne* factum esse *an;* addito *ut* autem *aut.*]

10) Recte Handius Turs. I. p. 335. verba *an quid est etiam amplius?* interpretatur: „quod idem ac si sua sententia dixisset: *num quid est amplius?* i. e. nihil amplius esse putabam." Beierus vero prioris membri suppressi, quod finxeram: *Illudne non satis grave fuit? an* etc. tautologiam dum reprehendit, ipse in idem vitium incidit, cum scriberet: „Suppleveris potius: *Estne illud gravissimum? an* etc." quasi Demea aliquid gravius exspectet.

et *Anne* ipsam interrogationem acuunt, alterum ad gravitatem, alterum ad curiosi animi significationem (oder etwa, oder wohl gar —?) Ter. Hecyr. IV, 4, 41. Cic. p. Balb. 23. extr. *An? anne — an — an?* cum acerbitate. Tum animadvertenda anaphora est, vel bis terve repetita particula *an* Tusc. V, 26, 73. ad Att. H, 6. *quin etiam dubitem, an hic, an Antii confidam* (soll ich hier, soll ich in A —?)[11]. Denique interrogatione paene sublata, particula *an* in significationem particulae *sive* abiit. ad Att. I, 3. *Nos hinc te ad mensem Ianuarium exspectamus ex quodam rumore, an ex litteris tuis ad alios missis? Nam ad me de eo nihil scripsisti.* Sensus est: nescio, *utrum* ex quodam rumore, *an* ex litt. — vel *sive* ex qu. r. *sive* ex litt. Fin. II, 32, 104. *Themistocles quidem cum*

11) Cf. Beieri Excurs. ad Cic. Laelium §. 7. p. 206. „Sequiores vero scriptores propriam Particularum interrogativarum vim non accurate discernebant. Hinc factum est, ut ancipitis interrogationis membra opposita non disparent Particulis, sed quasi ἀναφορᾷ Particulae *an* usi κατὰ μερισμὸν recensendo aequiparent Plin. Min. VIII. epist. 14. paene extr. *Quaero an postulare debuerim, an abstinere.* Post duplex membrum cum iterata Particula *an* Curtius Ruf. VIII, 6, 25. utitur formula *in ambiguo fuisse.* Gellius XIII, 1. de ancipiti quadam Ciceronis sententia: *An utrumque idem valere voluerit, Fatum atque Naturam; — an vero diviserit separaritque, ut alios casus Natura ferre videatur, alios Fatum, considerandum equidem puto.* et Handii Tursell. I. p. 308. „Nam duplex *an* ponitur, ubi aut duae sunt sententiae vel duae interrogationes veluti Quinctil. 5, 10, 50. *haec et in deliberando intuemur, et in iudiciis ad duas res solemus referre, an voluerit, an potuerit.* ubi ne potest quidem admitti disiunctio. Virg. Aen. 1, 329. *an Phoebi soror? an Nympharum sanguinis una?* aut ubi per anaphorae formam oratio ascendit, non diversa comparantur. ut Cic. ad Att. 2, 6. —" Idem V. D. de locis, qui huc pertinent Celsi, Plinii, Senecae aliorum: „In quibus scriptores videntur orationi addere voluisse rhetoricum lumen, et verbis non oppositis, asyndeta eo modo fecerunt, quo nos Germani quoque dicere solemus: *es ist zweifelhaft, ob es besser sei, mit jenen fallen, ob mit diesen leben.*"

ei Simonides, an quis alius (h. e. nescio Simonidesne, an q. a.) *artem memoriae polliceretur, oblivionis, inquit, mallem.* Brut. 23, 89. *paucis ante, quam mortuus est, an* (sive) *diebus an* (sive) *mensibus.* [In dubiis exemplis hoc est. Handius in Turs. I. p. 308. omitti vult *an* ante *diebus.*] Tacit. Ann. XI, 26. *sive fatali vecordia, an imminentium periculorum remedium ipsa pericula ratus.* Ibid. II, 42, 6. *(Archelaus) finem vitae sponte, an fato implevit,* et sic centies apud Tacitum. Quod Cic. pro Balbo 6, 14. *Quasi vero,* inquit, *levius sit, cum in tanta rep. versere et maximis negotiis praesis, facere aliquid, quod scias non licere, an omnino nescire, quid liceat,* duplex in his structura confusa est, altera: Quasi *levius* sit — facere aliquid, — *quam* omnino nesc. q. l. altera *Leviusne* est — facere al. — *an* omn. nesc. q. l.? Serioris vero aetatis scriptores disiunctivam vim particulae parum curantes *an* in simplici dubitatione post *incertum, dubium, in obscuro est* posuerunt, non Quinctil. V, 10, 53. *Tria sine dubio rursus spectanda sunt; an sit,* (pro *num sit,* ex aliena sententia in obliqua oratione) *quid sit, quale sit.* Ibid. §. 72. *Similiter et ex incremento in utramque partem ducitur ratio cum in coniectura, tum etiam in tractatu aequitatis, an ad initium summa referenda sit, id est, an ei caedes imputanda sit, a quo iurgium coepit,* hoc disiunctive est: *eventune culpa metienda sit, an ad initium summa referenda.* Sed Tacit. Ann. II, 9. *quaesitoque an* (sensu dubitativo) *Caesar venisset, — oravit.* — Sen. Ep. 113. *Doce me, non an fortitudo animal sit, sed nullum animal felix esse sine fortitudine.* Plin. VI, 16, 11. *cunctatusque paullum, an retro flecteret.* Disiunctive vero Iust. VI, 2. *diu Lacedaemonii, an eum* (Agesilaum, quem socii postulaverant) *summae rei praeponerent, deliberaverunt.* h. e. *reüicerentne eum, an s. r. praep.*

Est autem illa alterius, particulam *an* prae se ferentis, enunciationis occupatio facta ad analogiam

particularum *vel* atque *et*, quae, priore quidem *vel* aut *et* omisso, pro *etiam* usurpantur. Ac tria quidem sunt disiunctivae interrogationis genera ut in rerum comparatione distinguenda. Nam dubitatio esse potest aut de diversis, *inter se tamen consentientibus*, rebus s. praedicatis, quae eidem tribui vel esse in eodem possunt, ut: *nescio utrum Caius ingenio praestet, an studio;* aut de repugnantibus rebus, quae sunt strictiore repugnantiae sensu, si logicae artis peritos audis [12]), aut *contrarie* s. per positionem alterius oppositae, ut: *nescio utrum dives sit, an pauper*, aut *contradictorie*, per simplicem negationem, ut: *nescio utrum dives sit, an non*. In tertio hoc genere, quod habet contradictoriae disiunctionis oppositionem, negativa particula *annon?* aut *nec ne* [13])? alterum

12) Cf. Wilh. Traug. Krug's *System der theoretischen Philosophie. I. Th. Königsberg.* 1819. §. 38. Cum in hac Commentatione p. 7. de horum generum distinctione, si quaeritur, quae sit sententia suppressi membri interrogationis disiunctivae cogitanda, *disiunctionem* simpliciter dixissem eam oppositionem, quae est rerum vel notionum, ut logici aiunt, consentientium s. convenientium, nunc, ut corrigerem, explicatius dixi quid sentirem, monitus etiam ab Handio Turs. I. p. 335.

13) De verborum *an non* et *necne* in bipartita interrogatione discrimine Handius in Turs. I. p. 340. seq. scite disputavit. „*Nec* enim in *necne* non disiunctivam potestatem habet, sed copulativam, eoque posito continuatur una quaestio per adiectam negationem: veluti quum quaero, illud fiat necne fiat, duo comprehenduntur uno nomine, fieri et non fieri aeque ea simul dubium esse. Ubi autem oppositio contrarii fit et disiunctionis ratione res negatur, sive notiones simpliciter opponuntur, rem esse aut non esse, sive altera pars maiorem recipit probabilitatem, rem esse aut potius non esse, dicamus *an non* i. e. *aut non*, necesse est. Quibus omnem huius locutionis proprietatem complectimur. — Haec eadem causa est, quapropter *necne* non nisi in obliqua interrogatione poni soleat, *an non* plerumque in recta, rarius in obliqua.“ Eadem fere est Hoffmanni sententia (vid. Jahn's *Jahrbücher der Philolog. u. Paedag.* VII, 3. p. 257.) adversus Ramshornii Grammaticam lat. §. 174. proposita.

ocum solet occupare, ut si quaero *possis*, *an non ossis*, — *utrum velis*, *nec ne?* In omni disiunctive nterrogandi genere prioris interrogationis cogitatio ost *nescio* vel *haud scio* omissa intelligitur, sed non odem modo. *Nescio an non* propter sermonis natu- am rarius est. Exemplum tamen praebet Cic. Acad. II, 25. extr. *Quaere rationem, cur ita videatur: quam ut maxime inveneris, quod haud scio an non possis* (h. e. possisne, an non p.), *non tu — ostenderis.* ontrariorum autem partem priorem omissam, sed ue facillime ex altera, cum *nescio*, *an* coniuncta, interrogatione per oppositionem intelligi possit, vides apud Plaut. Mostell. III, 2, 90. *Nunc haud scio an colloquar*, h. e. taceamne, an colloquar. Cic. Ep. XIII, 1. *Nescio an ignoscendum sit huic, si tanto- pere laborat* pro Nescio, castigatione opus sit, an ignosc. Lael. 12. *quod quidem, ut res coepit ire, haud scio an aliquando futurum sit.* h. e. nunquamne, an aliquando fut. sit. Disiunctarum autem notionum et rerum varietas tanta est, ut non ubique ex sola oppo- itione certo possit alterum interrogationis membrum intelligi. Nam si dixeris *Nescio an hunc ducem ha- bucrit*, nemo necessario priorem partem mente sic explebit: *Nescio comitemne hunc, an ducem habuerit:* comitatum nisi commemoraris, vix quisquam per se cogitabit. Quare in eiusmodi oppositione propter minorem quandam notionum oppositarum discrepan- iam priorem interrogationis partem apud optimos criptores nusquam omissam argues, sed aliam saepe uam interrogationis formam videbis induisse. Liv. XXIII, 16. extr. *Sive tanta, sive minor victoria uit, ingens eo die res* (gesta est), *ac nescio an maxima llo bello gesta sit.* In his igitur indicativus opprimitur isdem verbi coniunctivo, quem insequens enunciatio ropter potiorem interrogationem post *an* requirit. oniunctivum oppressum ab indicativo senties aliis cis, ut Cic. Epist. IX, 15. *Est id quidem magnum, tque haud scio an maximum.* Tusc. III, 23, 55.

neque tamen genus id orationis in consolando non va sed id haud sciam, an plurimum. Si duplicem fing velis interrogationem, fere sic dicere licebit: nes id genus or. non nihil valeat, an plurimum. Flacc. 26, 63. *cuius ego civitatis* (Massiliae) *disc nam atque gravitatem non solum Graeciae, sed h scio an cunctis gentibus anteponendam dicam*, h Disciplinam nescio, soline Graeciae, an cunctis g antep. d. Contra particula *ne* primo vocabulo ad post *haud scio*, posteriore interrogatione negle priorem aperit Caes. bell. Gall. V, 54. *idque haud scio, mirandumne sit.* (an non mir.) ad q locum, cum de nostrae formulae significatione di dum erit, revertemur. Atque etiam simplex ver *scio* cum *an* struitur Ter. Eun. IV, 7, 20. *Qui an quae iubeam sine vi faciat?* pro *Qui scis, coact armis* (ut tu existimas) *an* (ut ego spero) *sine vi fa* Hor. IV, 7, 17. *Quis scit an adiiciant hodiernae stina summae tempora di superi?* Hoc igitur liq *nescio an* vel *haud scio an* sic dici, ut omissa p interrogatio ex orationis nexu possit sponte intel et attractio quaedam non tam in coniunctivi usu

---

14) Beierus in excursu XI. ad Cic. Offic. I. pag. 337. „iunctivi autem, inquit, in hac formula constructionem „mannus per attractionem quandam explicat, qua bina „ciata in unum coalescunt. E. g. haec Nat. D. I, 2, „*perturbatio vitae sequitur.* — *Atque haud scio, an* - „*cietas generis humani tollatur*, solvi possunt, si p „hoc modo: *haud scio, illa perturbatio vitae quanta* „*quamque nefaria: aut tolliturne etc.* —?“ Mihi q placet non hoc modo, sed eo, quem structurae natura et suppeditat: *Haud scio, societas generis humani conserv possit, an tollatur.* „Itemque extr. I. II. de Divin. c „tione hoc modo suppleri poterit oratio: *haud scio,* „*absoluti et perfecti putarentur* (Stoici) *aut solin philosophi putarentur?*“ Hic locus, qui apud Cicerone legitur: *quorum licentiae nisi Carneades restitisset, scio an soli iam philosophi iudicarentur* — mea sen sic explicandus erit: Haud scio, aliine praeter ipsos, a

quam in altera interrogatione deprehendatur, quae sese, tamquam vacuum suppressi membri locum occupans, ad *nescio* vel *haud scio* cum suo *an* applicavit. Nam coniunctivus modus pariter hic servatur atque in quavis indirecta interrogatione.

Sed hic locus postulat, ut verbi *nescio an* vel *haud scio an* concinnitati inservientis, rhetoricam quandam significationem altius repetam. Namque a vera inscientia vel dubitatione, quam hoc verbum proprie significat, distinguenda est simulata ignorantia vel dubitatio, quam apud Terent. Eun. IV, 4, 54. Dorias callide his verbis praecipit. *Tu pol, si sapis, quod scis nescis.* (h. e. te nescire simulas) et Adelph. V, 4, 3. ne quis quid temere pro explorato habeat, monet *Dem. Numquam ita quisquam bene subducta ratione*
ad vitam fuat,
Quin res, aetas, usus semper aliquid adportet novi;
Aliquid moneat; ut illa, quae te scire credas, nescias.
Nimirum urbanitatis est in sermone familiari cavere, ne ad rerum tristitiam accedat etiam iudicii explorati certaeque sententiae molestia, sed ut per inscientiae speciem vel quandam nesciendi lenitatem rei dicendae acerbitas quodammodo mitigetur. Nam cum quid vere te nescire, h. e. non satis scire dicis; aut nescis, quid statuendum sit, non Cicero scripsit, sed Plinius epist. VI, 21, 3. *Nescio an noris hominem, quamquam nosse debes,* (pro *fortasse ne nosti quidem hominem; tametsi potes nosse,* si comparas Cic. ad Att. I, 18, med.)

---

iam philosophi putarentur. Quam rationem nemo non sentiet esse et faciliorem et ex ipsa vocabuli *soli*, quod unum hoc loco interpres tenere debet, oppositione ductum. [Cf. Handii Tursell. I. p. 320. „Ille vero coniunctivus, qui post *haud scio an* et *nescio an* ponitur, ad eam rationem referatur necesse est, quam in omnibus sententiis non rem exponentibus, sed, cogitatione intercedente, ab animi notione pendentibus grammaticorum doctrina illustrat.“]

aut quid agendum, ut *nescio an* idem sit, quod d
bito, ut Plaut. Mostell. III, 2, 90. *Nunc haud s*
an colloquar [15]). Inde fit transitus ad inscientiae
dubitationis simulationem in expromendo de aliqua
iudicio, ut, cum tibi res videatur modestius af
manda, et salvo aliorum iudicio dicere velis quid s
tias, *nescio, an* vel *haud scio an* idem denique
quod: *opinor (meines Erachtens)* vel *suspicor*, v.
reor, ne: prout id, quod te dicis nescire an
comparatum fuerit, sic tamen, ut dubia sit et ince
sententia, quam vix audeas eloqui. Est autem dup
potissimum causa huius adhibendae verecundiae, c
aut tua causa cavendum sit, ne apud alterum,
te rem certo scire dixeris, arrogantiae, suspicion
iniquitatis, stultitiae, temeritatis notam contrahas:
alterius causa, ne dissentiendo vel acerbe loquer
eius indignationem, invidiamve moveas. Prioris
neris verecundiam *nescio, an* vel *haud scio, an*
his locis prae se fert. Cic. Acad. II, 40. extr.
exaedificatum quidem hunc mundum divino consilio
istimo; atque haud scio an ita sit. Haec formula
fertur ad praecedentem negationem, eamque ips
affirmat, *ne exaedificatum quidem hunc mundum div*
consilio; nempe: *sed natura* [16]). Liv. XLII,
Eorum autem, quae obiecta sunt mihi, partim ea su
quibus nescio an gloriari debeam, partim quae fa
non erubescam. Ter. Andr. III, 2, 44.

15) Integra dubitatio est etiam apud Ciceronem non modo in
bito an ad Attic. XVI, 5, 3. *dubito an Venusiam tendam*
sed etiam in *haud scio an* pro Flacc. 26, 63. p. Coelio 7.
haud scio an — similiter respondendum putem. in Pis. 17.
haud scio an malim te videri nullo pudore fuisse in l
ris mittendis etc. Vid. Beieri Exc. ad Lael. §. 21. N
rum ubi Cicero de se suove iudicio dubitat, non de re ali
quae incerta sit, hac locutione utitur, sed *incertum*
an — ut Cat. Mai. 20, 74.

16) Vid. Beieri Excurs. II. ad Lael. p. 211. et Hand. Tu
p. 315.

Non impulit me, haec nunc omnino ut credam: Atque haud scio an quae dixit sint vera omnia: Sed parvi pendo. sc. licet quae dixit sint vera omnia [17]). — Cic. Nat. D. II, 4, 11. de Tib. Graccho, *Vir sapientissimus, atque haud scio an omnium praestantissimus.* Ad leniendam vero tuae sententiae, si qua sit, ab alterius iudicio discrepantiam, vel tristitiam et acerbitatem *haud scio, an* in his locis pertinet, Cic. Tusc. II, 17. extr. *Crudele gladiatorum spectaculum et inhumanum nonnullis videri solet: et haud scio an ita sit, ut nunc fit.* Orat. 42, 143. *atque haud scio an plerique nostrorum oratorum ingenio plus valuerint, quam doctrina.* Tristiori sententiae lenitatis aliquid nostra formula affert in his, Liv. III, 60, 1. XXI, 43, 1. *Ac nescio an maiora vincula vobis, quam captivis vestris, fortuna circumdederit.* Tum praeter Cic. Acad. II, 25. extr. Lael. 12, 43. Offic. III, 2, 6. pro Marcell. 9, 29. *Servi igitur iis etiam iudicibus, qui multis post saeculis de te iudicabunt, et quidem haud scio an incorruptius, quam nos.* Catil. IV, 5, 9. *Nescio an amplius mihi negotii contrahatur*, h. e. vereor, ne — contrahatur. In negandi sensum haec formula abiit ex sequioris aetatis et Latinitatis usu promiscuo apud Valer. M. IX, 3, 1. *Sed nescio an eiusdem fuerit hoc dicere, et sic vincere*, h. e. Sed arbitror non eiusdem fuisse hoc dicere, vel vereor, ut eiusdem fuerit. — Item apud eundem III, 6, 1. *Nec hac re segniores Punicis exercitibus manus intulit, sed nescio, an ideo alacriores* h. e. sed non ideirco alacriores. Tum verbi *nescio an* vel *haud scio an* usus lenioribus etiam sententiis patuit, quae ut nihil cautionis, nihil verecundiae postulant, sic prioris interrogationis praetermissae vix admonent, cuius modi hi loci sunt, Offic. I, 37. pr. *Contentionis praecepta sunt; nulla sermonis: quamquam haud scio an possint haec quoque esse.* Cat. M. 20, 73

17) Huius loci sententiam pluribus explicavit Beierus l. c.

Lael. 6. pr. ad Quint. Fr. I, 1, 10. Tusc. III, 8. pr Tum etiam modestius per coniunctivum Orat. I 60, 255. *id quod haud sciam an prius ostenderi* II, 17, 72. II, 52, 209. Tusc. III, 23, 55. Liv. IX 15, 6. — Et quoniam sublata subiectiva, quam di cunt, veritate res, quam te dicis qualis sit nescire ad earum rerum numerum et ordinem ablegatur, qua esse vel fieri possunt; non, ut multi volunt, ubiqu sed saepe fit, ut pro *nescio*, *an* vel *haud scio*, *a* dici possit *fortasse*, quae vocula rem proprie ad for tunae arbitrium deferre putanda est, cum *nescio a* vel *haud scio an* nunc veram mentis dubitationem in dicat, nunc, ut in praecipiendo, omnia relinqui iube iudicio et rationi, nunc metuendi notionem continet ad quam *fortasse* minus aptum est, quam ad ean animi tranquillitatem, quae iucundarum rerum spe per vocem *fortasse* in fortunae arbitrio collocat, ve probabilitatem quandam sententiae, quam argumentis non possis defendere, sequitur [18]).

18) Vid. Cic. Brut. 41, 151. *Atque haud scio an* (Serv. Sulpicius *par principibus* (in dicendo) *esse potuisset; sed fortass maluit — in iure civili esse princeps.* Quis haec interpre tari volet, Atque *fortasse* par princ. esse potuisset, cum praesertim sequatur *sed fortasse maluit —?* Haec enim con iectura ignorantis est, illud modestius expromtum probe scien tis iudicium. Neque Cat. IV, 5, 9. *Si eritis secuti sententian C. Caesaris, — fortasse minus erunt, hoc auctore et cogni tore huiusce sententiae, mihi populares impetus pertimes cendi: sin illam alteram* (Silani); *nescio an amplius mih negotii contrahatur* (h. e. vereor, ne contrahatur), quisquan *nescio an — contrahatur*, idem esse putabit, quod *fortasse —* contrahetur, quae vocula non est metuentis, sed sperantis, u in priore huius loci parte. Idem statuendum cum de multi aliis locis, tum de Epist. XIII, 1. *Nescio, an ignoscendu sit huic, si tantopere laborat*, quod ad officii necessitaten lenius significatam referendum est, non ad casum, obscurum que rerum fortuitarum ordinem, ut Terentius Phorm. V, 2, 9 *Haud scio, an*, callide interpretatur *Nescio: verum si forte dico.* Ceterum vernacula vox *vielleicht*, qua nihil magnoper impedimenti esse significamus, latius etiam patet, et saep

Fuerunt etiam, qui temere statuerent [19]), *an* post *nescio* vel *haud scio* dici pro *an non*, scilicet vernaculi sermonis usu, quem distinguere debebant, et particulis *ob*, *ob nicht*, *ob nicht* decepti. Nam germanice, si quid nos vere nescire fateri volumus, contrariam opinionem per particulam *ob* in dubitationem vocamus: sin verecundius affirmare velis, sive id, quod te nescire dicis, optas sive metuis, Germanica particula enclitica *nicht* suppetit in *ob nicht*, quae mutata voculatione a negativo *nicht* in *ob nicht* distinguitur. Duplex igitur ratio est in utramque partem interrogantium, cum an quid factum sit vel fiat v. futurum sit aut vere nesciant, aut dicant se nescire cum spe vel cum metu, sive cum voluptate vel dolore. Vere se nescire dicunt hoc modo: *Ich weiss nicht, ob der Freund (oder Feind) kommen wird*, quod Plinius dixerit: *nescio, an venturus sit*, quae verba apud Ciceronem sunt modestius sperantis: *Vielleicht kommt er*. Nam diffidentis est dicere: *Ich weiss nicht, ob der Freund kommen wird* [20]). De hoste

ad nostram formulam interpretandam aptior est, quam *fortasse*. Altera persona germanici verbi: *Du weisst nicht*, vel *kannst nicht wissen, ob nicht* — pro: facile fieri potest ut, *(Leicht möglich, dass)* praesertim si quando alterum dubitare videmus, usitatior est quam prima, quam latinus sermo praefert. Sed tamen exemplum exstat apud Horat. Carm. II, 4, 13. *Nescias, an te generum beati Phyllidis flavae decorent parentis*. [De eadem re cum in Excursu II. ad Ciceronis Laelium p. 252. scripsissem: „Quamobrem non alteram personam *haud scis an* vel *haud scias*, usquam reperies, cum non rarum sit *nescias, an* vel *qui scis an* — ut Horat. Carm. II, 4, 13. *Nescias, an te generum* etc.“ Handius in Tursellino Vol. I. p. 320. meam sententiam pervertit, sic scribens: „nec Gernhardus mirari debebat Exc. p. 252. quod nusquam reperisset *nescias* vel *nesciat*.“]

19) Eorum nomina collegit Handius Turs. I. p. 310. §. 11.

20) Beierus in Exc. II. ad Lael. p. 218. me non frustra monuerat de nimia huius loci subtilitate, quam in hac Commentationis editione vitandam putavi. Idem Vir doctus eodem loco graecum *οὐκ οἶδ' ἂν εἰ* cum nostratium sermone comparavit.

qui metuit, dixerit: *Ich weiss nicht, ob er nicht kommen wird.* Latini sermonis diversa ratio est.

Si quis vero videri mallet nescire, quid statuendum, quam confidentius affirmare quod ne exploratum quidem esse posset; apparet, cur *haud scio an* placuerit, quod Terentius egregie interpretatur Phorm. V, 2, 9.

Dem. Etiam idne dubiumst?
Geta. Haud scio hercle, ut homost, an mutet animum.
D. Hem, mutet autem?
G. Nescio: verum, si forte, dico.

Est enim negativa particula *haud* [21]) a *scio* seiuncta, cum quo verbo coaluit *non* vel *nec* in *nescio*; quae seiunctio, praeterquam quod *haud* per sè est *eben nicht*, *wohl nicht*, ad simulationem ignorationis vel ad significationem cunctantis sive fluctuantis verecundiae, comparatum, etiam commodior est, si quando

21) De origine et significatione particulae *haud* vel *haut* („ut passim in antiquis codicibus scribitur") vid. Beieri Excurs. II. ad Laelium §. 12. cui „orta videtur ex Gracco οὐδὲ vel οὔτε, et nescio quid dubitativae existumationis ammixtum habet, ut fere valeat = *ne — quidem = non facile, ut equidem existumo = parum utique = vix ac ne vix quidem = eben nicht.*" — *Haud scio an = ausim dicere = ut equidem sentio = quod intellegam = ut veri simile fit. Nescio* vero, inquit, est = *non sat scio.* Hinc Cic. II. fin. 2, 6. iunxit *nescire et in eo nutare.*" Nam negatio *ne* ex eiusdem Viri d. iudicio simpliciter habet vim privativam = *νε* — (e. gr. in voc. *νέποδες*) = *νη* — = *ἀνε* — = *ἀν* = *ohn* = un = *in* —. Quibuscum conferatur Rud. Stuerenburgii Commentatio I. (quae est editioni Cicer. de officiis addita) de particula *haut* p. 126. seq. qui „plerumque" in codicibus antiquissimis inventum *haut* ortum putat ex alpha illo privativo et ex *ut;* dici igitur *haut* pro *aut* discernendi gratia. Inesse autem in notione *ut* pro *utut wie auch* fluctuationem, ut idem fere significet *haut*, quod *non ferme*, id est *nicht eben:* Handius in Turs. I. p. 319. *haud* in hac quidem formula eam tantummodo vim occupare existimat, ut negatio ipsi, cui additur, nomini inhaereat et cum eo unam constituat notionem: quam eandem esse rationem in verbo *nescire.*

dubitationis notationem efferre velis. cf. Ter. Andr. IV, 1, 28. *Haud istuc dicas, si cognoris vel me vel animum meum*, et Cic. Tusc. V, 12, 35. ubi Socrates interrogatus, Archelaum nonne beatum putaret? *Haud scio*, inquit, *nunquam enim cum eo collocutus sum*. Ciceronem quidem animadvertisse mihi videor de simulata inscientia paene constanter vel certe multo saepius *haud scio, an* usurpare, quam *nescio, an*, quod simpliciter negat, cum in *haud scio, an* cum acriore audaciae fugiendae studio plus coniunctum sit verecundiae. Ita non mirum, *nescio an* deprehendi Cat. IV, 5, 9. *nescio an amplius mihi negotii contrahatur*, pro Lig. 9, 26. *Constantiam dico? nescio an melius patientiam possim dicere*: quo loco ipse, qui dicit, se quodammodo reprehendit. Nec ulla cautione opus erat Offic. II, 18. med. *Conveniet esse — a litibus vero, quantum liceat, et nescio an paullo plus etiam, quam liceat, abhorrentem*. Attic. IV, 3. *bonorum, qui nescio an ulli sint*. Est enim verecundiae significandae causa potissimum in *ulli*. Eodem pertinent epistolae, Caecinae altera, apud Cic. Ep. VI, 7. altera Dolabellae IX, 9. *quod nescio an ulli umquam nostro acciderit imperatori*. Livius raro usus est verbo *haud scio an*, ut III, 60, 1. cum II, 2. XXI, 43. XXIII, 16. *nescio an* deprehenderim. Apud Plinium, Senecam, Quinctilianum, Tacitum, Florum, Valerium M., Curtium, vix *haud scio, an* inveneris, nimirum apud eos, qui minus verborum quam rerum delectum curant.

In promtu autem est, cum non audes dicere, te scire quod tibi scire videris, in hac dicendi formula inesse denique verecundam nec dubitatione vacuam affirmationem eius sententiae, quae cum *an* post *haud scio* vel *nescio* coniungitur, ut Cic. Lael. 14. *Atque haud scio an ne opus sit quidem, nihil unquam omnino deesse amicis*. h. e. opinor, non opus esse. Ep. VI, 7. (Caecinae ad Ciceronem) *Ac nescio an tibi* (quod de te parce scripserim) *gratius opportuniusque acciderit*.

h. e. Gratius tibi accidisse existimo [22]). Cic. Ep. IX, 14. *Contigit enim tibi, quod haud scio an nemini,* hoc sensu, quod arbitror nemini contigisse. Acad. Qu. II, 25. *quod haud scio an non possis.* Suspicor enim, te non posse. Apud Caesarem vero bell. Gall. V, 54. *nulla fere civitas fuerit non suspecta nobis: idque adeo, haud scio mirandumne sit — quod — dolebant,* est: non mirandum esse arbitror, propter particulam *ne,* quae, cum priorem simulatae dubitationis partem, quae improbandam sententiam continet, omissa altera *(an non mir. sit,)* aperiat, non potest non negativam vim habere. Liv. III, 47. extr. *Passurine haec isti sint, nescio: non spero esse passuros illos, qui arma habent.* Famil. II, 5. *Sed haec ipsa nescio rectene sint literis commissa.* h. e. male commissa sunt literis. Denique observandum est, Valerium Max. III, 6, 1. IX, 3, 1. quos locos supra commemoravi, *Nescio an eiusdem fuerit,* contra antiquiorum scriptorum usum dixisse pro *Nescio, an non eiusdem fuerit* h. e. Non eiusdem fuisse existimo. Nimirum sequioris aetatis scriptores huic formulae *nescio an* interdum negativam vim tribuerunt, discrimen particularum *an* et *ne* in bimembri interrogatione parum curantes.

Sed quoniam pronomina *ullus, quisquam,* vel adverbia *unquam, usquam* cum *nescio an* vel *haud scio an,* non sine Codicum dissensu et Virorum docto-

---

22) Handius in Turs. I. p. 314. haec Caecinae verba improbationem sive negationem exhibere, ut Cortius in ed. Epp., existimat. Mecum sentientem habeo Manutium, qui verba *Ac nescio an tibi gratius opportuniusque acciderit* sic interpretatur: „fortasse gratius tibi erit, ac melius cadere videbitur, quod parce te laudaverim, metu scilicet refugiens. nam, quod egregie praestari non potest, id vel non attingere oportet, vel saltem quam parcissime facere.“ Tum Handius l. c. p. 327. et 328. de eadem Caecinae epistola „at dixit, inquit, ille negaturus *nescio an gratius quidquam acciderit.* i. e. non puto.“ Neque vero *quidquam* neque *nihil* Caecina istis verbis interiecit.

rum [23]) controversia apud Ciceronem iunguntur (nam de recentioribus scriptoribus nulla est dubitatio); animadvertendum est, triplex esse istorum genus. Quorum

---

23) Quae ad Cic. Lael. 6. pr. et in Exc. II. p. 259. tum et in Seebodii *Sylloge (Neues Archiv für Philologie und Paedag. 1. Jahrg.* 1826. 1. *Heft.* p. 18. seqq.) de vocabulis *quisquam*, *ullus unquam*, *usquam* dixeram, Beierus Exc. II. ad Lael. p. 223. §. 25. his verbis comprobavit: „negationem praeponderare innuunt addita Pronomina vel Adverbia indefinita, quae tam affirmativis *aliquid*, *aliquando*, *alicubi*, *uspiam*, *quispiam*, quam negativis *nihil*, *numquam*, *nusquam*, *nemo* interiecta quasi media, qualitatis quodam modo neutrius, negationis tamen quam affirmationis sint viciniora ideoque in oratione addubitantis omnibusque in sententiis modi problematici usurpentur.“ Eaque (p. 224.) cum *an* iungi, nulla prioris membri mentione facta, sic ut aliis particulis *si*, *quamdiu*, *ne*, *vix*, *quam*. P. 225. „Propter hanc ipsam vocalarum istarum indefinitarum cum Particula *an* iunctarum ambiguitatem magis emergit negatio non tam in verbo primario *nesciendi* vel *dubitandi*, quam in tota formula latens.“ W. Weissenborn in utilissimo libro: *Syntax der lat. Sprache. Eisenach* 1835. §. 46. „*Quam* nämlich als Accusativ von *quis* heisst: in wie weit man auch annehmen mag, also *quisquam* jemand, in wie weit man nur jemand annehmen kann, d. h. *kaum jemand.*“ non sine ambiguitate voculae *kaum*. G. Billroth (*Lat. Schulgrammatik für alle Classen. Leipz.* 1834. §. 205. libro inprimis laudabili) *quisquam* et *ullus* excludendi et stringendi vim habere dicit et ab *aliquis* distinguit sic, ut *aliquis* significet, unum e pluribus esse posse, *quisquam* et *ullus* unum tantum ex omnibus requiri. Et ut ipsius Viri docti verbis addam quae sequuntur: „Daher kommt es, dass *quisquam* (und *ullus*) besonders in solchen negativen, dubitativen, interrogativen Sätzen steht, die einen *allgemeinen*, das Gegentheil *ausschliessenden* Charakter haben sollen, in denen man sagen will, dass sie durch keine *einzige* Ausnahme eingeschränkt werden. Iisdem Pronominibus et Adverbiis Handius Turs. I. p. 326. tribuit „plenam definitae rei affirmationem (nam *ullus* est *unulus* et *quisquam* significat unum ex omnibus vid. egregiam expositionem Prisciani 17, 7, 46.) et ob ipsam hanc caussam, quod nulla res nisi certa negari potest, in negativa sententia ponuntur, sive addita negationis particula vel verbo, sive in interrogatione dubitativa: neque etiam in comparatione, in

primum affirmationi inservit, ut *aliquis*, *aliquando*, *quispiam*. Ex quibus unum *aliquando* cum nostra formula iunctum reperi Lael. 12. extr. *quod quidem, ut res coepit ire, haud scio an aliquando futurum sit.*

---

qua grammatici negationem reperisse sibi visi sunt, negatio ipsis his vocabulis exprimitur.“ Et quoniam „omissa disiunctionis pars (ibid. p. 314.) aut affirmationem aut negationem in se habet, quo fit, ut verba *nescio, an, haud scio, an* rei, quae dicitur, aut improbationem aut approbationem adiiciant,“ atque etiam ab eo dicantur „qui (p. 327.) ad non credendum propensior est, quam ad credendum; recte dicitur *ullus* et *quidquam*. — — Hic erat usus recentiorum maxime scriptorum, qui a Ciceronis consuetudine seccdebant,“ cui in hac formula, ubi aliquid non esse coniicitur vel modeste affirmatur, una loquutio negativa *nullus, numquam* placuerit. „Quum in Ciceronis operibus vix unus (exceptis ad Attic. 4, 3. et Orat. 2, 1. vid. p. 328.) locus reperiatur, in quo aut codices meliores non suppeditent integram scripturam *nihil, numquam, nullus*, aut verba *ullus* et *umquam* non obtineant proximum post *an* locum, facile potest criticis concedi, librarios compendio scribendi *ānullus* deceptos esse.“ Quod idem est Beieri iudicium, qui mente (si Excurs. II. ad Laelium p. 231. cum eiusdem Exc. XI. ad Offic. I. p. [illegible] et al. l. comparas) mutata dicit Augustum Matthiae in Seebodii tabulario philologicarum literarum altero anno (1825.) fasc. I. p. 26. ss. a se iam impetrasse, ut in Laelio c. 6. pr. (de quo l. paulo post erit sermo) cum Lamb. probet multorum codd. lectionem: *haud scio an nihil*. Idem statuit W. E. Weber (*Uebungsschule für den lat. Stil in den obersten Classen der Gymnasien, zweite verm. u. verb. Aufl.* 1834. *Excurs.* IX.) et K. H. Funkhaenel (*Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft.* 1834. Nr. 133). A quibus Viris doctis equidem dissentio cum Ochsnero in Eclog. Cic. ed. 3 1828. p. 191. seqq. Ottone ad Cat. M. 16, 56. Orellio et Klotzio in editt. Cat. M. et Laelii; quibus addendi sunt Censor Gotting. in indic. liter. 1826. n. 206. cuius sententiam vid. in Beieri Exc. II. p. 237. expositam. Aug. Grotefend (*Lat. Schulgrammatik. Hannover* 1833. §. 345.) Billroth l. c. et Weissenborn l. c. §. 216. Nam Mich Weberi decreta in *Symbola II. ad grammat. Lat.* qui negationes pro arbitrio in hac formula modo addi, modo detrahi, superstite eadem sententia posse arbitratur, confutavit Beierus in Exc. ad Lael. p. 236. seq.

alterum genus continet voces, quae negationem prae se ferunt, *nemo*, *nullus*, *nihil*, *numquam*, *nusquam*: tertium vero, tanquam medium inter illa, eorum pronominum et adverbiorum est (*quisquam*, *ullus*, *unquam*, *usquam*) quae in media quidem sententia sive aperte sive occulte negativa per se affirmativam vim habent, quatenus in *quisquam* (*irgend einer*) *unus ex omnibus*, *qualiscunque* (haud *quisquam*, ut vulgo dicunt, *weit und breit keiner*), *quam* latissime patentes fines quaerendi concedit, ut sit *quantumvis affirmetur aliquem esse*; *ullus* (homo) pro *unulus*, *auch nur ein einziger*, *quotquot sunt*, per ipsam deminutionem minimi numeri declarat, contentum te, qui intelligis nullum esse, fore uno, qui reperiatur, aut, si excludis, te esse ne unum quidem admissurum. Quare haec pronomina et adverbia non in affirmativa sententia ut *aliquis* (ein Individuum, *Jemand*) et *quispiam* (*der oder jener*, vide Klotzii annotat. ad Lael. XI, 39.) sed in negativa enunciatione (ut post *nec* vel *nego*) usurpantur et praeter interrogationem, quae expectat ut negetur (*An quidquam*—? Cic. de fin. II, 4, 11.), in conditionali, si sumitur incertum quod est, aut quod putas non esse (post *si* et *quasi* ad Att. XIII, 23, 5.), in comparativa, ubi intelligis frustra quaeri alterum parem, (ad Attic. I, 13, 1. *Non enim dubito*, *quin celerius tibi hoc rumor*, *quam ullius* (pro *cuiusquam*) *nostrum litterae nunciarint.*) et post *raro*, *miror*, similia [24]). Atque hoc ipso, quod non nisi negativae sententiae inserviunt [25]), differunt a germanico *irgend einer*, qui latine potest dici *aliquis* in

24) Vide quae post Beierum in Exc. II. ad Lael. p. 224. scite collegit Stuerenburgius in Commentat. II. quam Laelii editioni adiecit. Cap. I. X. XII. XIV. et Aug. Grotefendii *Commentar zu den Materialien lat. Stylüb.* Exc. IX. *Ueber quisquam*, *quispiam*, *aliquis*, *ullus*.

25) Propter singularem hunc usum ista pronomina et nos in annotat. ad Laelium 6, 56. et in Exc. II. p. 259. et Beierus l. l. p. 223. et alii *media inter affirmationem et negationem*

affirmatione, ut *Quaero aliquem*, quem spero me mox inventurum; non item dixeris *Non inveni aliquem vel quempiam*, pro *quemquam*. Recte vero *si quem inveneris*, sc. quem alicubi fore spero; et *si talem quemquam inveneris*, ubi intelligo neminem fore. Cf. Cic. de Nat. D. III, 4, 11. *Quasi vero quisquam nostrum istum potius, quam Capitolinum Iovem appellet.* ad Att. XVI, 5. *si quisquam me tenet.* Catil. I, 2, 6. *Quamdiu quisquam (auch nur ein einziger* [26]) neminem autem fore puto) *erit, qui te defendere audeat, vives.* ad Attic. XIII, 10, 4. *in Caesarem ne si insidiis quidem* (h. e. ne tum quidem, si insidiis) *Marcellus interfectus esset, caderet ulla suspicio.* Lael. 15, 52. *Nam quis est — qui velit, ut neque diligat quemquam, nec ipse ab ullo diligatur.* Cat. I, 9. *Te ut ulla res frangat?* Leg. I, 3. *Scripsisti plura, quam quisquam* (cuius loco neque *aliquis*, vel *quispiam*, neque *nemo* latine poni licet) *e nostris.* Nat. D. III, 4, 11. II, 12, 32. Quare cum *nemo* idem fere sit, quod *non — quisquam*, ut Invent. I, 2. *Nemo ruptias viderat legitimas: non certos quisquam adspexerat patres*, et *nullus* a *non ullus* vix differat v. Nat. D. III, 3. extr. *nec ullum* (si omnia circumspexeris) *animal est sine sensu: nullum* (scil. eorum, quae cognita sunt) *igitur animal est aeternum*; in promtu est paene pariter negationem confirmari per *haud scio an quisquam, ullus (homo), quidquam, unquam*, atque per *haud scio* vel *nescio an nemo, nihil, numquam.* Nam quoniam *ulla* (res) et *quidquam* non per se negant, sed ex quoque praecedente negativo vel dubitativo vocabulo omnia excludendi vim repetunt, propterea

(sunt vero propter dubitationem, quam per se habent, propiora negationi.) et propter *quam indefinita* diximus.

26) Nam nominativum *ullus* pro substantivo *quisquam* et *ulli* pro subst. *cuiquam* numquam dictum esse, interdum *ullius* pro *cuiusquam*, saepius *ullo* quam *quoquam*, Stuerenburgius in Commentat. II. cap. X. docuit.

ta indefinita pronomina, si formula *haud scio an* raecedit, in cuius significatione, quamvis affirmativa *nusim dicere = si recte sentio = forsitan)*, tamen aliuid incerti ac dubii residet, tamquam quodam proinquitatis iure in sese negativi pronominis munus ecipiunt [27]). Ita non opus erat dicere *haud scio an ihil* vel *nihil quidquam*, quod grammaticae legis everitas exspectari iuberet, in iis locis, qui apud iceronem tantam dissensionem interpretum commoveant, cum totius sententiae ratio ad dubitativam affirmationem inclinet, et *quidquam*, si sensum et usum ius spectas, interiecti *nihil* locum aeque ac *kaum twas, schwerlich irgend Etwas* hoc etiam facilius et ptius sustinere possit, quo acrius negare videbitur ui dixerit *hac re haud scio an nihil* vel *an nihil uidquam (Nichts, welcher Art es auch immer seyn ag) sit melius*, et quo plus lenitatis *quidquam* in egativa vel incerta sententia habet, cuius verbo duitativo curam addit circumspiciendi, sicubi quid tale t, quale an sit dubitatur [28]). Neque erat, cur quis brariorum notissimum illud *nemo* vel *nihil* per *quid-*

---

7) A qua ratione non dissentit Ochsnerus, qui Eclog. Cicer. ed. 3. p. 191 seq. verbis *haud scio an unquam futurum sit*, addit: „womit er (Cicero) der Verneinung sich nähert und mit *nunquam* wirklich in dieselbe übertritt.“ neque Klotzius, cuius annotationem ad Lael. c. 6, 20. paulo post afferam.

8) Eadem mente, sed minus explicata sententia, in hac Commentatione de anno 1822 tantum non divendita, de vocabulis *quisquam*, *ullus*, *unquam*, *usquam* p. 13. scripseram: „quae cum per se affirmandi vim habeant (vid. Catil. I, 2, 6.) ex praecedente enunciatione vel negativa vel interrogativa vel conditionali vel comparativa negandi vim adsciscunt hoc etiam maiorem, quod amplissimorum finium per *quam* in *quisquam*, *unquam*, *usquam* fit significatio.“ Sed cum paulo post eadem pagina satis habuissem, quod non debebam, scribere: „quae voculae ex *haud* (pro *haud scio an*) negativam vim contrahunt;“ Aug. Matthiae (vid. Seebodii *Archiv für Philologie und Paedag. II. Jahrg. 1. Heft.* p. 26 seqq.) contra me exstitit, qui vellem negationem in altero membro

quam v. *quisquam* in ullo Codice interpretaretur, cum *quisquam* pro *nemo* positum videri posset interpretem requirere. Luculentissime hoc quidem apparet ex Cic. Lael. 6. pr. *qua quidem* (amicitia) *haud scio an, excepta sapientia, quidquam melius homini sit a diis immortalibus datum.* coll. c. 13, 47. *qua* (amicitia) *nihil a diis immortalibus melius habemus, nihil iucundius.* Ernestius, superiore loco scripsit *sapientia, nihil quidquam melius* cum in MSS. Erf. [29]) et Goth. *nihil melius* (omissa voce *quidquam*) legeretur. Nam

positam ad alterum transferri. Huic Viro docto, immemori ei quidem Acad. II, 11, 33. *dicunt hoc unum se tollere, ut quidquam possit ita videri, ut non eodem modo falsum etiam possit videri, cetera autem concedere*, cum responderem (vid. *Neues Archiv für Philol. u. Päd. I. Jahrg.* 1. *Heft* 1826. p. 18—36. (quae paginae mendis typographicis scatent) videbatur mihi duplex genus interrogationis distinguendum, quorum in altero *(Behauptungsfrage)* an ante definita vocabula tuam loquentis sententiam, priore membro quod contrariam opinionem contineret suppresso, aperiret, in altero si indefinitum pronomen sequeretur, alienam tamquam refutandi adversarii sententiam, eamque tuae, quae cum priore membro suppressa esset, contrariam *(Widerlegungsfrage)* Quae ratio, nisi iniquior sis iudex, proxime abesse videbitur ab Handii sententia, quam in Turs. I. p. 314. et 327. propositam supra commemoravi: recte dici, tantum non a Cicerone *ullus et quidquam* post *nescio an* vel *haud scio an* ab eo qui ex aliena sententia loquens ad non credendum propensior sit, quam ad credendum.

29) De Erf. libri lectione marginali, ut de defendenda lectione *quidquam*, vid. Klotzii annotationem ad h. l. p. 127 seqq. Qui Vir doctus quamquam scripsit, se alio loco hac de re explicare constituisse, tamen memoratu dignissima sunt, quae ad hunc l. annotavit: „ita mea quidem sententia iam hoc loco poterit cogi, etiam Ciceronem formulam *haud scio an* ita usurpasse, ut si pronomen quoddam indefinitum, quod etsi per se non haberet inde a prima origine negativam vim ex usu tamen ei adhaeresceret negativa quaedam significatio accederet, negationem non adiiceret ipsam, sed eam ex tota sententia assumendam existimaret." — „De sententia autem (sic paulo post pergit Klotzius) ita videtur existimandum aliud esse, dicasne: *qua quidem haut scio an excepta sa*

Cic. de Orat. I, 30. pr. et Ter. Andr. I, 1, 63. *comperiebam, nihil ad Pamphilum quicquam adtinere,* pro *cuiuscunque generis* est *quidquam* cum *nihil* coniunctum, ut affirmative *quippiam* cum *quid* Invent. II, 46, 136. *Si quid igitur ex hac ipsa quippiam accusator deroget.* — Similiter statuendum est Ter. Hec. I, 1, 10. *Nam nemo quisquam illorum scito ad te venit, quin ita paret sese,* praesertim in sermone familiari. Pro *quisquam* post *haud scio, an* certe frequentius est *nemo,* quod certa mente et sine ulla dubitatione, quae in *quisquam* latet, negat. ut Offic. III, 2, 6. Brut. 33, 126. Quint. Fr. I, 1, 10. *ut tibi tanti honores haberentur, quanti haud scio an nemini.* Similiter *ulla res,* cui adiuncta est cogitatio *quotquot sunt,* minus definite et confidenter post *nescio an,* quam *nulla res* vel *nihil,* dicitur. Nam lubenter confiteor, me in errore fuisse, cum Cic. Cat. M. 16, 56. p. 108. Ernestium secutus *nulla* scriberem in his: *Mea quidem sententia* [30]) *haud scio an ulla* (senectus) *beatior esse possit* [31]). Ernestius vero praeter hunc locum

pientia quidquam melius homini sit a dis immortalibus datum, an dicas: *qua quidem haud scio an excepta sapientia nihil melius homini sit a dis immortalibus datum,* illud enim si dicis per *quidquam* hoc quidem etiam significas te non existimare esse aliquid melius amicitia, sed tamen per duplicem dubitationem id exprimis, primum ita ut sententiam tuam declares per aliquam dubitationem *haut scio an,* deinde ut etiam illud ipsum, quod per hanc dubitationem declaras, per sese etiam nunc dubium esse significes, quod contra est, si scribimus *nihil* in hac sententia, ubi simplex est dubitatio, quae continetur verbis *haut scio an,* cetera satis aperte significantur."

30) Modestiae significatio, quae est in simulatione dubitationis *(haud scio an)* de eo, quod statuendum putas, h. l. Ciceronem non impediit, quominus *Mea quidem sententia* h. e. *Ut dicam quod sentio,* isti formulae praemitteret, quemadmodum verbum *puto* addidit p. M. Caelio 6, 16. *Quod haud scio an de ambitu et de criminibus istis sodalium ac sequestrium (quoniam huc incidi) similiter respondendum putem.*

31) Ernestianam lectionem *nulla* receperunt Nobbius, Bil-

ullus post *nescio an* in *nullus* mutavit Attic. IV, 2 *gemitu non dicam bonorum, qui nescio an ulli* (Er *nulli* invitis libris scriptis et editis) *sint.* ad Div. IX, 2 quem loc. supra l. Item Orat. II, 4, 18. *Omniu autem ineptiarum, quae sunt innumerabiles, haud sc an ulla* (Ern. *nulla* ex uno MS.) *sit maior, qua illorum, qui* —. Orat. c. 2, 7. *quod in perpetuitd dicendi non saepe, atque, haud scio an umquam, aliqua autem parte elucet aliquando,* consentientib omnibus codd. Huc etiam pertinet vexatissimus loc Corn. Nep. Timol. 1, 1. *Sine dubio magnus omniu iudicio hic vir exstitit. Namque huic uni contigit, qu nescio an ulli, ut et patriam — oppressam liberar et.* — quo loco Lamb. et Bremi receperunt *nescio nulli:* Bardili e Codd. *an ulli.* Heusingerus u

---

lerbeckius et Beierus (qui Exc. XI. ad Cic. de offic II, 33. *ulla* defenderat) in Exc. II. ad Lael. §. 28. p. 2 Accedit Handius in Tursell. I. p. 323. et 328. Contrari lectionem *ulla* defenderunt Otto in ed. Cat. et Klotzi praeter ed. Catonis, consentientibus Codd. Trevir. et Haen in annotatione ad Lael. c. 6, 20. p. 123. ubi de nostro l ait: „cum libris praestantissimis ac pene omnibus *haud an ulla* reliqui, etsi erant, qui ex libro quodam comm darent *nulla.*“ Huic lectioni *(ullam)* si posterius membi ex aliena sententia dictum putas, in priore membro suppr non *nulla* oppositum est, sed *haud scio, horumne senec beatissima sit, an ulla beatior esse possit.* h. e. *an po ulla.* Haec addidi adversus Beierum, qui l. c. p. 227. i *ex aliena sententia* dictum irridere voluit, cum defend periculum fecissem in Seebodii libro *Neues Archiv f. lol. I. Jahrg.* 1. ann. 1826. p. 18. seqq. Nunc enim rationem exposui, quam quatuor annis ante scripta Comm tatio grammatica II. continebat. Hanc si sequeris, *ulla* nc loco ex totius sententiae ratione et potius videtur negati vim post *haud scio an* assumsisse, quam ex suppressi n bri oppositione, cum Catonis animus toto illo loco, impr verbis: *Num igitur eorum senectus miserabilis fuit?* sentiret et quam elatus admiratione esset, significasset Laelius l. c. amicitiae, divini muneris, praestantia motus.

a Nepote ferendum putat, cum suspicatur, Ciceronem cripturum fuisse *an nulli*, aut *an nemini* [32]). Plin. lp. III, 1. *Nescio an ullum iucundius tempus exe-erim, quam.*

Hic locus, ut multi alii, integram habet post *escio* v. *haud scio, an* enunciationem; at non raro ullum peculiare verbum additum est, sed ipsa haec ormula mediae enunciationi, aeque ac *fortasse* vel *t opinor*, adverbialiter interiecta reperitur; quo acto pro verbi coniunctivo indicativus retinetur. Ter. delph. IV, 5, 33. *Qui infelix haud scio an illam isere nunc amat.* Cic. Nat. D. II, 4, 11. *Vir sa-ientissimus, atque haud scio an omnium praestantis-mus, peccatum suum confiteri maluit.* Offic. III, 9, 105. *Quorum quidem testem non mediocrem, sed aud scio an gravissimum, Regulum, nolite, quaeso, tuperare.* Tusc. III, 23, 55. Leg. I, 21. extr. uapropter hoc diiudicari nescio an umquam, sed hoc rmone certe non potest. Dubiae structurae locus t Offic. I, 21, 72. *Capessentibus autem rempub. hilo minus, quam philosophis, haud scio an magis iam et magnificentia et despicientia adhibenda sit rum humanarum.* Libri scripti *sit* postulant; Manut.

---

2) De hoc Cornelii Nepotis loco pluribus disseruit Beierus in Exc. II. ad Lael. §. 28. p. 233. qui existimat praecedentem restrictionem *huic uni contigit* aptius convenire cum hac formula: „*quod nescio an ulli* np. *alii:* quae iam non est firmae opinionis fiduciaeque affirmandi de restrictione ista, qua alii omnino excluduntur, degradatio quaedam, sed de aliis praeter *hunc unum*, cui certe singulare quiddam contigerit reperiundis eique aequiparandis desperatio.“ Mich. Weberus in Symb. ad grammat. Latinam II. p. 101. suspicatur, ut Beierus in nota l. l. scribit, illud *uni* esse glossema marginale. „Si enim auctor scripsisset: *huic uni contigit* ... non apparere, quomodo addere potuisset: quod *nescio an nulli.*“ At hanc ipsam ob causam *uni* non est glossema, sed *ulli*, quod in comparatione aptissimum est ad reliquos, si qui sunt excepto hoc uno Timoleonte, excludendos, debet restitui.

Fabric. Facciol. et Heus. indicativum *est* praetul
runt, ut *haud scio an* mediae orationi interpositu
non nisi ad *magis etiam* referendum esset [33]).

Nec vero illud praetermittendum videtur, quc
nescio v. *haud scio an* potissimum duarum reru
comparationi aut reprehensioni, vel expromti de al
qua re iudicii amplificationi inservit pro *imo, im
vero, vel potius*. Et comparationem quidem prae
ferunt hi loci, Verr. I, 15, 41. in parenthesi *hau
scio an maior etiam haec necessitudo fuerit, quam il
Carbonis*. in Pison. 17, 39. *Atque haud scio
malim te videri nullo pudore fuisse — quam — p*
Marcell. 9, 29. Nat. D. III, 27, 69. Liv. XX
43, 3. XXII, 39, 4. Flor. III, 12. Valer. I, 1, 1
V, 7, 3. Concinnae vero gradationis a minore
maius, per quam fit superioris sententiae reprehens
vel amplificatio, plurima exempla sunt, quale est Ci
Epist. ad Div. IX, 15. *Est id quidem magnum,
que haud scio an maximum*. De Orat. II, 17, 7
in causarum contentionibus magnum est quoddam opu

33) Concessit Cicero propioribus verbis *haud scio an magis etia*
quibus superiora *nihilo minus* corrigeret, interpositis coniu
ctivum *adhibenda sit*, quo, ut Beierus in annotatione
h. l. arbitratur, indicativi *adhibenda est*, quem inchoata o
tio exspectarat, invidiam mitigaret; ex Handii in Tursel
p. 322. exposita sententia, ut liberiori orationis genere u
simul concinnitati satisfaceret: „nam non dixit *et haud s*
sed iterum incipit quasi se ipse corrigens: *haud scio a*
Pro adverbio mediae orationi sic interiecti *nescio an* vel *h*
scio an, ut ad proximam tantum vocem pertineat, nec v
modum regat, exempla dat Handii Tursell. I. p. 321.
Beieri Exc. ad Lael. §. 18. Quibus addam illud memc
bile Liv. IX, 15, 6. *id magis mirabile est, ambigi Luciu
Cornelius dictator cum L. Papirio Cursore, magistro eq
tum, eas res ad Caudium, atque inde Luceriam gesse
ultorque unicus Romanae ignominiae, haud sciam
iustissimo triumpho ad eam aetatem secundum Furium
millum, triumphaverit, an consulum Papiriique praecipi
id decus sit.* Nam *triumphaverit* a superiore *ne* suspen
est, particula *que* intercedente.

atque haud sciam, an de operibus longe maximum. II, 15, 62. sine copula *Videtisne, quantum munus sit oratoris historia, haud scio an flumine orationis et varietate maximum.* Nat. D. II, 4, 11. Offic. II, 18, 64. III, 29, 105. pro Lig. 9, 26. Liv. XXIII, 16. *Ingens eo die res* (gesta est) *ac nescio an maxima illo bello gesta sit.*

III.

COMMENTATIO GRAMMATI

DE

LATINORUM INDICATIVO

ET

GERMANORUM CONIUNCTIVO IN USU VERBOR DEBERE, MELIUS VEL AEQUIUS ES ALIORUM HUIUS GENERIS.

Cum duobus abhinc annis in altera harum mentationum parte de Latinorum formula *nesci* vel *haud scio*, *an* [1]), quae cuiusdam verec speciem prae se ferret, disputassem; hac r scribendi opportunitate, quam aliquot iuven Gymnasii nostri disciplina in litterarum univers rite dimittendorum discessus praebebat, aliud tionis genus, quod ab illa urbanitatis signifi

1) Hanc disputationem contractiorem, et vernaculo serm ditam vid. in libro, qui inscribitur: *Archiv für P und Paedagogik. Im Vereine mit mehrern Gelehrt ausgegeben* von Gottfried Seebode. Erster J erstes Heft. Helmstädt 1823. n. X. Quae hinc na dissertationes, dixi in annotatione ad Commentat. g

latine magis, quam vernacule, discreparet, in promtu fuit. Multum enim id habet in nostrorum studiorum consuetudine et voluptatis et ad certam linguarum cognitionem utilitatis, si, ut hominum varia ingenia sunt, sic sermonis cuiusque rationes videntur cum ipsorum morum simplicitate, gravitate, severitate congruere, aut ad lenitatem propius accedere cum quadam verecundiae vel mollitiae notatione. Itaque de usu indicativi verborum *debere*, *decere*, *posse*, vel *aequius*, *melius esse*, eorumque, quae sunt eius generis, comparato Germanorum coniunctivo *Es wäre besser*, s. *besser gewesen* (melius est, erat, fuit, fuerat.) *Es hätte diess geschehen sollen* (oportebat hoc fieri) [2]) exponere placuit, praesertim cum hic locus non omni virorum doctorum vacaret dissensione; unde

2) Cic. de Offic. I, 25, 89. *Illa vero* (iracundia) *omnibus in rebus repudianda est; optandumque, ut ii, qui praesunt reip. legum similes sint.* Quem l. Hottingerus vertit. „In der That sollte man ihn von jeder Handlung verbannen und zu wünschen wäre es, dass etc. Ibid. I, 14, 44. *Quas enim copias his et suppeditari aequius est, et relinqui, eas transferunt ad alienos.* . de Div. II, 43, 91. *Oraculorum fallacissimo sensu iudicant ea, quae ratione atque animo videre debebant* (hätten betrachten sollen). *Docet enim ratio mathematicorum, quam istis notam esse oportebat.* in Catil. I, 2. *Ad mortem te, Catilina, duci iussu consulis iam pridem oportebat.* Ibid. 4, 9. Epist. VII, 14. *Sed mehercule mallem, id quod erat aequius, — cognoscere.* Ibid. XIV, 16. *Volumnia debuit* (hätte sollen) *in te officiosior esse, quam fuit, et id ipsum, quod fecit, potuit* (hätte er können) *diligentius facere et cautius.* ad Att. II, 1. med. *non esse itum obviam; ne tum quidem, cum iri maxime debuit.* Ibid. VIII, 3. *Quae conditio non accipienda fuit potius, quam relinquenda patria?* Fin. II, 31, 100. *hoc ipsum elegantius poni meliusque potuit* (konnte vel hätte können). Ter. Heaut. I, 1, 79. *Quem pariter uti his decuit — eum ego hinc eieci.* Liv. V, 4. *Aut non suscipi bellum oportuit, aut geri pro dignitate populi Romani.* Ibid. XXII, 60. *cum in acie stare decuerat, tum in castra profugerunt, cum pro vallo pugnandum* erat (hätte sollen), *castra* tradiderunt. Cic. Offic. III, 25, 94.

nescio quid solet ad ipsam rei disquisitionem redu dare alacritatis. Accedit, quod nuper Godofr dus Stallbaum, cuius ex editoris annotationib Thomae Ruddimanni *institutiones grammatic latinae* plus, quam ex subito repetita pristinae lau memoria, et decoris et utilitatis retulerunt, pag. 37 ubi de indicativo verborum *posse, debere, oporte decere, satius, melius, aequius esse,* itemque geru divorum in *dus* cum *esse* coniunctorum disputat: *Qu verba,* inquit, *cur ita poni soleant, ut subiectiv veritatis ubique fiat significatio, altioris est indagin quam ut hoc loco explicari possit* [3]).

Quanto melius fuerat, in hoc promissum patris non e servatum. Lael. 4, 15. *Quem fuerat aequius, ut prius troieram, sic prius exire de vita.*

3) Quam V. D. subiectivam veritatem intelligat, paulo ante dem pag. exposuit, cum de indicativi usu in sententiis c ditionalibus disputaret „Indicat enim (indicativus in illo emplo Liv. II, 10. *Pons sublicius iter paene hostibus de ni unus vir fuisset*) subiectivam veritatem: quae quum r alia esse possit, quam quae sola mentis cogitatione conti tur, facile intelligitur, contrarium eius, quod pronuntiat revera factum esse indicari.“ — „Quoniam autem veri subiectiva in eo cernitur, ut nobis rem aliquam animo nos quasi repraesentemus, propterea etiam certum futurum fui rei eventum indicamus, ubi indicativo, praemissa conditio significatione, utimur.“ Recte, si quaeritur, verusne ev tus fuerit, qui dicitur fuisse, haec subiectiva veritas ap labitur, sed ita, ut interposito adverbio *paene* omnis eti simulatae veritatis species tollatur. In illo autem Sene loco Ir. I, 11. *Perierat imperium, si Fabius tantum au esset, quantum suadebat;* verba *perierat imperium* per obiectivae veritatis non vim (non enim periit imp.) sed f mam prae se ferunt; subiectivae vero non modo vim, ne speciem quidem ostenderent, si Livius dixisset *periis imperium.* „Etenim, sic V. D. recte interpretatur, conium vus plusquamperfecti indicat, fieri aliquid potuisse; al cuiusdam rei ratione habita (*possibilitatem relativam* b bare dicunt).“ Sed vereor, ne V. D. vehementer errave cum officii verbis *debere, aequum esse* al. indicandi pari ac rei non perfectae subiectivam veritatem excusandam pu

Cuius rei indagandae nos periculum fecimus hoc etiam lubentius, quod, cum G. T. A. Krüger [4]) tantum non verbis expressam conditionem in isto vernaculi coniunctivi usu inesse existimaret, C. G. Zumpt [5])

---

ret, quae ex illa Viri D. explicatione non potest non opinionis speciem potius, quam certi, quod potest et debet esse, de officio iudicii vim referre. Cuius certissimi iudicii et obiectivae necessitatis formam latine in officii notatione cuiusque verbi gerundium propriam obtinet, ut verba *debere*, *necesse esse* al. non formam, sed significationem tuentur. Ad quorum verborum similitudinem deinceps accedunt aliarum cogitationum minus quidem certarum notationes, quales expromuntur verbis *posse*, *utile* v. *satius esse:* quae omnia, non tam quaerendum est, cur indicativum requirant apud Latinos, quam cur apud Germanos coniunctivi formam non repudient.

4) Vid. *Untersuchungen aus dem Gebiete der lateinischen Sprachlehre* von G. T. A. Krüger. 2. Heft. Braunschweig 1821. p. 334.

5) Vid. *Lateinische Grammatik* von C. G. Zumpt. *Dritte Aufl. Berlin* 1823. p. 370. Anm. 1. [ed. VI. §. 519.] „Bei den obenerwähnten Ausdrücken *(oportere*, *necesse esse*, *debere*, *convenire etc.)* wird immer ein unmöglicher oder unwahrer Bedingungssatz ergänzt; (haec subobscura V. D. clarius seq. pag. repetit: dass sie (verba illa) im Indicativ einer vergangenen Zeit ohne Bedingungsglied, oder vielmehr mit Verschweigung desselben, gesetzt werden) es hängt daher dieser Sprachgebrauch mit einer andern Eigenheit des lateinischen Ausdrucks zusammen, dass in *hypothetischen* Sätzen, wenn *si*, *ni* oder *nisi* mit dem Plusquamperf. Conj. vorausgegangen ist (die Bedingung also eine nicht reelle ist) im Folgerungsgliede anstatt desselben Plusquamperfecti im Conjunct. der Indicativ eines Temporis der vergangenen Zeit steht.“ Hanc conditionem seu veram seu fictam in verborum *oportere*, *debere*, aliorum ei. gen. indicativo praetermissam aut cogitandam esse, mihi non persuadebitur. Certe in his *Haec via tibi erat ingredienda*, conditionem nullam desidero, quae satis indicatur, si dixeris *Haec via ingredienda tibi esset.* Non igitur debebat Vir D. alterum enunciationum genus, quod ab aliqua conditione suspensum est, ad illorum verborum indicativum defendendum adhibere. Vernaculi autem sermonis a latino discrepantiam idem p. 372. sic interpretatur: „Der Conjunctivus Imperf. von *müssen*, *sollen* und den ähnlichen

etiam Latinorum verb. *debere, aequum esse* simil. in dicativum conditioni vellet esse obnoxium. Qui Vi doctissimi non alii alia latini sermonis in illorum ver borum usu praecepta dant, sed duabus maxime i rebus inter se discrepant: quarum altera est, quo non eandem indicativi causam esse dicunt; alteru pertinet ad coniunctivi, qui Germanis pro Latinoru indicativo in his locutionibus usurpatur, rationem, cu vernacule, si quem quid non recte facere vel fecis animadvertimus, dicimus: *Du könntest, hättest könn* v. *sollen diess unterlassen.* In his et similibus loc tionibus quidquid inest lenitatis, vel urbanitatis, paene totum in conditione inest, qua tum peculiar enunciationis adiumento expressa, tum conditiona aliquo tempore indicata, iudicium de alterius negl gentia vel temeritate temperatur.

Expediendae igitur paucis erant, antequam d indicativi usu in latinis illis locutionibus disputaremu conditionalium enunciationum, variaeque formae, qua illae induunt, causae et rationes [6]). Quo loco ne qu existimet, quascunque in recta et obliqua oration conditionis varietates debuisse aut potuisse exhaurir Sunt enim multa ad cuiusque loci interpretandi cura et iudicium deferenda: nosque in recta oratione a quiescentes, non, nisi quae ad propositam quaestione aditum aperirent, nostro iudicio usi exposuimus.

Verae ac simplicis conditionis, quam a rhetorica [7]

---

adjectivischen Ausdrücken wird im Deutschen oft gebrauch ohne den Begriff der Unmöglichkeit, z. B. du müsstest fleissig seyn, du solltest eine Reise unternehmen, nur als ein feinere Ausdruck für du musst, du sollst.“ In quonam vero hab sit dicendi urbanitas, si quaeritur, conditionalium temporu vis et natura consideranda est.

6) Plura de hac re scripsi in Commentatione gramm. IX. C Aug. Grotefendii *Commentar zu den Materialien la Stylübung.* Exc. VII. *Ueber den Gebrauch des Indicativ in scheinbaren und wirklichen Conditionalsätzen.*

7) Rhetorica dicendi vis, ad persuadendum vel commovendu

distinguendam putamus, duplex usus patet in iis rebus dicendis, quae sic nexae sunt vel nexae esse cogitantur, ut altera res sine altera, aut cum altera, esse vel fieri nequeat. Quamquam sunt huius cohae-

---

comparata, aut aliud significat, quam in ipsis verbis propria inest, aut contractius loquendo ad concinnitatem, aut translata alius formae vel vocis significatione, locutionum commutatarum speciem efficit suavissimam. Est igitur etiam a verae conditionis usu rhetoricum genus conditionis distinguendum, quod illius formam et utriusque particulae conditionalis usum imitatur, si quis rem sumit esse, quam esse constat, aut eam, quae pro rei natura, vel sana mente eius, cuius esse sumitur, fieri nequit, ut aliud appareat intelligi, quam in ipsis verbis inesse videatur. Cuius rhetoricae conditionis usus patet in obtestatione, ut Cic. Ep. XVI, 14. *Si me diligis*, (pro amore tuo erga me) *excita ex somno tuas litteras*, aut in affirmatione Ibid. IX, 15. *Moriar, si praeter te quemquam reliquum habeo.* comp. VII, 13. *Moriar, ni, quae tua gloria est, puto te malle a Caesare consuli, quam inaurari;* aut in corrigenda sententia Ibid. XI, 8. *Romae delectus habetur, totaque in Italia, si hic delectus appellandus est*, (non est autem appellandus) *cum ultro se offerant omnes.* Indignantis vel despicientis illud est ap. Cic. Orat. III, 24, 93. *etiam Latini, si diis placet, hoc biennio magistri dicendi exstiterunt.* Ironice loquitur Cic. pro Mil. 3, 8. *Nisi vero existimatis, dementem P. Africanum fuisse.* — Concinnitatis studio tribuenda haec sunt. Cic. Tusc. III, 29, 73. *Praeclarum illud est, et, si quaeris, rectum et verum* pro *et, si quaeris, dicam esse rectum et verum.* Offic. II, 19, 67. *Admonebat me res, ut hoc loco — deplorarem, ni vererer, ne — viderer queri.* pro *deplorarem, et deplorassem, ni ver.* — Liv. VI, 21. *Magna pars eo, ut legatio supplex Romam mitteretur, inclinabat:* (et misissent) *ni privato, ut fit, periculo publicum implicitum esset.* — Particularum enallagen deprehenderis, ubi *si* pro *etsi* vel *etiamsi* dicitur, ut aliquam rem alia re, quae sumitur, non prohibitum iri affirmetur ad concessivae periodi similitudinem, ut Ter. Eun. I, 1, 4. *Redeam? non, si* (etiamsi) *me obsecret.* (Vulgarem particulae *si* vim qui retineat, ineptam habeat sententiam.) Cat. M. 11. extr. *Quae si exsequi nequirem; tamen me lectulus meus oblectaret ea ipsa cogitantem.* Cic. Ep. IX, 6. *cum spe, si non optima, at aliqua tamen vivere.* Negantis particula *non* post *si* ad proximam vocem pertinere solet.

rentiae quidam gradus a conditionis necessitate laxioris consecutionis veritatem: qui lenior nexar rerum modus proxime consecutivae vel causalis] riodi fines attingit. Atque cum antecedentis en ciationis, qua praeter consequentem conditionalis] riodus continetur, conditio non sua causa, sed eius rei, quae in altera eaque primaria enunciatio inest, fines circumscribendos praemittatur; varias e posse apparet huius generis et primarias et secun rias cogitationes formandi et inter ipsas vel cum a enunciationibus coniungendi rationes ad temporum modorum quandam aut aequabilitatem aut discrep tiam [8]). In quo graecus sermo propter modorum temporum non minus, quam particularum varietat et usum etiam conditionis cuiusque vim mentisque

---

Conditionalem autem particulam *si* pro concessiva dici ap ret ex opposita vocula *certe*, *saltem*, *at*, *tamen*. *Si num* vix nisi in obliqua oratione reperitur, ut. Liv. XXXIX, *nihil aliud* (Philopaemenem) *locutum ferunt, quam qua visse, si incolumis Lycortas-equitesque evasissent.* Cu permutationis causa est in conditionis dubitatione, quae dem significatur per *num*, ut plenius sic dicas: *quaesivi num evasisset, si evasisset:* quae duae enunciationes in un confluxerunt. Nam altera enunciatio recte omittitur, q sumimus, non responsum iri, factam rem esse, si non fa sit. Cic. Div. II, 10. *experiamurque, si possimus cornua o movere disputationis tuae.* — Pro *utinam* apud poetas deprehendas, ut Virg. VI, 187. *et sic voce precatur: Si n se nobis ille aureus arbore ramus Ostendat nemore in tan* Precatur enim, ut, si se possit ostendere, (quod incertum se ostendat.

8) Quamquam de hac re in Commentatione IX, pluribus ex sui, nunc tamen hoc addam, primariam enunciationem, additur conditio, tantum valere, ut, cum potentialis vis c iunctivi a conditionali distinguenda sit, conditionis declar tanquam secundaria primariae enunciationis formae acc modatur ad temporum quandam congruentiam nunc, n servato successionis iure. Absoluti autem coniunctivi r eadem tenetur in imperfecto praeterito, quae in praese neque ubique est ad conditionalis temporis usum descend dum, cum potentialis vis coniunctivi latissime pateat.

clinationes accuratius indicare potest [9]), quam latinus, cum germanicus in usu auxiliarium verborum *werden*, *mögen*, *können*, *sollen*, *müssen* coniunctivi interpretandi maiorem copiam habet, quam modorum ac temporum normam certiorem.

Prior et potior conditionis pars eam rem continet, quam non per se solam sed eo demum pacto esse vel fieri v. factam futuramve esse affirmare volumus, si alia quaedam res sit, aut non sit, ea quidem, quam in conditionali enunciatione sumimus, praemissa adiutrice particula *si* [10]) aut prohibitiva vel exclusiva *ni* v. *nisi* [11]).

Alterum genus conditionis in earumdem particularum usu cernitur, cum causam, cur quid non fiat aut factum non sit, in conditione h. e. in necessario quodam rei efficiendae adiumento, quod desit, vel defuerit, aut in opposito impedimento esse dicimus.

---

9) Krüger l. l. pag. 86 seqq. graeci sermonis, in hoc genere accuratioris, comparatione vereor, ne latini sermonis usui declarando aliquantum nocuerit, cum quatuor discrimina poneret, quae graece suis formis possent significari, non pariter, ut ipse V. D. fatetur, latine vel germanice. „Bei einem jeden bedingten Satze ist die Bedingung entweder möglich, oder unmöglich. Die möglichen Fälle sind zugleich entweder mit dem Ausdrucke der Ungewissheit verbunden, oder nicht; und bei dem Ungewissen giebt der Redende entweder die Aussicht auf künftige Entscheidung zu erkennen, oder nicht. Hieraus ergeben sich vier Fälle."

10) Particula *si* prae alacritate quadam, vel simplicitatis et brevitatis studio omittitur. Ter. Eun. II, 2, 21. *Negat quis? nego; ait? aio.* Hor. Serm. I, 9, 54. *Velis tantummodo, quae tua virtus, expugnabis.* Ibid. 3, 15. *decies centena dedisses huic parco paucis contento; quinque diebus nihil erat in loculis.* Cic. Offic. III, 19, 75. *At dares hanc vim M. Crasso — in foro, crede mihi, saltaret.* In qua loquendi forma habes quasi elementa conditionalis periodi et temporum conditionalium, quae omissae part. *si* vestigium retinuerunt.

11) *Ni* v. *nisi* (contractius pro *ne sit*, *si*) id sumit, quod si fiat, alterius enunciationis sententia tollatur; neque confundi debet cum *si non*, plerumque pro *etiamsi non* sic posito, ut *non* ad proximum duntaxat vocabulum pertineat. Vid. not. 8.

Quidquid in *priore* illo genere esse v. fieri v. factum v. futurum esse sumimus, id utrum sit v. factum futurumve sit, nec ne, si nihil curamus, *indicativi* tempora suppetunt omnia, ut: *si quid habet* s. *accidit; dicit, dicet, dicat, dicito. Si quid habebat* s. *acciderat; dicebat. Si quid habuit* s. *acciderat; dixit. Si quid habebit* s. *acciderit; dicet* v. *dixerit.* Cic. Epist. IX, 26. *Tu si voles, interpretabere.* Cat. M. 2, 5. *Quocirca si sapientiam meam admirari soletis —; in hoc sumus sapientes.* — pr. Arch. 1. *Si quid est in me ingenii, quod sentio, quam sit exiguum; aut si — aut si —; earum rerum hic A. Licinius — fructum — repetere debet.* Minus modeste dixisset: *Quod sapientiam* — altero loco *Quidquid est in me* — Nihil enim curat, utrum id sit, quod sumit, nec ne.

Coniunctivo utuntur in conditionali enunciatione et *praesenti* quidem tempore si quid fieri sumunt, quod etsi nunc quidem non sit, fieri tamen possit. In quo praesentis coni. usu post *si* aut *nisi* suspicionis, rem esse futuram, accessio certe non necessaria est. Accedit vero in primariae enunciationis coniunctivo significatio probabilitatis vel postulationis vel necessitatis, quo fit, ut modus *potentialis* appelletur [12]), ad quem se conditio applicat. Cic. Ep. XI, 21. *Sim* (Ich wäre) *impudens, si plus postulem.* Nat. D. III,

12) De modo *potentiali* egregie Etzlerus disputat in libro saepe laudato: *Syntactische Analogieen.* §. 88. p. 94. „Mit dem coniunctivus potentialis wird zunächst das Praesens des Conjunctivs bezeichnet, sofern es zwar auch wie das Imperfect etwas bedinglich Gedachtes ausdrückt, jedoch zu dem Begriffe des möglichen Thuns noch Andeutungen der Wahrscheinlichkeit, Hinneigung, Nöthigung aufnimmt. Die deutsche Sprache hat dafür die Verbal-Formen *ich hätte, ich thäte, wünschte, ginge;* auch dienen allerlei umschreibende Redeformen mit *dürfen, mögen, können, sollen, müssen* dazu, um den Gedanken nicht blos als bedingt, sondern zugleich als nahliegend, natürlich, nothwendig darzustellen: *ich sollte glauben, möchte zweifeln, könnte sagen, muss hoffen, darf erwarten.*“ Comp. quae diximus in Comment. IV.

31, 78. *Si medicus sciat* (Gesetzt, es wüsste der A.) *cum aegrotum, qui iussus sit vinum sumere, meracius sumturum, statimque periturum; magna sit in culpa.* Offic. I, 42, 150. *Sordidi etiam putandi, qui mercantur a mercatoribus quod statim vendant: nihil enim proficiant, nisi admodum mentiantur.* Sall. Jug. 35. *Si id parum procedat* (Sollte diess etwa nicht gelingen), *interficiat.* Alias germanice interponitur *vielleicht.* *Perfecti* usus certus est in his Cic. de Fin. II, 3, 8. *Ego quoque, inquit, didicerim libentius, si quid attuleris, quam te reprehenderim.* Offic. I, 10, 32.

Ubi quod possit fieri, tamquam iam factum, fingimus, cum utrum futurum sit, nec ne, nesciamus; vigoris cuiusdam significationem prae se fert indicativi tempus futurum exactum [13]), ut Cic. Ep. VII, 21. *Gratissimum igitur mihi feceris, si ad eum ultro veneris eique pollicitus eris.* Ibid. 11. *Denique si cito te retuleris; sermo nullus erit: si diutius frustra abfueris; — pertimesco* [14]). Atque etiamsi id, quod sumimus, nec nunc fieri intelligimus, nec futurum esse cum alias ob causas, tum quia aliud eius rei loco evenisse videmus; tamen cum fieri adhuc possit, dicere placet, quid sit, si evenerit, futurum. *Si hoc diceres; errares. — Si eum rogares; concederet.* Cic. Ep. VI, 19. *Sapientius faceres, si non curares.* Coepit igitur amicus curare; itaque Cic. monet, ut illico desinat curare, ne diutius insipienter agat (Nam Caes. Civ. III, 110. *Quorum si quis a domino prehendere-*

13) Futuri exacti vis propter duorum temporum, futuri et praeteriti, coagmentationem vehementer discrepat ab indicativi perfecto, minus vero a futuri significatione, quod, quoniam futura quaevis incerta sunt, ad coniunctivi tempus praesens hoc etiam propius accedit, si, quod futurum est, prae mentis alacritate iam factum esse cogitatur.

4) In his locis congruentia vides tempora eadem et antecessionem prae se ferentia, quam germanice fugimus: dicimus enim: *Du wirst mir einen grossen Gefallen thun*, nicht *gethan haben.*

tur, *concursu militum eripiebatur*, de re, quae s bat fieri, ut *si* significet *si quando*, *quoties*, huc pertinet, quamquam sumtionis habet speciem, omni caret conditionis in causa positae vi). In coniunctivi imperfecto h. e. praesenti tempore ditionali probe observandum est, h. l. rem cogit quae adhuc fieri possit; *Du thätest besser*, *wenn dich* (wie du gethan) *in Zukunft nicht darum kümm test;* cum aliis locis magis certum tempus praeteri respiciatur, quo res intelligitur facta, ut haec ea verba alio loco, si corrigi vitium non potest, c vertenda sint: *Du thatest* (damals) *besser*, *wenn dich n. d. kümmertest:* eiusque temporis usus frequ est etiam in obliqua utriusque conditionis oratione rectae orationis praesenti, cum pro perfecto et fut exacto plusquamperfectum vel imperfectum usurpat

De *altero*, quod posuimus, conditionis gen ut exponamus, *imperfecto coniunctivi* latini scripto utuntur; praeterito imperfecto, quoniam, dum cusas, non potes non excusare praetermissam r h. e. rem, quam non coeperis facere, ideoque n non facias: et coniunctivi quidem imperfecto pr terea, quod res non facta cogitari tantum pote non est enim nisi in cogitatione, cum excusas r praesentem h. e. praesenti tempore, dum loque fieri non coeptam [15]). Fit autem excusatio primu

15) Godofr. Hermannus ad Viger. p. 821. de rebus, q nunc ita esse ponimus, uti non sunt, imperfecta et pl quamperfecta non praesentia usurpari dicit propterea, q praesenti tempore saepissime pro futuro utimur. „Quod ista, quae posuimus verba *(si curant dii homines, b bonis est)* de futuro tempore intelligantur, non licebit i cognoscere, utrum curent dii homines, an non curent. H factum, ut praeterita imperfecta vel plusquamperfecta aorista in hac re usurparentur. Nam perfecta praesenti naturam sequuntur. Igitur hoc, quod Graeci dicunt, *curabant dii homines*, *bene bonis erat*, Latine autem, *curarent*, *bene esset*, quia de futuro tempore nullo pa

ibi dicendum est, alteram rem nunc non esse v. fieri, quia non fiat v. facta non sit altera, unde illa penlere sumitur, sive e re consequenti, quam non esse constat, colligatur, rem antecedentem tolli (*Si quid haberet s. accidisset; diceret.* Tacet autem; itaque

---

intelligi potest, nunc de praeterito, nunc de praesenti dicitur, ac de utroque ita, ut quid sit, quid non sit, sponte pateat, quippe in re, quam sensu et experientia cognitam habere possimus. „Billrothius (Lat. Schulgrammatik 1834. p. 279. not. iusto subtiliore argumentatione utitur, qua efficiat, si praeterito imperf. tempore, quo eadem, quae nunc, conditio rei faciendae fuerit, res facta non sit, id quod sumitur notum esse alteri, consequi, nunc non licere spem faciendae rei concipere. „*Ich thäte dies, wenn ich könnte,* heisst demnach: ich bin so bereit, es zu thun, dass ich, wenn bis diesen Augenblick, wo ich rede, die Möglichkeit dazu dagewesen ist, du folgern darfst, dass die Sache gethan ist; nun ist sie *nicht* gethan, wie du weisst, folglich *ist* sie auch bis zu diesem Augenblick (oder in diesem Augenblick, wo ich rede) noch *unmöglich.*“ Weissenbornius (Syntax der lat. Sprache 1835.) p. 371. Anmerk. 1. „Die Vergangenheit ist schon wirklich geworden, also unabänderlich; wird daher eine *Annahme* als dieser Zeit angehörend dargestellt im Imperfect und Plusquamperfect, so wird dadurch angezeigt, dass in jener Zeit, in welche der Redende seine Annahme setzt, andere Ereignisse wirklich geworden sind, seine Annahme also sich nicht hat verwirklichen können. Da nun eine Form fehlte für den Ausdruck der blos bedingten Aussage, so wurde das Imperfect in die Gegenwart gerückt (contrariam rationem Ramshornii vid. infr. not. 12.), das Plusquamperfect von seiner Beziehung auf andere vergangene Verhältnisse befreit und so ein neuer Modus, der Conditionalis, gebildet, der nur zwei Tempora hat, weil bei Annahmen, deren Verwirklichung nicht erwartet wird, eine genauere Angabe der Zeit nicht nöthig war, weshalb auch beide auf die Zukunft übergetragen werden können.“ Non opus est tam operosa defensione imperfecti coniunct. in conditionali enunciatione, cum latine etiam optemus per *vellem*, *nollem* quae mutari nequeunt, aut non evenient, ut Cic. de Nat. D. I, 32. extr. *Vellem diceretis: deorum cognationem agnoscerem non invitus.* *Nihil tale dicitis*, et Epist. ad Fam. III, 10. *Nollem accidisset tempus* — V, 17. *Utinam* (Möchte ich doch) *ne vere scriberem.*

nihil habet s. accidit.) sive ex eo, quod antecedens in conditionali enunciatione positum, re vera non est etiam consequens non esse intelligatur, ut *Si dies sufficeret, s. nisi nox irrumperet; hostem persequerer.* Non sufficit autem dies, s. nox autem irrumpit; itaque victum hostem non persequitur. Cic. Ep. VI, 16. *Si mihi tecum non et multae et iustae causae amicitiae privatim essent; repeterem initia amicitiae a parentibus nostris.* Sunt vero illae; non est igitur, cur haec repetam. Ibid. IX, 26. *Vivas, inquis, in litteris. An quidquam me aliud agere censes? aut possem vivere, nisi in litteris viverem?* et X, 4. *Quare si aut aliter sentirem, certe admonitio tua me reprimere, aut, si dubitarem, hortatio impellere posset, ut id sequerer, quod tu optimum putares. Nunc vero quid est, quod me in aliam partem trahere possit?* [16]) Utrius generis conditioni imperfectum tempus inserviat, de re, quae corrigi possit, in admonitione, an de re excusanda quae sit praetermissa, sua cuiusque loci vis et natura docebit, quandoquidem in utroque genere latinus sermo eadem verbi forma contentus fuit. Eodem iure, si excusatio pertinet ad rem, quae praeterito tempore

16) Egregie est hic Plancianae ad Ciceronem epistolae locus comparatus ad declarandam causam, cur praesens tempus conditionale latine per imperfectum coniunctivi exprimatur. Opponitur enim h. l. verbis *si — sentirem* (praesenti condit. *Nunc vero* (h. e. cum aliter non sentiam) *quid est — —* Atque verba *certe — reprimere — posset* explicant simplicem potentialem coniunctivum imperfecti *reprimeret*, quo uti Plancus poterat, ut Bithynicus usus est in epistola ad Ciceronem VI, 16. quam modo citavi: *Si mihi — essent; repeterem* ubi *repeterem* (potentialis simul et conditionalis) *certe repeterem* vel *certe repetere possem* vel *deberem* significa Hoc illud est quod Etzlerus (*Sprach-Erörterungen* 1826 dicit p. 120. „den Nebenbegriff von *Dringlichkeit*, der freilich sich in Beispielen besser als durch Definitionen deutlich machen lässt.“ Absolutus enim coniunctivus, etiam sumtio praecedente, officii indicat rationem haberi: *Ich müsste*, v *ich dürfte*, *könnte*, *möchte*, quae potestatem significant.

facta non sit, *plusquamperfecti coniunctivi* ope id, quod superiore tempore propterea factum non est, quia altera res defuit, cuius conditione fieri potuit, excusatur. In quo plusquamperfectum coniunct. ultra quem praeteriti temporis finem ne causae quidem praeterito effectus antecedentis declaratio potest descendere, in utraque periodi parte locum habet et sollemne est dicere: *Si quid me scire voluisset; dixisset.* Cic. Ep. X, 18. *Mihi enim si contigisset, ut prior occurrerem Antonio; non mehercules horam constitisset.*

Verum ubi temporis, in quod quaeque cogitatio incidere intelligitur, ratio mutata fuerit; non mirum est verborum etiam *modum* vel *tempus* mutari. Et in praeteriti quidem *temporis* usu, quem secundum conditionis genus postulat, pro plusquamperfecto in alterutra vel in utraque conditionalis periodi parte imperfectum coni. saepissime adhibetur, in ea quidem, cuius actio vel conditio tantum constantiae aut diuturnitatis habere cogitatur, ut non ad illud tantummodo tempus, quo altera, cohaerens cum illa, res fieri potuit, referatur, sed cogitetur per se diutius durasse. Accedit, quod imperfectum coni. tempus propius abest a praesenti, quam plusquamperfectum. Quod rei quasi in conspectum adducendae adiumentum ad vigorem orationis tantum affert, quantum futurum exactum pro praesenti aut futuro. In utraque periodi parte imperfectum deprehenditur Cic. Tusc. I, 37, 90. *Cur igitur et Camillus doleret, si haec post trecentos et quinquaginta fere annos eventura putaret? et ego doleam, si — putem?* pro Cluent. 29. extr. *At tum si dicerem, non audirer: non quod alia res esset, immo eadem, sed tempus aliud.* de Fin. V, 3, 8. *Quod si quis deus diceret, numquam putarem,* (Hätte mir das ein Gott verkündiget; so hätte —) *me in Academia, tamquam philosophum disputaturum.* Goerenz male vertit: *Und wenn mir das ein Gott verkündigen wollte, ich könnte es nimmer glauben.* Videbatur autem sibi iam tanquam in Acad. constitutus, cum

in eo esset, ut disputaret. In protasi imperfectum o[p]posito plusquamperfecto, nescio an sit paulo rarius quia causam vel conditionem, unde altera res suspens est, etiam tempore oportet esse priorem, nisi re status constantior sit. Cic. Cat. M. 6, 19. *Qua nisi essent in senibus, non summum consilium maiore nostri appellassent Senatum.* Ep. VI, 10. med. *An tea misissem ad te litteras, si genus scribendi inveni rem.* Atque in promtu est, cum nemo dixerit S *venires; vidisses,* recte tamen dici *si adesses; vidisses Si quid haberet s. accidisset; scripsisset. — Nisi qui impediret s. obstitisset; scripsisset.* Apodosis vero qua significatur quid fuisset consecuturum, si no irrita conditionis spes fuisset, saepissime imperfectu coni. plusquamperfecto opponit. Quo imperfecto con sequens res, etiamsi praeterito tempore non facta est tamen ut quandam diuturnitatis, quam effectus habe solet, speciem prae se ferat, recte et sine tempo rum enallage [17]) indicatur. *Si venisses; videres.* Ci

17) Krüger l. l. p. 257. seqq. et imperfecti et plusquamperfe suam cuiusque vim in conditionalibus periodis egregie fendit, nec vult, ut aliis viris doctis visum est, quos pag. 2 commemoravit, hanc *enallagen* dici temporum, qua imp fectum plusquamperfecti locum sustineat, *indem diejen Form*, ut ipsius verba afferam, *welche bei unveränder Bedeutung eine gewisse Stelle als die ihr eigenthümlic einnimmt, nicht als Stellvertreterin einer andern anzusel ist.* Paucissima igitur V. D. enallages exempla reliquit, quibus tamen, ut poetarum locos (Tibulli I, 4, 83. I, 8, 22. praetermittam, qui propter excellentiorem quemdam, eum temporum et modorum finibus non ita circumscribendum, ani mentisque vigorem non sunt ad prosae orationis modum temperantiam exigendi, in Livii IX, 18. extr. consistam *Romanis multi fuissent Alexandro — pares; quorum quisque fato, sine publico discrimine viveret, nonne reverturq* Haec imperfecta non cum Krügero pro *vixisset* et *morti esset* accipienda sunt. Hi enim viri Alexandro pares a Romanos non illa demum conditione, si Alexander venis vixissent, sed sine publico discrimine re vera vixerunt mortui sunt, cum Alexander in Italiam venire posset. I

Verr. I, 31, 80. *Nam si quam Rubrius iniuriam suo nomine, ac non impulsu tuo et tua cupiditate fecisset; de tui comitis iniuria questum ad te potius, quam te oppugnatum, venirent.* Ter. Adelph. II, 1, 24. *Si attigisses; ferres infortunium.*

Quod autem *modorum* in hoc conditionis genere, quod in rebus non perfectis versatur, permutationem fieri dixi; hanc non nisi in apodosi locum habere

---

c. 19. med. *Persas, Indos aliasque si adiunxisset* (Alexander ad expugnandam Italiam) *gentes, impedimentum maius, quam auxilium traheret*, quod Kr. pro *traxisset* dictum putat. At Macedonum res mente fictas Liv. recte per plusquamperfectum coni. effert: eventum, qui futurus fuisset a Romanis, quibus instrumenta bellica adfuerunt, Liv. habet exploratum. Tantum valet amor et admiratio patriae. Comp. seqq. Similiter statuendum de Cic. Brut. 50, 186. *De populo si quem rogavisses: quis est in hac civitate eloquentissimus? in Antonio et Crasso aut dubitaret, aut hunc alius, illum alius diceret.* An mavis scriptum esse *dixisset*, et *dubitasset?* Neque Flori III, 3, 13. *Si statim infesto agmine urbem petiissent, quando discrimen esset* neque Plaut. Merc. V, 4, 33. *Si hercle sivissem, sive adeo ioculo dixisset mihi, se illam amare, nunquam facerem, ut illam amanti abducerem.* per enallagen videri debebat *esset* et *facerem* pro plusquamperfecto positum. Intelligendum est enim in consequenti enunciatione esse aliquid certum, voluntatem quidem ac studium eius, qui quid conditione posita facturum se fuisse dicat. Ea vero, quae in suo genere constantia sunt et duratura, ubi de re praeterita disseritur, si minus indicativo, tamen imperfecti temporis usu ad id, quod verum et praesens est, propius admoventur: quod in utraque periodi parte factum vides pro Cluent. 29. extr. *At tum si dicerem, non audirer — Quis tum auderet dicere — quis nunc id audet negare?* Hanc vero quis dixerit enallagen? nisi forte immemor fuerit eius legis, quae interpreti servanda maxime est, ut locutionem menti et cogitationi inservire existimet, non grammaticam regulam dominari in recte cogitandi libertatem et sanae mentis exprомendum iudicium. [Cf. Aug. Grotefendii *Commentar zu den Materialien latein. Stylübung. Exc. X. Ueber den Gebrauch des Imperf. Subiunctivi anstatt des Plusquamperf. Subiunctivi in Bedingungssätzen.*]

apparet. Nam eae res, quae per se ad eventum bene institutae aut prosperi eventus spem excitarunt, aut ab eventu proxime abfuerunt, dicuntur evenisse, quamquam, sublato conditionis adiumento, eventu caruerunt. Cuius generis apodosis, quae non perfecta ostendit tanquam vere facta, latine, nec raro vernacule, *indicativi* [18]) vel plusquamperfectum, vel

18) Res paene perfecta si cum animi vigore prius cogitatur et pronunciatur, quam impedimentum, quod eventum prohibuit indicativus minus etiam offendit. Atque solent sane historici in hoc conditionis genere *ni* postponere. Conditionalia tempora cum G. Fr. Grotefend (Lat. Grammat.) §. 73. in relativis temporibus posuisset et Krüger l. l. pag. 34. seqq ab aoristis et relativis temporibus distinxisset, Zumpt etiam nomen eorum praetermisit, Ramshorn (Lat. Grammatik Lips. 1824.) praeter potentialem et optativum coniunctivi modum conditionalem et permissivum fingit. „Durch den modus condit. inquit p. 408. stelle ich einen Zustand als bedingt nothwendig dar: a) entweder als einen solchen, dessen Realisirung Umstände absolut gebieten — *etwas muss seyn*; b) oder als einen solchen, dessen Realisirung Umstände fordern — *etwas soll seyn;* c) oder als nothwendige Folge anders gedachter Umstände, als die wirklichen sind — *etwas würde seyn, etwas würde gewesen seyn* — wobei ich um ein Tempus zurückgehen und statt des Praesens das Imperf., statt des Perfecti das Plusquamperfectum brauchen muss, weil blos angenommene Umstände mit ihrer Folge als Gegensatz wirklicher, sich nur unmittelbar vor den letzten denken lassen.' Conditionalem istum, quem Ramshornius dicit, modum ad necessitatem significandam Ter. Phorm. III, 3, 7. *invenias argentum.* Du musst Geld schaffen. Cic. Offic. II, 4, 14. *Qui enumerem* (soll ich) *artium multitudinem* —? et permissivum eodem loco habuerim, quo potentialem, qui omnes istas varietates possibilitatis relativae, excepto optativo, complecti tur, prout id fuerit, unde pendeat coniunctivus. Ex iis locis quibus V. D. usus est, ut illam temporum enallagen osten deret, vel a praesenti revertendum vel potius descendendum esse ad imperfect. coniunct., ab imperfecto ad plusquamperf. persuaderet, unum afferam Liv. II, 43. *Romani iniussu sign referunt moestique (crederes victos)* (man sollte glauben *redeunt in castra.* Eiusdem loci coniunctivum Zumpt p. 37 sic defendit: „Es liegt dabei zum Grunde, dass man es doc

perfectum, vel imperfectum tempus sibi vindicat. Cic. Epist. XII, 10. *Praeclare viceramus, nisi — Lepidus recepisset Antonium.* (Wir hatten gesiegt, s. der Sieg war in unsern Händen, wenn nicht etc.) Tacit. Ann. I, 65. *Caecina, dum sustentat aciem, suffosso equo delapsus, circumveniebatur, ni prima legio sese opposuisset.* Ibid. Hist. II, 46. (praemissa particula *iam*, ut apud Liv. II, 10. l. supra n. 2. adhibito, *paene*) *iamque castra legionum exscindere parabant, ni Mucianus sextam legionem opposuisset.* Liv. II, 50. extr. *Vincebatque auxilio loci paucitas, ni iugo circummissus Veiens in verticem collis evasisset.* Hic loquendi usus quibusdam Viris doctis ad nostram causam plus, quam debebat, visus est conferre. Rectius statuetur, postquam de conditionalis enunciationis omissione dixerimus.

Ponendae conditionis eius, quae altero genere continetur, iustissima et frequentissima causa est in casibus humanis, quibus rerum gerendarum eventus tum iuvatur, tum impeditur. *Das Unternehmen wäre gelungen, wenn es Unterstützung s. wenn es nicht Widerstand gefunden hätte.* Haec periodi condit. forma sermone communi et latine et germanice, etsi non eodem modo, a fortuna, vel ab iis rebus, quae non sunt in sua cuiusque potestate, transfertur ad ea, quae quisque potest consilio, rerum usu, prudentia, denique ad decori honestique officium. Prudentia rerumque usus quoniam non communis aeque

---

nicht thun wird, da man die wahre Beschaffenheit der Sache weiss.“ [ed. VI. §. 528. pro his verbis Vir D. scripsit: „Man ergänzt dabei leicht eine unwahre Bedingung.“] Equidem *crederes* interpreter, *si ipso illo tempore Romanos videres, crederes.* Cf. Liv. II, 35. Ita tempus non a praesenti ad praeteritum regressum esse videbitur, quia praesens tempus ne ferri quidem potest, si lector cogitatur ad ipsam rem illo tempore praesentem revocari. Cic. Ep. III, 10. *Nollem accidisset tempus* — est: Si quid iuvaret optare de fortunae casibus; nollem accidisset tempus.

est omnium; imprudenter facta lenius sic reprehendimus, ut alterum facultatis suae, vel rei propositae, vel factae opportunitatis, vel exspectationis de se commotae, immemorem fuisse incusemus, cum dicimus: *Du müsstest, s. hättest müssen fleissiger seyn, wenn das Werk vollendet, s. der Tadel vermieden werden sollte.* Hac pleniore loquendi ratione opus est, si minus e sermonis nexu apparet, quae fuerit proposita conditio, ut in rebus fortuitis vel cuiusque arbitrio permissis. Saepe vero etiam conditionalis enunciatio, prout rei natura et animus suaserit, praetermittitur unumque illud conditionis indicium ad quamdam reprehensionis lenitatem relinquitur, quod conditionalia tempora coni. tuentur, imperfectum quidem et plusquamperfectum, etiam periphrasticum; quae tempora a conditione propterea appellantur, quod vel sine ulla particula conditionali aliunde suspensam rem indicant. Cum autem duae istae periodi partes inter se propter rerum, quas continent, vel sententiarum nexum arctissime sint coniunctae; conditione praetermissa ex solo temporis conditionalis indicio, quod relictum in altera parte est, quodam modo potest intelligi, quae cogitanda sit conditio; ut in his: *Du könntest, müsstest, hättest sollen einen andern Weg einschlagen*, nemo non mente intelligit omissa fere haec: *wenn du an den bestimmten Ort gelangen wolltest.* Haec tempora conditionalia loquendi usus Germanorum ad vituperationis lenitatem sic retinuit, ut honestatis, prudentiae, utilitatis conservandae necessitas non per se, sed aliquo demum pacto, vera esse videatur. Quamquam ipsum hoc pactum vel haec conditio in decori honestique neglecti notationibus, nisi fortuitas aut externas res posueris, propter communem officiorum et scientiam et auctoritatem non magnopere desideratur. Nam ut facultatis vel potestatis conditio per se intelligitur, si quid prospere agere volumus; sic bonam voluntatem, honestique studium, sine quo nihil recte geritur, vix est, cur

nditionis loco obiurgationi adiungamus. Nec vero cessario neque ubique Germani illa temporum contionalium lenitate utuntur. Frequentia etiam sunt aesentia et imperfecta indicativi *Du musst*, *musst*, *kannst*, *konntest*, qui indicativi nullum habent issae alicuius conditionis indicium. Perfecti horum similium verborum rarior usus est; plusquamperecti prope nullus indicativi, sed huius loco conunctivus *Du hättest können*, v. *müssen*, ponitur. molliore illo mitigandae reprehensionis studio Gerianorum latinus sermo discessit, eamque et gravitam et suavitatem retinuit, quam natura castigationis erret. Quare modo posita modo praetermissa conitione, deletisque omnibus eius vestigiis, latine dicunt *potes*, *poteras*, *debebas*, *debuisti*, *debueras id facere*, quod alterum neglexisse viderint. In eventum vero narratione, si quid contra opinionem per uamdam fortunae iniquitatem acciderit, quasi fortuna umanae voluntatis legem sequi debeat, sollemnia aec sunt: *melius* v. *aequius* v. *optandum est*, *erat*, *uit*, *fuerat*, nusquam *esset* aut *fuisset*, quae foret iisera vernaculi sermonis imitatio: *Es wäre billig*, *zu wünschen gewesen*.

Quodsi illum verborum *debere* etc. indicativum a ubiectiva veritate sententiarum ducamus, quae (vid. ot. 2.) Stallbaumii sententia fuit, officiorum denique aecepta ex eodem fonte promanare inscite putemus m iis rebus, quas quisque animi vigore finxerit, e fide digniora habeamus, quam fabulas. At inrna vis eorum, quae recta sunt, et quae fieri dere dicimus, quoniam ex ipsa ratione ducuntur, telligenda est *necessitatem* habere *obiectivam*, quae lla est in subiectiva eventuum veritate, quamquam ique sententiarum generi easdem verborum formas m indicativus suppeditat. Omnis autem cogitatiom necessitas duplex est; subiectiva altera, quam ex stro arbitrio vel voluntate ortam alicui per cuiusque

verbi imperativum [19]) imponimus; altera obiectiva, quae ex rei natura argumentis colligitur, cuius propriam formam prae se fert suum cuiusque verbi gerundium. Tum quaedam verba sunt, quorum noa forma, sed significatio necessitatem obiectivam habet, de quorum indicativo disputandum fuit, *debere*, *oportere*, *par*, *aequum*, *necesse esse* simil. Quae quidem verba aliquam legem vel officium aliquod significant, quod, ex ipsa ratione uno illo verissimo omnis necessitatis fonte ductum, ad agendum, et ad mores vitaeque usum pertinet. Eaque cum necessitatem indicent, non sunt sic expromenda, quasi possibilitatem significent, cui indicandae coniunctivus modus suppetit, nisi eorum vim et gravitatem levatam aut admodum temperatam velis, sed *indicativum* requirunt, suae significationi aptissimum. Qui veritatis modus recte appellatur, nec subiectivae tantum, eius quidem ex sola mentis, quae errare et labi potest, cogitatione profectae, sed etiam obiectivae, cuius veritatis in rebus sensu superioribus certissima dux et magistra est ratio. Cuius si eloquenda praecepta sunt; verbum *debere* praeter verborum gerundia primum locum tenet; sequuntur alia verba, quae honestatis officiique necessitatem significant. In quibus honesti partibus cum etiam veteres philosophi prudentiam et decori observantiam numerarent, quidni is, qui errasset, vel quid temere imprudenterque vel libidinose, immoderate, inconstanter fecisset, iisdem fere vel similibus verbis castigandus videretur, quibus iniustissimus quisque: *Debebas fidem servare; fides erat servanda.* Itaque latine etiam dicitur: *par, aequius, melius erat, fuit, fuerat* vel *decebat, decuit, decuerat* id facere, quod prudentia, vel reverentia hominum postulabat. Huc etiam pertinet *Longum*

19) Vid. G. Hermannum *de emendanda ratione grammaticae graecae.* Lips. 1801. p. 215.

t *enarrare* — sc. id, quod si enarrem, molestus m audientibus [20]).

Est vero etiam, si ab illo primo, eoque gravismo, necessitatis genere discesseris, necessitas quaem obiectiva, quae ex aliarum rerum, quam officorum, considerata exploratague natura argumentis lligitur, quo cognoscamus, quae sint cuiusque rei res, quid quisque suo loco possit, quid rerum conitio postulet, vel etiam quid optandum, quid speranm sit, quantum quidem fortunae et casuum ordinem cet perspicere. Ita fit, ut verba *posse, melius, utius, aequius esse, oportere, necesse, optandum esse,* uorum alia non modo ad honestatem, sed etiam ad ientis sollertiam, utilitatisque iuvandae studium, vel d fortunae vicissitudines referuntur, indicativum obineant, dicendumque sit *potest, poterat, potuit* id acere, quod aliquem viderimus non fecisse, vel *aeuius, melius erat, fuit, fuerat* id fieri, quod secus ccidit, quam speraveramus [21]). In his igitur latine

0) Veterum scriptorum locis iam supra adhibitis additi hi sint. Cic. de Offic. III, 1, 3. *Otio fruor, non illo quidem quo debebat* (hoc Beierus recte restituit) *is, qui quondam peperisset otium civitati.* de Fin. IV, 9, 23. *quod esse caput debebat, si probari posset,* in Vat. 1, 2. *Etenim debuisti,* (Ernesti male vult *debuisses*) *Vatini, etiam si falso venisses in suspicionem, tamen ignoscere,* pr. leg. Man. 17. pr. *Quodsi Romae Cn. Pompeius privatus esset hoc tempore, tamen ad tantum bellum is erat deligendus, atque mittendus.* Lael. 16, 60. *Illud potius praecipiendum fuit, ut.* — Liv. II, 38. *ubi, si unum diem morati essetis, moriendum omnibus fuit.* Cic. Offic. I, 9, 28. *Itaque eos ne ad rempᵤ quidem accessuros putat, nisi coactos. Aequius autem erat, id voluntate fieri* Nat. D. I, 30, 84. *Quam bellum erat, Vellei, confiteri potius nescire, quod nescires, quam* — Orat. II, 27, 119. *Longum est enim nunc me explicare, qua ratione — oporteat* Nat. D. II, 64. *Longum est mulorum persequi utilitates.* Liv. VIII, 5. *Tempus erat* (Debebatis pro temporis et conditionis ratione) — *iam vos nobiscum nihil pro imperio agere.*

) Cic. de Div. II, 24, 52. *Quid — commemorem? possum equidem* (ich könnte zwar) *innumerabilia.* — *Non lubet com-*

placuit uti indicativo, qui modus rei gravitati monendique severitati conveniret. Hanc vero reprehensionis severitatem Germani, ut mollius aut verecundius sentiebant, tantum non constantissime coniunctivi usu leniri maluerunt. Qui coniunctivus modus cum quid per naturam rei fieri posse aliquam ob causam significat, tum tempora continet conditionalia, quae, ut diximus, rei non perfectae culpam alii rei, unde illa pendeat, tribuunt, ut id quod neglectum sit, non per se, sed ita demum decere, aequum, par, necessarium esse videatur, si per aliam rem licuerit. Addendum est, Latinos unum huius verecundiae indicium reliquisse in usu comparativorum *aequius, melius, utilius fuerat*, quasi id, quod vere accidit, non prorsus inique, male, inutiliter factum sit.

---

memorare. Acad. II, 10, 30. *Sed disputari poterat subtiliter — quae vis esset in sensibus.* Plin. Ep. VI, 2, 4. Cic. p. Mil. 11, 31. *Quodsi ita putasset; certe optabilius Miloni fuit* (Ernesti invitis codd. *fuisset*) *dare iugulum P. Clodio.* — Ovid. Her. 21, 125. *At fuerat melius — spem non corrumpere fraude.*

COMMENTATIO GRAMMATICA

DE

VI ET USU CONIUNCTIVI APUD LATINOS.

De vi et usu coniunctivi, eiusque in latino sermone indicativo modo praeferendi causis, cum in commentariis vel grammaticis libris multi multa disputarunt, tum duobus abhinc annis Fr. Tiburtius[1]), relicta earum ratione, qui coniunctivum ea tantum significare docuerunt, quae dubia, incerta, sumta, cogitata essent, persuadere conatus est, coniunctivum ad primariae h. e. eius sententiae, cui subiunctus

1) *Vid. Versuch, die Lehre vom Gebrauch des Coniunctiv im Lateinischen mit Berücksichtigung des Griechischen, und der Germanischen und Lateinischen Sprachen, auf sprachphilosophische Grundsätze zurückzuführen* — von Friedr. Tiburtius. Leipz. b. G. Fleischer. 1822. 8.

esset, sive verbis expressae sive intelligendae dicatum referri, in obliqua vero oratione ad verbi (ut, *ait*, *dixit*) praedicatum, unde omnis tationum sequentium series esset suspensa. rationem etiam veterum grammaticorum [2]) iudicio venire existimat, qui subiunctivum dicant, quod verbo subiungatur. Qua mente Tiburtius abs vel primariis sententiis duo relativarum enunciati genera opponit, quorum alterum, quod directe tivum appellat, alicui primariae enunciationis interpretandae vel definiendae inserviens, indicat requirat: alterum vero (indirecte relativum) gen eam primariae enunciationis partem, quae prae tum dicitur, rationis quidem, vel consilii, vel ca v. effectus notatione explendam, per coniunct referri vult, aliqua particula vel pronomine rel intercedente. Quarum vocularum, sive express sive, ut post *oportet*, *necesse est* et in prono relat. absconditarum, alias (*ut*, *ne*, *quo*, *quin*, *minus*) suam sententiam indirecte h. e. ad prae tum, cuius vis interdum interposito *tam*, *ita*, sim. aut comparativo acuatur, nunquam non refi

2) Priscianus p. 821. ed. Putsch. [ed. Krehl. I. p. 407.] quam indicativo et imperativo optativum adiunxit: *Qu* inquit, *subiunctivus*, *quippe iure*, *qui eget non mod verbio vel coniunctione*, *verum etiam altero verbo*, *u fectum significet sensum* —. *Et sciendum*, *quod en modis aliis sociari potest subiunctivus*, *qui cum di habeat significationes*, *non ab una earum*, *sed a co ctione nomen accepit.* Diomedi p. 329. subiunctivu videtur, *quoniam necesse est*, *ut alius sermo sugge quo superior patefiat.* Qui quidem grammatici et ali coniunctivum ideo dictum esse defendunt, quia in loqu cum solus locutionem implere non possit, coniungat si dicativum, secundariae enunciationis, quae coniunctivum tinet, frequentiam potissimum spectarunt. Nam idem P nus ibid. ubi aliquas subiunctivi significationes indicat. *Est*, *quando imperantes* (subiunctivo utimur) *ut ne d ne facias*, *in quo non eget alio verbo.*

iae (*si*, *nisi*, *cum* etc. et ipsum pronomen *qui*) rum indirecte, an directe referri debeant, cuique criptori quoque loco explorandum esse [3]); alias parculas, ut *quia*, sive ad omissum *ideo*, sive ad totam periorem enunciationem referendae sint, sive prosin aperiant, non magis quam *ut* (wie), *nam*, *igitur*, isi alia causa accesserit, indicativum retinere. Si ero nulla enunciatio praecesserit, ad cuius praedicam referri coniunctivus possit, per ellipsin V. D.

3) Hanc de relativis enunciationibus disputationem multis V. D. exemplis illustrat, sed non omnibus sic comparatis, ut persuadeat, ut p. 35. *Permulti sunt, qui putent.* „Hier ist der relative Satz offenbar eben so sehr auf *sunt*, als auf das ebenfalls, aber im Subiecte sich findende Correlat des *qui: permulti*, bezogen; denn das Subject *permulti* hatte keinen neuen Satz nöthig, wohl aber das *sunt;* denn es ist auffallend, dass sie so *seyn* können.“ Immo dicendum fuerat, quales permulti illi essent, quos *esse* dixerat. — In dem Satze *deum colit* (is) *qui novit* ist der Satz mit *qui* ein blosser Correlativsatz des noch dazu verschwiegenen *is!*“ Quid vero si quis dicat, Deum colit qui *norit?* An minus hae postremae voces subiecti notionem definiunt? Continuo Tiburtius interpretabitur *qui talis est, ut norit.* Item p. 71. Cic. Somn. 3. *Nisi deus te corporis custodiis liberaverit, in coelum tibi aditus patere non potest.* Der vorn hingerückte Satz ist dessen ungeachtet indirect relativ, denn er gehört zu *potest patere.* Hält man liberaverit für das Fut. exact., was hier auch geht, so hat man einen Vorder- und Nachsatz, ut p. 58. Nep. 10, 1. *Dionis consilio multum movebatur Dionysius, nisi qua in re maior ipsius intercesserat cupiditas.* Quo loco V. D. addit „oder wer es will, beziehe den Satz mit *nisi* auf ein im andern Satze verschwiegenes Wort (quod quale sit, nec ipse dixit, nec ego exquiram) als blosse Erläuterung desselben d. h. direct relativ.“ Quamquam mavult V. D. has duas enunciationes ordine esse sibi pares. Ita quid ad interpretationem et ad usum coniunctivi aut indicativi modi in periodo conditionali affertur adiumenti? *Nisi — intercessisset* si legeretur, non multum abfuisse putaremus, quin Dionysius moveretur; *intercesserat cupiditas* post *nisi* significat cupiditatem interdum prohibuisse, quominus moveretur.

eam intelligit [4]). Poterat sane Perizonium huius rationis auctorem adhibere, qui ad Sanctii Minervam I, 13. p. 107. ed. Bauer. „At subiunctivi, inquit, proprium est omnimodo et semper subiungi verbo alterius commatis etiam participio, licet prius illud verbum saepe absit, per Ellipsin suppressum. — Nam in Livii verbis *Tum vero ego nequidquam Capitolium servaverim* non est absoluta oratio, sed subiunctiva et elliptica, hoc modo explenda. *Tum vero res ita erit, ut ego neq. Cap. servaverim.*“ Idem V. D. perinde sibi esse statuit, sive quis ad eas locutiones supplendas adhibeat *Res ita est, ut*, sive *Opto, Oportet, Licet* sim., modo de sensu locutionis et ratione constructionis constet. Itaque non dubitat *Plura scripsissem, nisi* — supplere verbis *Erat, cur plura scripsissem*, (vel potius *scriberem*) aut illud Terentii *Si attigisses, ferres infortunium* sic: *Res ita se habuit, ut ferres inf. si attigisses*; aut *omnium doctissimus, quos ego viderim* sic: *per quos ita factum est, ut ego viderim.* Haec coniunctivi explicandi ratio, ut id ipsum verbum, quo regatur con-

4) V. D. p. 73. Cicer. Off. I, 37, 134. *Sit ergo hic sermo lenis, minimeque pertinax: insit in eo lepos etc.* „Wer erkennt hier nicht den verschwiegenen Hauptsatz: es ist zu rathen, zu wünschen etc., dass: *necesse est — oportet* — oder wie man sonst will? und die verschwiegene Coniunction? Ist der angeführte Satz dennoch nicht indirect relativ? Bezeichnet er nicht, eben wegen des Prädicats im Hauptsatze, das, wie der ganze Hauptsatz selbst, verschwiegen ist, weil es sich von selbst versteht, einen Rath, eine Ermahnung? Cic. Off. I, 26, 90. *Atque etiam in rebus prosperis, et ad voluntatem nostram fluentibus, superbiam, fastidium, arrogantiamque magno opere fugiamus.* Wie der vorige *Hoc facias* bezogen auf das verschwiegene: *ich bitte, dass.* — So: *velim: deus faxit*, und alle Sätze, wobei verschwiegen ist: darf ich sagen, dass ich. — So lassen sich tausendfache Zusammenstellungen, Verschweigungen u. s. w. nachweisen, wonach denn auf die einfachste Weise von der Welt alles Mögliche durch den Coniunctiv bezeichnet wird, was wir ihn wirklich bezeichnen sehn.“

iunctivus, figura illa, quae ellipsis vocatur, omissum dicant, comprobata est etiam Godofr. Hermanno *de ratione grammaticae graecae* p. 207. veluti in hoc exemplo ἴωμεν, quod plene si dicitur, est ἄγε ἵνα ἴωμεν. Atque consimili modo, inquit, equidem omnes coniunctivi usus verbo, quo regantur, destitutos explicari debere contenderim. E quibus hic quidem facillimus est τὶ φῶ; τὶ δρῶ; quod plene sic dicetur, σήμηνον vel οὐκ οἶδα, τὶ φῶ; τὶ δρῶ; ut θέλεις μένωμεν. Tum vidit gravissimus ellipseos adhibendae moderator ad Viger. Append. VIII. p. 906. coniunctivum etiam solum per se quandam futuri significationem habere deliberativam, ut τὶ φῶ; unde adhortationi inservire coepisse coniunctivum in prima persona pluralis, ut ἴωμεν. Quamquam idem V. D. p. 742. adnot. 149. τὶ λέγω, inquit, τὶ φῶ, et similia non sunt coniunctivi pro indicativis, sed, nisi propria quadam vi coniunctivi, qua oportere quid fieri indicetur, per ellipsin dicuntur, quae est in omni interrogatione, ut *nescio*, vel *dubito*, vel *dic mihi*. Atque in Appendice II, de Ellipsi p. 872. illud genus ellipseos, quod sit in integrae sententiae omissione, fere in iis sententiis versari dicit, quibus nos velle aliquid, vel cupere, vel probare significemus, hac tamen conditione posita, ut id, quod omissum est, cum aliorum constructione verborum cohaereat. Sed haec hactenus. Nos nostrum iudicium sequamur.

Apud Latinos verbi cuiusque coniugatio, qua consociatio subiecti praedicatique continetur, praeter personarum et numeri notationem tres habet modos, quibus, utrum aliquid vere fiat vel factum futurumve sit, an possit vel debeat fieri, ipsorum verborum forma indicatur. *Indicativus* modus ad veritatis significationem pertinet, vel ea de quoque subiecto praedicat, quae vera sunt et certa, quod sunt animadversa, vel cum nondum evenerunt, tamquam certo, quantum homini licet, iudicio explorata, ut ea, quae futuro indicativi tempore indicantur. (ut Horatius ait

Epod. 1, *feremus — sequemur — militabitur.*) *Imperativus* cum gerundio necessitati significandae ita quidem inservit, ut aliquid aut nostrae voluntatis decreto *(lege, legito)* aut pro rei natura *(legendum est)* faciendi necessitatem declaremus. Is autem modus, qui medius indicativum inter et imperativum *coniunctivus* dicitur, possibilitatem, h. e. fieri aliquid posse indicet necesse est. Quae res autem possunt esse, eae exstant, quatenus cogitantur: non sunt igitur sua vi, sed per mentis cogitationem; neque verae et certae, quod non sunt animadversae, sed cum quadam sentiendi agendive probabilitate cogitatae.

Omnis autem disputatio revocanda est ad praedicatum, quod simul cum copula in ipso verbo inest. Quod igitur de re aliqua praedicamus, aut animadversum est, ut indicativo opus sit, aut, si non animadversum sed cogitatum, coniunctivum requirit. Quoniam autem nemo de rerum vel hominum sive sua sive aliorum conditione vel actione quidquam cogitat, nisi si causa sit, ex qua id, quod cogitat, colligat; ex iustissima cogitandi quaque causa id, quod cogitatum dixerit, in ipso sermone per *coniunctivum* exponendo plurimum referet probabilitatis, ea quidem veritate, quam indicativus praedicatis tribuit, sublata. Nam etiamsi id, quod praedices, verum est, non tamen nisi pro cogitato habendum est, tua quidem, qui coniunctivo usus sis, voluntate. Neque gerundii vel imperativi vis, de qua dixi, cum coniunctivo eiusdem verbi debet confundi, quia coniunctivus non absolutam vel in re ipsa positam necessitatem ostendit, sed tantum necessitatis similitudinem potest attingere. Quare quod verbis *debere*, *oportere*, *necesse esse* in interpretando coniunctivo utimur, non idcirco rationis lex ipsa, vel alicuius imperium Latinorum coniunctivo expromitur. Neque quod Germanis, quorum lingua vix ullum satis commodum praesentis temp. coniunctivum suppeditat, ad eorundem verborum usum confugiendum est, quibus (ut

müssen, sollen, dürfen, können) necessitatem, officium, veniam, potestatem, significant, nostrum de coniunctivi vi et usu iudicium perturbabit. Vernacule enim particularum *(wohl, etwa, nur, doch, allenfalls, höchstens, vielleicht)* usus, cum indicativo coniunctus, id saepe declarat, quod proprium est coniunctivi. Sunt nimirum quaedam quasi appropinquationes ad veritatem et ad necessitatem, vel utriusque simulacra, quae significamus, si quid de aliqua re per coniunctivum praedicamus. Cogitamus enim id, quod praedicati nomine alicui rei, tanquam non animadversum, tribuimus vel ponendo, vel coniiciendo, vel sic, ut rem alteram sumamus, alteram, servata hac conditione, consecuturam esse aut affirmemus, aut non factam excusemus eo, quod sumta altera res facta non sit. Hic coniunctivi usus ad res cuiusvis temporis pertinet, praeteritas nunc, nunc praesentes vel futuras. Atque cum lubentissime cogitamus, quae nondum evenerunt, coniunctivus potissimum in futuris rebus versatur. Ut autem rem vel conditionem, quae non est, cogitemus, aut appetitio rerum, quas optamus, quoniam eas ipsi efficere non possumus, aut rerum vel hominum considerata conditio, h. e. nostrum de rebus, quae sunt, vel de nostra aliorumve conditione iudicium, nos impellit. Ita quae propter rerum conditionem fieri posse, aut propter rerum convenientiam fieri debere vel oportere, iudicamus, per coniunctivum latine significamus. Quamquam haec officio vel imperio non par habenda necessitas est, sed tantum pro illius necessitatis similitudine. Multum enim apud homines temporum convenientia valet ad prudentiam et utilitatis curam, imprimis in vita communi et sermone familiari. Tum etiam lenitas quaedam et facilitas ingeniorum apud Latinos officii vel necessitatis gravitatem et asperitatem voluit mitigatam: in quo coniunctivi usus est commodissimus, ut videatur id, quod monendum est, cogitatum esse, non certo necessitatis iudicio exploratum et postulatum. Hinc

coniunctivi usus frequentissimus et commodissimus scenico sermone, tum in moderatissimo quoque nere dicendi. Gravitatis vero et brevitatis scripto studiosissimi, quantum licet, et iudicia sua, et rer praedicata ad veritatem componunt et ad necessit notationem; cum poeticae fictionis et dictionis vi res proponit non tanquam cogitatas, quae pos esse, sed tanquam veras, certas, definitas.

Sed subiecti et praedicati ad enunciationem fa consociatio saepe aliam enunciationem adiutricem quirit, qua aliqua suarum partium declaretur vel finiatur. Ita opus est *secundaria* enunciatione, q pronomine relativo, vel coniunctione addat id, primaria illa aut declaretur, aut definiatur. Qu in secundaria enunciatione, quae, quod novam s tentiam ad superiorem, tanquam ad absolutam, ref relativa appellatur, aliquid cum veritate dicitur; ae ut in illa indicativus adhibendus erit: sin cogitata probabilitatem proferuntur, coniunctivus postula Sed etiam si secundaria vel relativa enunciatio ve quod sit, non cogitatum, continet; eo tamen loc nexu, quo sociata cum primaria est, veritatis s notam, indicativum, propterea repudiat, quod altera sententia, cui definiendae vel, si non form sed sententiae integritatem spectas, explendae in vit, sic est apta et suspensa, ut haec ipsa ne situdo, vel consociationis arctissimae ratio, q quadam cum ipsius sententiae veritate facta con tione, vehementius coniunctivum flagitet, quippe uno modo latine possit significari. Sui enim i esse desiit, ex quo ipsius praedicati, quod prima sententiae fuit, causam vel consilium, aut even effectumve, vel aliquam illius necessariam notatio coepit significare. Ita duplex coniunctivi causa potest in secundariae enunciationis praedicato; al cum primaria enunciatione communis, si cogitata non animadversa, exponitur; altera in eo po quod superiori sententiae obnoxia, ab eaque susp

sententia addita est, quae illam non interpretaretur et augeret, sed definiret et expleret. Qualis is arctior enunciationum nexus sit, qui coniunctivum postulet, deinceps dicemus, postquam exemplis ea confirmaverimus, quae de priore coniunctivi genere, utriusque illo quidem enunciationis et primariae et secundariae communi, diximus.

Et quod ad praesens et praeteritum tempus attinet, in quo coniunctivum versari diximus; primum apparet, tum ponendo, tum sola coniectura aliquid tribui alicui rei, quod non animadverterimus. Fit autem vel alicuius sententiae declarandae causa, ut exempli instar aliquid fingamus vel ponamus, ut Cic. de Offic. III, 13, 54. *Vendat aedes vir bonus propter aliqua vitia, quae ipse norit, ceteri ignorent; quaero, si hoc emtoribus venditor non dixerit, num id iniuste, an improbe fecerit?* Non curat enim Cicero, sitne aliquis, qui ita vendat, nec ne, sed ponit, aliquem vendere. Ibidem c. 6. *Forsitan quispiam dixerit* coniecturam facientis vel suspicantis est coniunctivus, ut de Nat. D. III, 32. *Dies deficiat, si velim numerare*, h. e. Vereor, ut dies sufficiat. Ibid. I, 1, 21. *Roges me, qualem Deorum naturam esse dicam; nihil fortasse respondeam.* Hor. Epod. 1, 15. *Roges,* (Du fragst vielleicht) *tuum laborem quid iuvem meo?* Liv. II, 43. *Excellentibus ingeniis citius defuerit ars, qua civem regant, quam qua hostes superent.* Quod genus coniunctivi non raro praepositam sibi habet formulam *nescio, an* vel *haud scio, an*, de qua in altera harum commentationum particula exposuimus. Sequitur coniunctivus, qui alicuius rei, quae futura sit nec ne incertum est, consequentiam aperit, sed hoc pacto, ut conditione posita consecuturam rem esse vel fuisse affirmemus, aut non servata conditione factam negemus. In quo est promittendi vis quaedam in utramque partem. Eiusmodi enunciatio apodosin efficit periodi conditionalis, cuius protasis per *si* vel *nisi* rem sumit, quae si fiat,

alteram consecuturam esse, si minus, non ratam fore rem promissam alteram significas. Ut autem quod sumitur, si fieri posse intelligitur, cum nunc non sit, non potest non coniunctivo modo exprimi, sic consecutiva seu promissiva enunciatio eodem pacto coniunctivum postulat, sive affirmaturus rem, sive negaturus vel excusaturus non factam sis, imperfecto quidem tempore vel plusquamperfecto, prout rei praeteritae ratio et utriusque partis comparatio suaserit. Cic. Epist. ad Fam. XI, 27. *Impudens sim, si plus postulem*, IV, 29. *Sapientius faceres, si non curares* et ep. 10. *Antea misissem ad te litteras, si genus scribendi invenirem.* Huc pertinet formula *crederes*, v. *diceres*, quae conditioni *si adesses*, vel *si videres*, debetur, ei quidem propterea omissae, quod talis est, ut, cum nemo certo dicere de re possit, nisi eam viderit, sponte sua quisque intelligat. Plin. Panegyr. 20. *Diceres magnum aliquem ducem ad exercitus ire.* Liv. II, 43. *Romani iniussu signa deserunt, moestique (crederes victos) redeunt in castra.* Ad futuras res, quae ne potuerunt quidem animadverti, primum ea praedicata pertinent, quae cogitamus fieri posse, quod cupimus fieri; deinde ea, quae nostrum de rerum convenientia iudicium suaserit cogitare et dicere. Prius illud coniunctivi genus *optativam*, vel concupiscendi vim habet, posterius in rei gerendae iudicio positum, personarum ratione habita, de prima persona *deliberativam*, de reliquis *adhortativam*, quin etiam *permissivam* seu *concessivam*; si cogitationis ratio spectatur, in conservando eo, quod decorum et conveniens est in quacunque vitae parte, posita illa potestas vel necessitas est, quae per coniunctivum primarii verbi significatur.

Ad *optativum* igitur quod attinet, ea, quae non ipsi efficere possumus, cum cupimus nobis vel alicui contingere, aut ab altero, quocum loquimur, precando petimus, aut ut aliquis absens ratum velit esse, optamus. Sed cupimus etiam quae in nostra potestate

ta sunt, qu... non sint, ut Cic. ad Attic. IX, 10. *go quidem non sim* (mag nicht seyn) *auctor, si ompeius Italiam relinquit, te quoque profugere.* lat. D. I, 21. *quid non sit, citius, quam quid sit, ixerim.* Fin. II, 3. *Ego didicerim* (möchte) *liben- ius, si quid attuleris, quam te reprehenderim.* Veram nim expetendae alicuius rei cupidinem, vel voluntatis decretum severius illud et gravius non coniunctivo atini indicant, sed verbis *volo, nolo, cupio* ut Plaut. urc. IV, 4, 34. *Cupio dare mercedem, qui illunc, bi sit, commonstret mihi.* Ter. Andr. II, 3, 4. *Ducas olo hodie uxorem.* Quamquam observanda modestia st, qua, ne quem offendant, coniunctivo *velim, nolim, nalim* pro indicativo, et *vellem, nollem, mallem* utuntur, ut Cic. ad Att. X, 2. *Dionysium nolim ad me rofectum.* Tusc. I, 6. *Iam mallem Cerberum me- ueres,* (Da wollt' ich doch lieber, dass du —) *quam ita tam inconsiderate diceres;* ad Att. IV, 16. *Cu- erem vultum videre tuum, cum haec legeres.* Accedunt coniunctivi *putem, censeam,* quae valent, non multum abest, quin putem, censeam. Nihil enim prohibebit, quominus quisque quid sentiat, aperte dicat, praeter sensum verecundiae [5]). — Quod autem

5) Ut Liv. XXI, 18. *Ego non, privato publicone consilio Saguntum oppugnatum sit, quaerendum censeam, sed utrum iure, an iniuria,* quocum compares illud Catonis *Carthaginem delendam esse censeo,* ut lenitatem coniunctivi sentias. Eodem pertinet coniunctivi perfectum. Tusc. V, 5. *Bruti ego iudicium, pace tua dixerim, longe antepono tuo.* Qui coniunctivi proxime a veritate sententiae abesse videntur, et ut *velim, nolim,* de re, quae fieri potest, *vellem, nollem* de re praeterita pari modestia adhibentur, atque Cic. Brut. 83. *Thucydidis orationes ego laudare soleo; imitari neque possim* (vereor ut possim), *si velim, nec velim fortasse, si possim.* Ter. Andr. I, 1, 26. *Nam antea qui scire posses, aut ingenium noscere, dum aetas prohibebat,* et Cic. Ep. ad Fam. III, 10. *Nollem accidisset tempus* de re aliena, aut Verr. IV, 20, 43. *Nollem dixisse.* Ceterum verba *velle, nolle, malle, posse, debere* simil. quibus certa aut voluntatis, aut

peculiari vocis significatu *optativam* vim habet c iunctivus, quoniam qui optant, fieri id, quod cupiu posse commotiore animo existimant, etiamsi rev fieri nequit; prima persona sic in obtestando adhi tur, ut paene nescias, utrum contingere mortem cupiat is, qui ut Cic. ad Att. VIII, 6. *Mori si magis gauderem, si id mihi accidisset*, loquat an ipse eam sibi consciscere velit. Optat vero, premum numen vel tacito testem et vindicem imp rans, ut ibid. XVI, 13. *Ne sim salvus, si al scribo, ac sentio.* Ibid. V, 15. *Ita vivam, ut maxi sumtus facio.* Tum etiam, *utinam* proposito, d Cic. ibid. IV, 16. *Utinam modo conata efficere poss* vel *possem*, si fieri nequit, vel *potuissem* de re pr terita, v. Nat. D. I, 32. extr. Phil. I, 13, Quod autem ab altero impetrare cupias, precar quidem vel etiam admonendo per alteram coniunc personam significas, ut Cic. ad Fam. XIV, 13. *C te bene confirmaris, ad nos venias*, vel ad augend precandi vim et leniendam admonitionem addito praemisso *velim, quaeso, precor.* Cic. ad Fam. XII, *Tu velim sic existimes*, vel alibi *Velim mihi ignos* Hanc precationem non mirum est in graviorem monitionem abire, quae prope accedat ad impera vim, quem saepe addi constat. Ter. Heaut. II, 2, 1 *Quod boni datur, fruare, dum licet* et IV, 4, 24. *quaeras.* Liv. XXXVIII, 54. *Velitis, iubeatis, C rites.* Cic. ad Fam. XI, 3. *Fac, cogites* ad At XIII, 33. *Cave, facias.* Denique etiam tertia p sona huc pertinet cum quid optas Plaut. Aul. II, 3, *Dii bene vertant.* Liv. I, 28. *Quod bonum, faust felixque sit Populo R.* Eadem persona admonitio

---

facultatis, aut officii notio exprimitur, probe distingu sunt a reliquorum verborum coniunctivo; quamquam ad in pretandum coniunctivum saepe verbis *volo*, *possum*, *de oportet* opus est. Germanorum enim, qui coniunctivo p sentis paene carent, aut non commode utuntur, alia ratio

significat Catil. II, 9. *Catilinarios moneo: desinant furere.* Sed haec adhortandi vis coniunctivi non, nisi quatenus ex ipsa rei, quam mones, petitione repetenda est, huius loci esse videatur. Nam quae cogitaveris propter rerum conditionem fieri debere, huc non pertinent, sed paulo post commemorabuntur, quamquam facillimus aditus ab altero monitionis genere ad alterum est, et admodum nobis causas coniunctivi exquirentibus cavenda utriusque confusio.

Permissiva seu *concessiva* vis coniunctivi ad alteram vel tertiam personam pertinet, quam sinis facere, non quod per legem, sed per te quod liceat. Ter. Eun. II, 3, 97. *Si certum est facere, facias, verum ne post culpam conferas in me.* Andr. V, 3, 24. *Chr. Age dicat, sino.* Quae concessio non multum differt ab exsecratione vel malorum imprecatione in his. Ter. And. IV, 2, 13. *Valeant, qui inter nos discidium volunt.* Ita concedendi et optandi vis coniunctivi ex eodem denique voluntatis fonte repetenda est [6]).

Tertium coniunctivi genus ad agendum pertinet, et ea fieri posse significat, quae cogitamus, rerum considerata conditione. Sed ut facta e consiliis nascuntur, sic consilium a deliberatione proficiscitur. Cum dubitatione autem quaerit is, qui *deliberat* id, quod dubium saepe est in rebus gerendis, cum nesciat, quid rerum conditio permittat, quid suadeat, quid postulet. Leviora igitur officia illa, ex utilitatis denique fonte ducenda, quae rerum conditio et temporum convenientia deliberantibus opponit, si quis id, quod expetit, minus probandum esse sentiat, efficiunt,

6) Conspirat sane vernaculum verb. *mögen*, quod ut ad ponendam rem *(Es mag einmal)* non minus, quam ad coniiciendum *(Es mag wohl)* et ad concedendum *(Er mag nur)* ad conditionem *(Mag er nur)* ad monendum *(Er mag doch)* ad precandum *(Du mögest)* ad optandum *(Möchte ich, mir, dir)* est aptissimum.

ut interroges. Ovid. Metam. III, 465. *Quid faciam? roger, anne rogem? quid deinde rogabo?* Quod interrogationis genus omnibus coniunctivi causis et notationibus inservit, quotquot vernacule illa verba subsidiaria significant. Ex primae vero personae interrogatione levioris rei faciendae consilium nascitur, cum ipsa deliberatione coniunctum apud Plaut. Most. III, 2, 96. *Nunc haud scio, an colloquar. Congrediar.* Ibid. 70. quasi transacta deliberatione. *Ego dicam tibi: Dare volt uxorem filio quantum potest*; primae pers. dicendi consilium coniunctivus prae se fert. Non item latine quisquam dixerit *des* vel *det uxorem* pro *dare vis, vult*; sed in interrogationibus, facile se quoquo vertentibus, proxime ab indicativi veritate absunt haec ad probabilitatem dicta Cic. Catil. II, 8. *Tu rebus omnibus ornatus et copiosus sis: et dubites aliquid de possessione detrahere, acquirere ad fidem?* Phil. VII, 2. *Faveas tu hosti? — bonorum spem virtutemque debilites? et te consularem, aut senatorem, aut denique civem putes?* Ipsa enim cogitatione haec sibi contraria in eodem ferri nequeunt. Tum etiam licet rei socium gerendae prima persona pluralis quaerere vel evocare. Cic. p. Sext. 68. *Imitemur nostros Brutos, Camillos, Decios: amemus patriam; pareamus senatui, consulamus bonis; id esse optimum putemus, quod erit rectissimum*, de Offic. I, 13. *Meminerimus, etiam adversus infimos iustitiam esse servandam.*

Quid autem facere non per alterius facilitatem et benevolentiam, sed per rei alicuius conditionem liceat, (*potentialem* vim dicunt [7]) coniunctivi) plerum-

7) De potentiali vi coniunctivi, quae non modo ad praesens tempus pertinet, sed etiam in imperfecto deprehenditur, vid. Etzleri *Sprach-Erörterungen, Breslau* 1826. p. 116. seqq. Cf. eiusdem *Syntactische Analogien* p. 94. „Oft kann man den lat. Potentialis geradezu mit dem Praesens oder Futurum des Indic. übersetzen; wie denn auch diese lat. Redform in

ie sanae mentis iudicio et experientia edoctus scies, Ter. Andr. I, 1, 38. *Ita facillime sine invidia udem invenias* (kannst) *et amicos pares*, rerum di-ersarum comparatione iudicatur, quid fieri possit. usc. IV, 17. *Quid videatur ei magnum in rebus umanis, cui aeternitas omnis totiusque mundi nota sit agnitudo?* ad Herenn. IV, 26. *Eam quomodo victo-am appellem, quae victoribus plus calamitatis, quam oni dederit?* pro Lig. 9, 18. *Miremur*, (dürfen, önnen wir uns wundern?) *si — fortuna variaverit?*

Quemadmodum id quod licitum est ab eo differt, uod debet fieri, sic coniunctivi vis a iure vel po-estate ad officium vel necessitatem [8]) transgreditur: uo id declaratur, quod pro rei natura et conditione ut non fieri non potest, aut agendum est. Rerum onditio nimirum saepe etiam suadet vel postulat, ut uid facias ut Cic. Caecil. 7. *Nunc id dicam, quod*

---

vielen Fällen nichts anders ist, als eine indicativische Behauptung, der Form nach mit minderer Bestimmtheit, gewissermassen mit Bescheidenheit und Vorsicht ausgedrückt, wodurch indessen oft die Aussage selbst desto mehr Nachdruck erhält."

8) Etzlerus l. c. ut p. 112. tria absoluti coniunctivi distinguit munera, *conditionale, potentiale, imperatorium*, de quo disputat p. 134. seqq. „Der potentiale Coniunctiv enthält wie der imperatorische eine Nöthigung; aber dort geht sie von den Umständen, hier von mir selbst, dem Redenden, aus. — Der imperatorische Coniunctiv hat für die Negation gemeiniglich *ne*, der potentiale *non*." Cic. p. Planc. 11, 27. *ne—mirere*, ibid. 24, 58. *non, ut opinor, admirere.* Idem V. D. p. 137. „In historischen Darstellungen kommt oft das Imperfect des Coniunctivs in ziemlich absoluter Stellung vor, so dass es wie eine imperatorische Form der Vergangenheit aussieht." nimirum in oratione obliqua ut Liv. XXII, 37. *acciperent eam* (Victoriam), *tenerentque et haberent propriam et perpetuam.* Non debebat autem Etzlerus h. l. ad ellipsin confugere. Obliqua enim oratio illud *accipiant* vel *accipiatis* in narratione non potest non ad praeteriti temporis fines revocare, ut „*Ihr möget*" qui ab altero dictum refert, dicat: *Sie möchten.*

tacitus tu mihi assentiare (beistimmen musst). Ter. Adelph. I, 1, 52. *Hoc qui nequit, fateatur nescire imperare liberis.* Ibid. Phorm. III, 3, 7. *Quid faciam? Invenias argentum.* Liv. XXIX, 17. *Miretur, qui sciat.* Hor. Serm. I, 9, 7. *Noris nos.* Ter. Heaut. I, 2, 28. *Pateretur* (pati debebat). *Nam quem ferret, si parentem non ferret suum?* Cic. pr. Sext. 20. *Forsitan vir fortis dixerit. Restitisses* (Du hättest sollen) *repugnasses, mortem pugnans oppetiisses.* Quamquam, ut supra de voce *crederes* diximus, consecutivam vim potius habet *Restitisses*, omissa conditione *si fortis esses.* Huic coniunctivo, si acuenda vis est necessitatis *oportet* vel *necesse est* addi constat, ut Cic. Fin. II, 35. *Virtus voluptatis aditus intercludat, necesse est* sc. ut sit virtus. Curt. IV, 11, 17. *Armatus sit oportet, quem oderim*, (wen ich hassen soll) ubi vitanda etiam erat coniunctivi ambiguitas, ne concedi arma viderentur, cum odii ponenda esset conditio.

Hinc ut ad aperiendas *suspensi* seu relativi *coniunctivi* causas in secundariis vel relativis enunciationibus accedamus [9]), primum de coniunctionum natura,

---

9) Adde Car. Fr. Etzleri rationem, qui in libro pro dignitate non satis noto, *Syntactische Analogien der lat. und deutschen Sprache.* 1826. (cui libro eodem anno Vir D. addidit: *Sprach-Erörterungen*, quibus difficiliores illius libri partes explicaret: cf. Steuberi censoris iudicium in Jahnii *Jahrbücher für Philolog.* Leipz. 1827. V, 2. p. 178—198.) postquam §. 85—95. p. 88—105. *absolutum coniunctivum* in tres, quas dixi, partes *conditionalem, potentialem, imperatorium* divisit, *suspensum* vel *relativum* coniunctivum pro enunciationum diversitate, quae sunt aut *interrogativae* (Fragesätze) aut *declarativae* (Aussagesätze) in quo utroque genere aut subiectiva aut obiectiva ratio animadvertitur (p. 105. seqq.), in varia genera dividit. *Interrogativae* enunciationes, tamquam res, *coniunctivum interrogatorium* requirunt. Huc etiam refertur *forsitan* (fors sit an) ut *nescio, an* (vermuthlich, vielleicht) et *vereor, ne* (ob nicht) et *vereor, ut* (wie). Sunt *declarativae* enunciationes quae cum e verbis sentiendi et declarandi pendeant, *subiecti accusati-*

, et usu paucis est monendum. Particulae, quae
enuntiationum coniunctione *coniunctiones* appellan-
r, plurimae nunc indicativo, nunc coniunctivo in-

---

vum cum *infinitivo* coniungunt: aliae continent id, quod agitur, quibus Vir D. tribuit *coniunctivum rei*, quae e verbo *(curare, postulare, rogare, efficere, accidere, impedire, recusare)* nata esse cogitatur sic, ut particulae *ut, ne, quominus, quin* intercedant. Huc pertinere dicit, quod *ut* post *licet, necesse est* omittitur, et *mitterent — viderent* (Liv. 35, 6.) si omissum intelligis *rogare, monere* etc. *ut;* tum illud Cic. Cat. 1, 9. *Quid loquor? te ut ulla res frangat!* „Man ergänzt leicht *fieri non potest* und ähnliches. Es sind Uebergänge zum Potentialis; häufiger sind sumtivische Ausdrücke der Art:" *ut circumspiciamus omnia* Cic. de leg. agrar. 1, 23. si *fac* (gesetzt) intelligis, „Auch in den optativischen Sätzen mit *utinam* hat sich die Ergänzung (etwa *velim; vellem* oder so etwas) und das Bedürfniss derselben sehr verdunkelt. Diese Ausdrücke erscheinen immer wie selbstständige Sätze *utinam adesset!*" — Sequitur *Coniunctivus effectus* §. 102. p. 115. cum demonstrativa vocula *ita, sic, talis, tantus* sim. sequente *ut:* tum etiam adiunguntur relativae enunciationes „in denen der Ausdruck eines Folge-Verhältnisses liegt." — *Coniunctivus finalis* §. 104. „durch welchen im Bestimmungssatze die Absicht, der Zweck des Rectionsbegriffs ausgedrückt wird." per *ut* vel pronomen relat. — *Coniunctivus conclusivus* „mit *cum* in demjenigen Satze, welcher den Bestimmungsgrund des Urtheils im Hauptsatze enthält." Quo etiam (§. 107.) adversativa ratio refertur, ut *cum* sit *da doch, obgleich, wenn auch.* Eandem vim habet etiam relativum (Cic. Lael. 2. *Tu non adfuisti, qui diligentissime semper illum diem solitus esses obire.*). — *Coniunctivus descriptivus.* „Das *cum* mit dem Coni. drückt in Darstellungen der Vergangenheit auch die Umstände und Anlässe aus, unter welchen eine Handlung eintritt." Pronomen relativum pro *cum* deprehenditur Verr. II, 95. *Hic, qui Romam venisset — navigasset — detulit.* — *Coniunct. sumtionis*, (§. 110.) qui excepta oratione obliqua in sumtione adhibetur, si in primaria enunciatione (Rectionssatz) conditionalis vel potentialis vis obtinet. *Sumtionis ficti* (distinguit enim Vir D. *sumtionem dati*, Voraussetzung; *sumtionem dandi*, Fallsetzung; *sumtionem ficti*, Annahme. Vid. *Analogien* p. 251. seqq. et eiusdem Viri D. *Sprachercörterungen* §§. 18—33. p. 163—211.) formam gerunt *si*

serviunt [10]), prout sententia, cuius aut veritatem aut probabilitatem modus verbi per se significat, comparata fuerit. In his particulis sunt tamen aliquae, quae cum illud ratiocinationis genus prae se ferunt, quod in causae et effectus, vel in consilii et eventus relatione positum est, cum coniunctivo modo constanter construuntur. Latini enim scriptores acutissimo decori sensu eas particulas ratiocinativas, quae ad animum impellendum pertinerent, et rationis iudicium vel contentionem in rerum relatione ad actionis consequentiam indicandam ostenderent, cum coniunctivo construi maluerunt, quam eas, quae solam consociationem et disiunctionem cogitationum, aut earum inhaerentiam alterius in altera notarent. Sunt igitur, quae ratiocinationem coniunctivo constanter significant, primum finales particulae, seu affirmant seu negant, *ut*, *quo*, *ne*, *quin quominus* [11]). Sequitur una cau-

---

habeam et *habuerim*; *si haberem* et *habuissem*. Pro *si* reperitur interdum *qui* relativum (Liv. 34. 9. *Miraretur, qui tum cerneret*) et *si* cum imperf. et plusquamperfecto coni. „wo eine *frequentative* Aussage der Vergangenheit an eine bedingende Bestimmung geknüpft wird (Sueton Aug. 82. *Augustus si quo pervenire posset, potius navigabat*) §. 114. „Es herrscht diese Analogie hauptsächlich in Zeit- und sonstigen Relativsätzen aller Art, in denen zugleich bedingliche Begriffe liegen. — *Coniunctivus obliquus* (§. 115.) „er macht sich dadurch am kenntlichsten, dass er ein ganzes System von untergeordneten Sätzen als Gegenstand einer Vorstellung, Aeusserung, Absicht, Befehls etc. mit dem Hauptsatze in Verbindung bringt."

10) Particulae indicativo vel coniunctivo dici possunt inservire sic, ut eam rationem, qua res vere facta aut res cogitata (quod discrimen ipso modo verbi indicatur) cum primaria enunciatione, cui secundaria adiungenda vel praeponenda est, nexa intelligitur. Vide quae plura de hoc coniunctionum munere bene disputavit Hoffmannus in Jahnii Ephemerid. (*Jahrbücher der Philologie u. Pädag.* VII, 3. p. 262.) de anno 1828.

11) Finem, quem consequi velis, ut Cic. Cluent. 53. *Legum idcirco omnes servi sumus, ut liberi esse possimus*, pro rerum,

lis *cum* [12]), quatenus praeter tempus etiam id incat, quod ad agendum impellere possit vel potuerit.

---

quibus id possis, varietate verba ostendere solent rogandi, monendi, postulandi, sequente *ut*, vel relationis nota addita, *quo*, Leg. II, 26. *In funeribus Atheniensium sublata erat celebritas virorum ac mulierum, quo lamentatio minueretur;* Tum etiam effectus, vel ea consecutio, quae animadverti solet, nec nisi usu rerum cognoscitur, Latinorum arbitrio magis, quam notionis necessitate, per coniunctivum, voculis *hoc, is, tam, talis* interdum ad acuendam causae vel effectus vim praepositis, significatur Nat. D. II, 15. *Sol efficit, ut omnia floreant.* Pison 32. *Habet hoc virtus ut — delectet;* consecutionem animadvertis in his Lael. 25. *Quanta in oratione maiestas, ut facile ducem P. R. diceres.* Liv. II, 4. *Vide, ne nulla sit divinatio.*

2) Vocula *cum* ex causali vi sua tam arctam cum coniunctivo quasi societatem contraxit, ut, etiamsi temporis notationem haberet, ad agendum tamen causam videretur afferre. [Cf. Aug. Grotefendii *Commentar zu den Materialien lat. Stylüb.* Exc. I. *Von dem Gebrauche und der Rection der Coniunctionen si* und *quum*. et Exc. II. p. 265.] Quod autem imperfecti et plusquamperfecti potissimum coniunctivum adsciscit, causa in eo est, quod praeteriti temporis consilia et causae tum, cum narras, non, ut praesentes res, animadvertuntur, sed tantum cogitari possunt. Itaque Cic. ad Fam. XI, 2. *quae profecto, cum istum animum non habes, ita optimam partem accipies.* Fin. I, 20. *Cum solitudo — metus plena sit, ratio ipsa monet amicitias comparare.* Si diceres *Cum — plena est*, temporis fieret notatio, non causae, cur amicitiae comparandae sint. Livius XXXVII, 4. *Coelo sereno interdiu obscurata lux est, cum luna sub orbem solis subisset.* Nam *cum — subierat* foret *quoties subierat*, aut *tum — cum subierat.* Ubi eventus non exspectatur, a causali significatione ad concessivam haec particula accedere videtur sic, ut *tamen* sequatur, Cic. p. Cael. 17. *Quibus, cum facere non possent, loqui tamen — licebat.* Lenior oppositio est in *cum — tum* Offic. III, 2. *Sed cum tota philosophia, mi Cicero, frugifera et fructuosa, nec ulla pars eius inculta ac deserta sit: tum nullus feracior in ea locus est.* Ibid. §. 6. *Quod cum omnibus est faciendum, tum haud scio, an nemini potius quam tibi. cum* ad *omnibus* non ad verbum pertinet, ut oppositio sit denique *cum omnibus — tum tibi.*

Tum eae particulae, quae concessivae dicuntur, causa et effectus quandam repugnantiam significant *quantum vis, quamvis, ut* [13]) (wie auch immer) opposito *tamen*. Nam *quamquam* per se non cogitatam, sed vere cogni tam causae et effectus oppositionem significat. Deni que cum quid agendum est, effectum terminant, ve conditionis finibus circumscribunt id, quod futurum esse dicimus, *si, nisi, etsi, etiamsi* [14]). Huc etiam pertinent eae particulae, in quibus est simulatae con ditionis vel falso sumtae alicuius rei notatio, *quasi ac si, tamquam, velut, perinde ac* [15]). Quibus par

13) Concessivis particulis, si rationem h. e. causam cogitatam, ut *quamvis*, significant, quae consecutioni vel effectui non re spondeat, Latini coniunctivum addunt. Plin. Ep. VII, 28. *Sed ut norint, quid invident mihi felicissimum errorem.* Cic Offic. III, 19, 78. *Quod turpe est; id, quamvis occultetur, tamen honestum fieri nullo modo potest.* Quod Corn. Nep. I, 2 et al. l. indicativum cum *quamvis* iunxit, non mirabitur, qui recentiorum scriptorum negligentiam in vocabulorum delectu cognoverit.

14) De conditione, quae si res sumitur, quae fieri possit, etiamsi nunc non sit, coniunctivum particulis *si, nisi* adiungi iubeat supra paucis dictum est; plura vid. in *Commentat. grammat Partic.* III. et IX. Eodem pacto *etsi, etiamsi*, quae condi tionalem particulam continent, cum coniunctivo iunguntur Quamquam a *si* sic differunt, ut, expleta conditione, alio fieri dicatur, quam quod exspectaveris. ut Cic. Lael. 27. Omni *brevia tolerabilia esse debent, etiamsi magna sint.* Si cum tempore imperfecto vel plusquamperfecto coniunctivi inservi rei non factae excusationi. Quare *etsi* et *etiamsi* ad con cessionis particulas referri possunt, cum, si originem quaeri conditionales dicendae sint. Conditionalem vim coniuncti vel omissa particula *si*, cuius locum pronomen relat. sustine animadvertere licet in his. Verr. IV, 23. *Qui viderent equum Troj. introductum; urbem captam esse dicerent*, quocum loco compares supra citatum Liv. II, 43. *crederes victos*, ul protasis omnis praetermissa est. Ter. Phorm. II, 1, 35. *Unus* (si) *cognoris, omnes noris.* Cic. Verr. III, 2, 4. *Furem al quem aut rapacem accusaris, vitanda tibi semper erit omn avaritiae accusatio.*

15) Cic. Fin. V, 15. *Parvi primo ortu sic iacent, tamquam omnino sine animo sint.* Comparatio enim affert rem no

ulis adiiciantur eae, quae cum quadam suspicionis l curae significatione, quae a *si*, *nisi* abesse solet, nditionem ponunt, qua inchoari vel continuari res ssit. Quare coniunctivum sibi adiungunt *dummodo*, o quo etiam *dum* (wenn nur) v. *modo* simpliciter citur, et *modo ne* [16]). Diuturnitatis autem, quam nditio vel actio habitura esse cogitatur, terminum finiunt particulae *donec*, *dum* (bis dass), *quoad* [17]). um quibus comparandae sunt *priusquam*, *antequam*, *steaquam* [18]), quae particulae coniunctivo coniun-

---

veram [non sunt enim sine animo], sed similitudinis causa cogitatam. Nat. D. III, 3. *Similiter facis, ac si me roges, cur etc.*

16) Cic. ad Quint. Fr. I, 1. *quare sit summa in iure dicendo severitas, dummodo ea ne varietur gratia, sed conservetur aequabilis.* Hae particulae quam differant a *si*, apparet. Strenue enim *si* et sine ullo timore conditionem ponit, quae nescis eventura sit, nec ne, ut pro Flacc. 5. *Oratio mea potest esse infinita, si mihi libeat totius gentis Graecorum explicare vanitatem. Dum* vero et *dummodo* curam vel metum eius, qui quid agit vel concedit, prae se ferunt, ne conditio non servetur vel ne eventum res habeat non prosperrimum, quae una maxime agitur aut proposita est, ut Offic. III, 21. *omnia recta et honesta negligunt, dummodo potentiam consequantur.*

17) *Dum*, *donec*, *quoad* si terminum rei gerendae h. e. diuturnitatis ponunt, non qui vere fuit, sed quem constituit is, quem quid agere dixeris, coniunctivum requirunt. Quare cum indicativo *dum* et *donec* significant *während*, *so lange als:* cum coniunctivo aptius vertis *bis dass*. Cic. Tusc. IV, 36. extr. *si quam habent ulciscendi vim, differant in tempus aliud, dum defervescat ira.* ad Att. I, 16. *dum veritus est — non vidit.* de Offic. III, 23, 80. *quoad enim perventum sit eo, quo sumta navis est, non domini est navis, sed navigantium.*

18) Cic. Offic. I, 21, 73. *In omnibus rebus, priusquam aggrediare, adhibenda est praeparatio diligens.* Ita temporis terminus ab eo, cuius est praeparatio, cogitatur. Id. ad Fam. II, 19. *Posteaquam nihil de adventu tuo scriberetur, verebar, ne.* In illo enim silentio causa fuit timoris simul et principium. Verr. II, 1, 2. *Antequam de incommodis*

guntur, si suscipiendae rei alicuius tium ad eius qui suscipit, mentem referunt. Quare non miraberi indicativum addi, ubi quod fuerit, non quod qui voluerit, rei gerendae initium indicatur. His adden dum est *utinam* [19]), non praecedente verbo *opto*, u *o si* consecutivam enunciationem habet nullam, quae praesentis status deploratio et animi commotio sup primit. Has coniunctivi causas tum in finis, v. cau sae, v. effectus cogitatione, tum in constituendis rerum terminis positas non alienas esse videbis ab illis con iunctivi causis, quas in rei non animadversae cogita tione sic positas esse dixi, ut nulla coniunctiva par ticula requireretur. Est vero etiam animadvertendum, finalem particulam *ut*, et causalem *cum* saepe pro nomine relativo *qui* in secundariis enunciationibus sic compensari, ut in pronomine existimes latere con iunctionem. Quod hoc pacto fieri posse apparet, si verbum causam vel finem vel effectum superioris prae dicati significat, ut non nisi relativa voce opus sit, qua utrumque praedicatum coniungatur. Ter. Eun. IV, 7, 32. *Miseret tui me, qui hunc tantum hominem facias inimicum tibi.* Cic. de Offic. I, 14. *Sunt multi, qui eripiunt aliis, quod aliis largiantur.*

Verum etiam si praedicatum rem veram et ex ploratam continet, duae tamen causae esse possunt, cur coniunctivo opus sit. Quarum altera, *interna*

Siciliae dico, pauca mihi videntur esse de provincia dignitate dicenda. E duabus rebus dicendis dicit, utr prior futura sit.

19) *Utinam* (dass doch) rarius *ut*, optantis sensum declara Quae sic optantur, ut eventum habere possint, praesenti coniunctivo expromuntur; quae fieri nequeunt, vel non fact desiderantur, imperfecto vel plusquamperfecto coniunctiv Cic. ad Attic. IV, 16. *Utinam conata efficere possim.* Phi I, 13. *Utinam, ut culpam, sic etiam suspicionem vitae potuissem.* ad Famil. V, 17. *Utinam ne vere scriberem* Cum exsecratione obtestantis est ad Att. XVI, 13. *Ne si salvus, si aliter scribo, ac sentio.*

quaedam, in eo est, quod aliqua eiusdem sententiae praedicato adiuncta pars definite dici nequit; altera, *externa*, in nexu posita est, quo praedicatum ad superiorem sententiam refertur. Nam, ut de *interna* causa exponamus, Latini voluerunt verbi coniunctivum esse indicem, ubi aliqua cum verbo coniuncta sententiae pars minus certa aut definita videretur, nisi alia voce id, quidquid esset minus definitum, indicaretur, ut per *quicunque* [20]), *undecunque*, *quotquot* simil. vel per *paene* vel *fortasse* v. aliam eius generis vocem. Cernitur autem hoc coniunctivi munus, ubi est subiecti vel obiecti vel causae vel temporis locive notatio parum definita. De *subiecto* haec conferenda sunt. Liv. XXIX, 7. *Miretur, qui sciat, quomodo* etc. pro *quicunque scit*. Ter. Adelph. I, 1, 40. *Errat longe mea quidem sententia, qui imperium credat gravius esse — si* etc. Cic. Acad. II, 36. *Utrum nos impudentes, qui labi nolumus, an illi, qui sibi persuaserint* (quotquot sibi persuaserunt) *scire se solos omnia*. — *Obiecti* vocem indefinitam vides, Caes. Gall. VI, 28. *Uri — neque homini, neque ferae, quam* (si quam) *conspexerint, parcunt*. Incerta rei causa coniunctivum requirit. Cic. Brut. 30. *In Calidio non erat ulla vis, atque contentio, sive consilio, quod eos, quorum altior oratio, actioque esset ardentior, furere*

20) Vocula *cunque* pronominibus *qui*, et *quantus*, vel particulis loci et temporis *quo*, *quoties*, *ubi*, *ut*, adiecta, vel eiusdem vocis repetitione *quotquot*, *quisquis*, *utut*, ipsum illud indicatur, subiecti vel obiecti vel temporis vel loci notationem esse indefinitam. Quo facto non opus est verbi coniunctivo, nisi alia causa inciderit, cur praedicati verbum probabilitatem suam coniunctivi ope significet. ut Cic. Epist. XV, 1. *Regis Deiotari copias, quantaecunque sunt, nostras esse duco* Liv. VI, 36. *Ubicunque Patricius habitat, ibi carcer privatus est*. Similiter statuendum est de adverbiis *paene*, *fortasse*, aliis, quae veritatis vim imminuunt, ut coniunctivo carere possis, ut Liv. II, 10. *Pons sublicius iter paene hostibus dedit, ni* etc.

et bacchari arbitraretur, sive quod non consuesset, quod non posset. Incertam denique temporis vel notationem habent haec: Liv. II, 27. *cum* (so oft) *ius duci debitorem vidissent, undique convolab* (coll. Cic. ad Att. III, 21. *Triginta dies erant cum has dabam litteras.* ubi certus terminus e Ibid. VIII, 8. *Ubi exercitus instructus esset, has omnium primi pugnam inibant.*

Altera, quam *externam* dixi, coniunctivi ca in relativis enunciationibus e nexu ducenda est, primaria sententia secundariam gignit et a se re suspensam. Adsciscitur autem vel gignitur enun tio secundaria, qua aliqua pars primariae enunciati exprimatur sive subiectum sive obiectum sive alia praedicati: idque non modo in recta fit oratione, etiam in suspensa et obliqua et in interrogationis Hac circumscriptione vel descriptione imprimis est, si manca fuerit nec integra explendae vel finiendae partis notatio. Subiectum, cui praedica quoddam conveniat, sic ostenditur, ut ei pecul verbum *est* vel *sunt* vel *reperiuntur* vel aliud generis, quod rem vere esse vel exstare signifi cuius notio ipso subiecti nomine satis indicari s ad eminentiam quandam tribuatur, cum eoque nomen *qui* vel *unde*, *ubi*, *quatenus*, aliave eius neris vocula consociata, praedicato aditum patefa Cuius praedicati, in peculiari quidem enunciat positi, sed ad describendum subiectum comp modus non potest non ex indicativo in coniuncti abire, postquam, quo illud referatur, subiectum *esse* vel *reperiri* declaratum est. Esse aliquid al modo comparatum ut affirmetur vel negetur, in tivus solet alias sufficere: interiecto verbo *esse* relativam voculam arctior ista praedicati cum subi consociatio dissolvitur sic: *Sunt, qui dicant — Nemo est, qui dicat.* Negatio, ad quam acuen hic loquendi usus inprimis aptus ac frequens fit negativa aut interrogativa voce praeposita.

Fin. V, 24. *Nihil est, quod tam miseros faciat, quam impietas et scelus:* quod contractius, sed minus ad praedicati vim ostendendam convenienter dici poterat: *Nihil facit tam miseros, q.* Orat. 2. *Non est, cur — spes infrigatur.* Verr. IV, 20. *Quid est, quod tu alios accuses?* pro Nulla causa est accusandi. Similiter pro *aliqui, nonnulli, dicunt* reperitur *sunt qui dicant, censeant, iudicent,* ut plus tribuatur praedicato, satisque esse videatur *esse* unum vel plures, quo referri praedicatum possit, quorum sit sententia. Cic. Tusc. I, 9, 18. *Sunt enim, qui discessum animi a corpore putent esse mortem: sunt, qui nullam censeant fieri discessum;* J. Caes. Gall. VII, 27. *Qui se ultro morti offerant, facilius reperiuntur, quam qui dolorem patienter ferant,* quasi quis quaesiverit aliquem ita comparatum. Senec. Benef. III, 12. *Est, qui plus ei debere se iudicet, per quem tutior est, quam ei, per quem honestior.* Cic. p. Balb. 3. *Est aliquid, quod non oporteat, etiamsi licet;* quasi quis dubitaverit, num quid tale esset. Atque etiam gravius *esse* vel *fuisse* aliquid affirmatur. Tusc. I, 49. *Profecto fuit quaedam vis, quae generi consuleret humano,* p. leg. Man. 23. *Pompeius unus inventus est, quem socii in urbes suas cum exercitu venisse gaudeant.* Suet. Aug. 100. *Fuit, qui suaderet.* Cic. Offic. I, 28, 99. *Est, quod differat.* Verr. I, 45. *Dum est, unde ius civile discatur.* — Lael. 17. *Est, quatenus amicitiae dari venia possit.* Plaut. Capt. II, 2, 77. *Est, ubi profecto damnum praestet facere, quam lucrum.* — At si non subiectum quaeris, cui praedicatum conveniat, sed si subiecto satis definito praedicatum, quod aptum putas esse, tribuis; formula *sunt, qui* indicativum non respuit, praesertim si praedicati est quaedam constantia vel insignis species, quam, ut rem animadversam, decet per indicativum definita locutio, ut enunciatio: *Nonnullae disciplinae omne officium pervertunt,* si formam spectas, in duas divisa videatur. Cic. Offic. I, 2. *Sed sunt nonnullae disciplinae, quae*

officium omne pervertunt. (Ernest. c. paucis lib. *pervertant*; Beierus mecum indicativum defendit.) de Fin. V, 14, 38. *Sunt bestiae quaedam, in quibus inest aliquid simile virtutis.* de Offic. I, 14, 43. *Sunt autem multi, et quidem cupidi splendoris et gloriae, qui eripiunt aliis, quod aliis largiantur: hique arbitrantur* etc. Deinde haec formula repetita pro *alii — alii* usurpatur cum indicativo, ubi non tam quaeritur, an sint aliqui, quam quonam inter se differant, qui plures sunt. Cic. Tusc. III, 31, 76. *Sunt, qui abducunt* (Ern. coni. *abducant*) [21]) — *sunt, qui satis putant, ostendere* etc. pr. Sext. 45. *Sunt principes consilii publici, sunt, qui eorum sectam sequuntur: — sunt municipales — sunt negotia gerentes* etc. Denique animadvertendum est ad poeticae dictionis vigorem et ad fictas res, tamquam praesentes, ante oculos ponendas convenientius esse Horat. Carm. I, 1. *Sunt, quos pulverem Ol. collegisse iuvat* et v. 19. *Est, qui — spernit.* Ovid. Fast. III, 527. *Sunt, quibus — facta casa est.* Graviter autem dicendi studium apud Sallustium, Tacitum, Iuvenalem ut praesens tempus pro praeterito usurpat, sic indicativum molliori coniunctivo praefert etiam de praeterito tempore, quod coniunctivum apud alios scriptores constanter sibi consociat. Sall. Cat. 19. *Sunt, qui ita dicunt,* c. 39. *Fuere tamen complures, qui ad Cat. initio profecti sunt.* Tac. Agr. 28. *Fuere, quos — indicium tanti casus illustravit.* Quocum comp. Cic. Offic. I, 20, 69. *Multi autem et sunt, et fuerunt, qui — se removerint, ad otiumque perfugerint.*

Hinc aditus patet ad relativae enunciationis coniunctivum, qua certae v. cognitae rei, aut subiecti aut obiecti natura, vis, dignitas vel usus ostenditur. In quo genere verbum ad superioris sententiae praedicatum pronominis relativi ope sic refertur, ut eius

21) Item Orellius in contextu; secus statuit in: *Wolfs Vorlesungen* ad h. l. ubi indicativum Codicum auctoritate defendit.

causam vel effectum vel id significet, quo praedicati notatio explenda vel perficienda est. Haec relativae enunciationis necessitas saepe acuitur praemisso *is, talis, eiusmodi*; plerumque verbo *esse* adiuncto, aut praecedente *dignus, aptus, idoneus* vel etiam comparativo indicatur. Quo modo praeparata altera enunciatio sic videri debet ab illa, cui additur, suspensa, ut sui iuris esse suaeque veritatis notam, indicativum, tueri desinat. Ad id, quod *subiecti* proprium est, efferendum haec pertinent Cic. de Fin. I, 13, 43. *Sapientia enim est una, quae moestitiam pellat ex animis, quae nos exhorrescere metu non sinat.* Top. 19. *Non tu is es, quem nihil, nisi ius civile, delectet.* Cat. II, 2. *Si quis est talis, qui me accuset.* Offic. III, 33. *Qui potest temperantiam laudare is, qui summum bonum in voluptate ponat?* Leg. III, 2. *Qui modeste paret, videtur, qui aliquando imperet, dignus esse.* Liv. XXVI, 12. *Campani maiora deliquerant, quam quibus ignosci posset.* Cic. ad Fam. VII, 30. *Caninius fuit mirifica vigilantia, qui suo toto consulatu somnum non viderit.* — *Obiecti* instar habenda relat. enunciatio est cum coniunctivo, ubi praecedunt verba *habere, quaerere, desiderare, relinquere*, sim., quae requirunt accusativum obiecti vel rei, qua velis quomodocunque uti. Obiecti igitur locum sustinet pronomen relat. cum coniunctivo. Acad. II, 25. *Relinquo tibi, quod ab aliis quaeras.* ad Fam. XVI, 6. *magis, quia nactus eram, cui darem, quam quo haberem, quod scriberem.* Rosc. Am. 18. *Nunc dicis aliquid, quod ad rem pertineat.* Nec raro rei a te vel ab altero cogitatae v. dictae factaeve nunc causa, nunc aliud quid ad explicandam vim praedicati eadem mente cogitatum additur. Cic. Cat. M. 13, 45. *Bene maiores nostri accubitionem epularem amicorum, quia vitae coniunctionem haberet, convivium nominarunt.* Ibid. 2. *admirari soleo — tum ceterarum rerum tuam excellentem, M. Cato, perfectamque sapientiam, tum vel maxime, quod numquam senectutem tibi gravem*

esse senserim. Verr. III, 40. *Audite, cives litteras, quas Verres ad Segestanos miserit.* Fin. II, 7. *Torquatus eam severitatem adhibuit, ut eum Macedonum legatis accusantibus, quod pecunias — cepisse arguerent,* (contractius pro *cepisset, ut arguebant*) *causam apud se dicere iuberet.*

Latissime vero patet coniunctivi usus in suspensa et in obliqua oratione[22]). Nam ea verba, quibus quid sentiri vel declarari significatur, ut obiecti loco accusativum cum infinitivo postulant, sic relativas et interrogativas enunciationes, easque obiectivae locutioni interiectas, coniunctivo notari iubent, ut ab altero, qui quid in obliqua, quae proprie dicitur, oratione iudicasse vel dixisse fertur, cogitatas vel dictas esse appareat. Quod ni fieret, ne intelligeretur quidem, utrius esset relativa enunciatio, eiusne, a quo quid dictum esse tradis, an tua, qui tradis. Praeclare igitur is usus apud Latinos obtinet, ut alterius sententia relativa v. interrogativa coniunctivum, scriptoris vero adnotatio in obliqua oratione prae se ferat indicativum. Utrumque modum habent haec. Caes. Gall. III, 2. *Certior factus est, ex ea parte vici, quam Gallis concesserat, omnes noctu discessisse, montesque, qui impenderent — teneri.* Ibid. I, 38. *Demonstrat nihil esse negotii, subito oppressam legionem, quae cum Cicerone hiemet, interfici.* Corn. Nep. Them. 5. *Themistocles — certiorem eum* (regem) *fecit, id agi, ut pons, quem ille fecerat, dissolveretur.*

Interrogationes, quae, si quid vere nescis et responderi vis, indicativum tuentur, ut *Quid ais?* cum omnes reliquas coniunctivi causas recipiunt, tum ad huius modi formas verbum suum accommodant, si, sentiendi aliqua vel declarandi notatione praecedente, veram habent vim dubitandi. Ter. Phorm. V, 6, 6.

22) De oratione obliqua bona praecepta nuper dedit Weissenbornius *Syntax der lat. Sprache* §. 236 — 239.

Num tu intelligis, quid narret? Ibid. 9, 4. *Qui hercle, ubi sit, nescit.* Heaut. II, 18. *Disce, quid sit vivere.* Andr. III, 3, 3. *Id viso, tune, an illi insaniant.* Hec. V, 4, 36. *Nescis, quantum hodie profueris mihi?* Sed tamen interrogationes, obiecti conditione repudiata, indicativum suum conservant non modo, si demonstrativum pronomen interpositum fuerit, sed etiam si intelligendum est. Cic. Rosc. Am. 30. *Desinamus aliquando ea scrutari, quae sunt inania: quaeramus, ubi* (pro *ibi, ubi*) *maleficium et est, et inveniri potest,* de leg. agr. III, 4, 15. *quoniam, qua de causa ille hoc promulgavit, ostendi.* Lael. 25. *Meministis, quam popularis lex de sacerdotiis L. Licinii Crassi videbatur;* pro *Quam — videbatur! Meministis.* Denique interrogationis particulae et pronomina in obliqua oratione accusativi cum infinitivo formam imitantur[23]), si ad negandam rem, aut ad admirationem vel alium animi motum significandum adhibentur, aut si pronomen relativum demonstrativi pron. locum sustinet. Liv. VII, 39. *Quem patrum aut plebis esse, qui aut se tanto periculo sciens offerat, aut — cui committatur* (h. e. Nullum — esse). Caes. G. I, 14. *Nam etiam recentium iniuriarum — memoriam deponere posse?* Liv. VIII, 1. *Quae* (pro *ea*) *se eo iustius petere.* Corn. Nep. Them. 7. *apud quem iam bis classes regias fecisse naufragium.*

23) Vid. praeter ea, quae in Comment. gr. I. disputavimus, Krügeri *grammatische Untersuchungen.* 1. Heft. et Aug. Grotefendii *Commentar zu den Materialien lateinischer Stylübungen. Exc. VI. Ueber den Gebrauch des Accusativus c. infin. nach Conjunctionen und Relativen.*

V.

COMMENTATIO GRAMMATICA

DE

SUPINO ET GERUNDIO VERBORUM APUD LATINOS.

Ut eam potissimum verbi latini partem, quae supinum et gerundium continet, hac scriptione perquirendam sumerem, ipsa me movit quarta illa, quam superiore anno de vi et usu coniunctivi apud latinos scripsi, commentatio. In qua cum dixissem, imperativum subiectivam, h. e. ipsa imperantis voluntate constitutam, *necessitatem* indicare; obiectivam vero, quam rerum ratio considerata imponeret, gerundio significari; proxima hac facta mihi scribendi potestate, erat sane, cur de gerundio, eique affini supino, exponerem. Quod sic faciendum putavi, ut ab infinitivo proficiscerer: cui propter nudam infiniti verbi cogitationem verbalia illa, quae supinum et gerundium appellantur [1]), scite adiuncta sunt. Infinitivi

1) *Supinum* dici existimant Grammatici, quod se resupinet ad aliam vocem. Mihi quidem supinum substantive pro obliquo

uidem natura haec est, ut sola ac nuda praedicati, uod verbo continetur, significatio primum aliquam ormam requirat, quae agendi patiendique significa- ionem notet. Tum opus erat infinitivi, tamquam ubstantivi verbalis, declinatione, ne casuum indican- lorum commoditas deesset, quibus nomina ad alias es referuntur. Germani et Graeci articulo praepo- ito praeter nominativum, qui cum nudam nominis iotionem indicet, omnis relationis et subiectivae et biectivae expers casus est, (τὸ γράφειν das Schrei- ben,) ad genitivum et reliquos casus (τοῦ γράφειν, les Schreibens etc.) notandos infinitivum in substan- ivum mutare possunt. Latinis vero, cum articulus ullus in promtu esset et praeter inflexibilem nomi- ativum (*scribere decet, scripsisse satis est*) et accu- ativum (*cupio scribere; sentio, scribere iucundum sse*) [2]) genitivo, dativo et ablativo significando infi-

infinitivo dici videtur, qui quasi recto infinitivo opponitur, ut rectis casibus ap. Quinctil. *obliqui casus, obliqua oratio* rectae orationi, quoniam ex recto corporis statu triplex motus fieri potest. Nam Cic. Divin. I, 53, 120. *Omne animal*, inquit, *ut vult, ita utitur motu sui corporis, prono, obliquo, supino; membraque quocunque vult flectit, contorquet, porrigit, contrahit.* Ita hoc verbale Grammaticos arbitror supinum appellasse, ut casu recto, nominativo, deficiente, duobus quidem casibus constans verbale propria voce insignirent. Quare fuerunt, qui etiam gerundium communi supinorum nomine complecterentur, vid. Prisc. VIII, 9, 44 seqq. p. 392. ed. Kr. Satius tamen plerique habuerunt gerundium, a supino admodum diversum, a *gerundo* appellare vel propterea, quod nos gerere aliquid significaret, vel quia res gerendae essent ad analogiam vocis *adverbium* v. *proverbium*, sive ut nomen ipsius formae ferret similitudinem, addita quidem extrema syllaba *um* ad frequentissimum genitivum *gerundi*. Vid. Wachsmuthi Athenaeum I, 1. p. 38.

2) Quod poetae, formarum et locutionum perspicuitatem et fines minus curantes, non dubitarunt dicere ut Horat. I, 16, 61. *Da mihi fallere;* vel *docilis pauperiem pati* v. *fortis tractare* v. *cantare periti*, ut. Virg. Ecl. X, 32. *adspicere et adesse choris erat utilis* ap. Hor. A. P. 204. id a prosae

nitivi forma deesset, aliunde haec erat petenda. Et verbalia quidem supini et gerundii nomine ad explendam infinitivi, tamquam nominis, declinationem aptissima visa sunt, quae tamen cur invenirentur, non eadem videtur fuisse causa: de qua quid sentiam, exponam.

Est nimirum infinitivus verbi, ut *rogare*, *iubere*, per se nullius temporis, nihilque praeter solam ac nudam rogandi v. iubendi cogitationem significat. Ut infinite cogitatum, quod esse vel fieri posset, vere esse v. fieri indicaretur, nunc aliam vocem addiderunt, ut *quaerere coepit*; nunc pro infinitivo ad notandam illam casuum infinitivi seu relationum varietatem, nullo activi v. passivi generis discrimine, vel supino vel gerundio usi sunt. Non enim in *supino* ea vertitur actionis intelligenda est, quae in rei gestae notatione inest, sed veteres Latini multorum verborum [3]) infinitivo formam adiunxerunt, qua notarent actionem,

orationis cura abesse voluerunt: quamquam apud J. Caes. G. VII. 71. reperitur *consilium capit — dimittere*, scilicet ad sensum, quam ad verborum rationem, accommodatius. Gell. XVI, 19. *proficiscitur terras — visere.*

3) Vid. K. L. Struvii librum: *Ueber die Lateinische Declination und Conjugation. Königsberg* 1823. p. 209 sq. „Schon von den alten Nationalgrammatikern ist das Supinum als eines der vier Grundtempora angenommen. Formell wurde dadurch gewonnen, um sowohl das Particip. Futur. Act. als das Particip. Perf. Pass. davon abzuleiten. Da aber der Gebrauch des Supinums bei den Alten überhaupt selten war, so mag es wohl häufiger, als wir glauben, der Fall sein, dass wir ein zur Bildung der Tempora nöthiges Supinum mit aufführen, ohne dass es wirklich existirt hat. Zuweilen geben uns die alten Grammatiker einen Wink darüber, aber gewiss nicht immer. Die Grammatik aber bedarf nun einmal des Supinums. — — Nothwendig wird es einmal werden, alle noch nachzuweisenden wirklich vorkommenden Supina zu sammeln; bis dahin müssen wir aber uns im Lateinschreiben aller Supina enthalten, die nicht schon durch sichere Beispiele belegt sind.“ De Supino cf. *Hall. Lit. Zeit.* 1826. N. 259. p. 410. sq.

ae ante, quam agas, mente constituta est et per-
cta cogitatur: quae agendi ratio non potest non
t aliorum tuove usu recepta esse, aut tibi certe
iquam ob causam proposita. Itaque aliquid agendi
egotium, morem vel consuetudinem h. e. finem, quo
ntendere aut ipse soles vel solent alii, aut quem
rte petis, ab agendi necessitate, officio, consilio,
stinxerunt. Necessitatem in ipso verbo voluerunt
erundio significari. Sed ubi verbum praecesserat,
od movendi aut sese aut alterum actionem signifi-
ret; ut finis motionis indicaretur, non satis erat
icere *veni spectare*, ut alias *volo*, s. *constitui spe-
are*, vel *abi quaerere*. Plaut. Cist. II, 1, 26. *eamus
iere*. Ter. Phorm. I, 2, 52; sed opus videbatur
omine, quo causam veniendi v. finem, quem peteres,
dicares. Nam illa verba *volo*, *cupio*, *conor*, sim.
uibus consilium v. studium significatur, per se tam
anca sunt et obiecti casum tam vehementer postu-
nt, ut solus infinitivus *(volo spectare)* satis sit, si
ire cupias, quam conditionem expetam: haec vero
erba *ire*, *venire*, sim. non necessario adiunctam
abent rei, cuius causa venias, notationem, sed ac-
ratius significandus aut locus vel finis est, quem
lis consequi, aut negotium, quod tractaturus veneris.
oc negotium latine quidem pro locutionum varietate
iective nunc, nunc subiective indicatur, ut *veni
dos spectaturus* vel *ut spectarem*; obiective *ad ludos
ectandos*, vel etiam supini ope *ludos spectatum* pro
l *ludorum spectationem*, h. e. spectandi morem,
em, negotium, secuturus. *Ich bin gekommen zum
hauen* v. *mit anzusehen*. Ita sentis et hominis actio-
m, et rem homini propositam, tam scite significari,
passivi supino non opus sit, quod nonnulli temere
erpretando in eodem supino inesse opinati sunt.
quo notationis modo verbalis nominis, cuius etiamsi
n omnes casus in usu fuerunt, accusativus, tum
am suo quodam loco ablativus, aptissimus visus
, *spectatum*, *spectatu*. *Quid est tam iucundum*

cognitu atque auditu etc. *beim Kennenlernen und Hören* vel, ut loqui solent, *kennen zu lernen und zu hören*, tamquam in cognoscendi audiendique negotio vel consuetudine [4]). Supinum vero in *um* nullam habet in sermone causam nisi in verbis motum significantibus *ire*, *venire*, *mittere* sim. quibus apparet non aptius posse ad finem eundi indicandum alium nominis casum, quam accusativum, adiungi, illum quidem casum, quo urbium nomina indicantur, nulla praepositione (*ad*, *in*, *versus*) intercedente; tum in adiectivorum *utilis*, *iucundus*, *facilis*, *incredibilis*, al., quae supinum requirunt, natura et notione causam esse, cur ablativus verbalis nominis eligeretur, iustissimam. Referendi enim erat utilitatis vel iucunditatis vel difficultatis notio ad actionem aliquam, in qua illa expromeretur ac sentiretur. Uterque vero supini casus, et accusativus *spectatum veni*, et ablativus *spectatu iucundissima res est*, praepositione pariter ac nomina urbium carere potuit: non item substantiva illa supinis simillima [5]). Hoc apparet ex Plaut. Merc. Prol. 11.

4) Wachsm. Athenaei I. p. 74. §. 17. „Es ist keine Untersuchung nöthig, ob die Endung *u* ein Dativ oder Ablativ sey; man kann sagen, dass gar kein Casusbegriff darin genau ausgedrückt ist, sondern nur das Wesen des auf griechische Weise verbundenen Infinitivs, so wie man auch bei dem deutschen Ausdruck: *es ist leicht zu sagen*, bei zu nicht an die Präposition des Dativs denken kann. Aus dem griechischen Sprachgebrauche z. B. ἡδὺ ἀκούειν, ῥᾴδιος νοῆσαι etc. bestätigt sich, dass der im Supino ausgedrückte Infinitiv nicht passiv zu denken ist, sondern so abstract, dass man sowohl Activ als Passiv darunter verstehen kann."

5) Quartae declinationis nomina recentioris originis, ut *rogatus*, *arbitratus*, *auditus*, *tactus* nihil habent cum infinitivo commune, cui addicta sunt supina, angustis illa usus finibus circumscripta, ut cum verbo suo *(venire, ire)* paene coaluisse videantur. Longius etiam a supinis distant nomina in *io*, in quibus sunt, quae casum verbi regant, dativum, ut Cic. Leg. I. 15. *Iustitia est obtemperatio scriptis legibus*, et Liv. XXIII. 35. *ne qua exprobratio cuiquam veteris fortunae discordiam inter ordines sereret*, ut Plat.

Pater ad mercatum hic me meus misit Rhodum, si omparas ibid. v. 82. *Dico esse iturum me mercatum*. blativus vero supini sine praepositione in Livii Praeat. *foedum inceptu, foedum exitu* h. e. cum incipit, um exit, et Plin. XIV, 3. *Uvae celeres proventu* , e. quae celeriter proveniunt, non debebat pro subtantivo haberi, sed intransitivorum verborum sunt upina. Gellius quidem XVIII, 11. ausus est proomen addere; *Voces neque dictu, profatuque ipso etrae aut insuaves*. Quid? quod Plin. H. N. VI, 32. icit *aquam potui iucundam*; unde Sanctius et Sciopius collegerunt, supina in *u* contractos esse dativos. supinis vero quam prope absint quartae declina-

Rep. V. ἡ τῶν γυναικῶν καὶ παίδων κοινωνία τοῖς φύλαξι. Quin accusativum cum hoc verbalium genere coniunctum videmus Plaut. Amph. I, 3, 21. Truc. II, 7. *Quid tibi hanc aditio est? Quid tibi hanc notio est? inquam, amicam meam*. Caes. Gall. I, 5. *domum reditionis spe sublata*. [De supini vi et usu primitivo Hoffmannus (*Jahns Jahrbücher für Philologie u. Pädag.* VII, 3. p. 251—254.) cum multa egregie disputavit, quae in huius rei disquisitione viderentur observanda, ne quae grammatici saeculi XVII. temere praecepissent, bona fide posteris traderentur, tum illud: „*Wie* und *womit* ist denn die bei Aufstellung und Beurtheilung jener neuen Lehre am meisten in Betracht kommende Behauptung, nämlich *dass die Supina den Accusativ ihres Verbums als nomina verbalia regieren können*, bewiesen worden? Die dafür angeführte Construction der gar sehr verschiedenen Verbalia auf *io*, wie *quid hanc curatio est rem* u. s. w. beweist dies noch keineswegs; ja wir tragen vielmehr kein Bedenken bei den Verbalibus der vierten Declination auf *us* aus Gründen, die in ihrer ursprünglichen Bedeutung liegen, sogar die Möglichkeit jener Construction zu läugnen und haben dabei wenigstens den doch gewiss nicht geringfügigen Umstand für uns, dass eben ausser jenen vermeintlichen Accusativen der Supina auf *um* aus der ganzen latein. Sprache auch nicht ein einziges Beispiel sich dafür nachweisen lässt.“ Pluribus expositam et argumentis confirmatam postremam de accusativis supini in *um* sententiam avide exspectamus. Residet enim de quibusdam eiusmodi veterum scriptorum locis dubitatio.]

tionis substantiva, elucet, si comp. Varr. R. R. II, 2. *cum redierint ad stabula e pastu*;, et Quinctil. XI, 3. *sit vox — nec in receptu difficilis.* Omnino supini usus prisca aetate videtur fuisse frequentior, quando quidem scenicorum consuetudo hanc dicendi simplicitatem, qua negotium propositum tamquam locus indicatur, crebro ostendit, ut Plaut. Stich. I, 3, 28. *Nulli negare soleo, si quis esum me vocat.* Ibid. I, 2, 82. *Stultitia est venatum ducere invitas canes.* Ter. Heaut. I, 1, 65. *militatum abiit.* Cic. Cat. M. c. 18. *Lacedaemonios — senem illum sessum recepisse.* Caes. Gall. I, 30. *legati ad Caesarem gratulatum venerunt.* Plin. H. N. X, 21. *Galli gallinacei cum sole eunt cubitum.* Suet. Aug. 63. *Augustus Iuliam — Marco Agrippae nuptum dedit.* Haec omnia et qui infinitivi vernacule respondent, *Schlafen gehen, Glückwünschen gehen, Jagen gehen* inter ipsius actionis substantivum et nudae agendi cogitationis infinitivum, ut sunt verbalia, medium locum tenent. Significant enim supina ea negotia, quae more recepta sunt et consuetudine, certisque temporibus aut interdum vel aliquoties ab omnibus, aut ab iis rite geri solent, quibus tribuuntur. Non igitur dixerim, supinis perfectae rei notionem tribuendam esse [6]), sed vitae quaedam trans-

6) Recte Wachsmuthius (Athenaeum I, 1. p. 74.) „Die Kraft des Infinitivs in der höchsten Abstraction ohne Bestimmung des Activs oder Passivs, der Vollendung oder des Beginnens, offenbart sich in dem Supino auf *u*; das Supinum auf *um* hat denselben Begriff, schliesst aber durch die Verbindung mit Verbis der Bewegung zur Handlung, den Begriff der vollendeten Handlung aus und bezeichnet so die Handlung, welche eben begonnen werden soll.“ Ramshorn (Lat. Gr. §. 170.): „Das Supinum bezeichnet *das gedachte Vollendetseyn eines Zustandes.*“ [„Mit dem Vollendetseyn (Hoffmanni verba l. c. p. 251.) hat es auch nach unserer Ansicht seine Richtigkeit.“ Comp. Weissenbornium *Syntax der lat. Sprache* §. 72. de Supino: „Dieses schliesst sich in seiner Form an das

actae rei notatione consignata munera intelliguntur, quorum aliis, pro sua quisque consuetudine, omnes fungimur, ut in verbis *comedere*, *cubare*, quae obiecti casum non requirunt; alia pro temporum vicissitudine ad aetatis, necessitatis vel usus convenientiam tantum non omnibus suscipienda sunt, ut *nubere*, *venari*, *hiemare*; alia opportunitate facta v. propter necessitatem solent subiri munera, ut *gratulari*, *orare*, *consulere*. Obiecti vero casus nunc is additur, quem supinum postulat, nunc is, quem movendi verbum regit, Liv. I, 22. *res repetitum se venisse*; quamquam *res repetere* prisco usu unam vocem efficere videtur. Nep. II, 1. *Themistocles Argos habitatum* (ut ibi habitaret) *concessit*. Tum etiam verba, per consequentiam demum motum significantia, supinum sibi adiunxerunt, ut Nep. XVIII, 8. *in finitima regione Persidis hiematum copias divisit* h. e. *divisas misit*. Ac verbo *ire* supinum sic adiungere consueverunt, ut utrumque coniunctum videatur infinitivi futuri locum sustinuisse, cum *venatum ire* propemodum pro *venaturum esse* diceretur. Nam participia et futuri temporis activi et perfecti pass. *scripturus* et *scriptus* e communi supini fonte promanarunt. Sed accuratius loquendi studium effecit, ut *ulturum esse* et *ultum ire* distinguerentur, ut illud consilium ulciscendi, hoc peragendae ultionis conatum significaret [7]).

Partic. Praet. und bezeichnet die Thätigkeit als eine, die man sich vollendet vorstellt, obgleich sie erst durch eine andere soll bewirkt werden, (das Supinum in *um*) *venatum ivit* — ; oder die Thätigkeit, aus der eine andere, oder eine Beschaffenheit hervorgehen soll, das Supinum in *u*: optimum factu."

7) Zumptius (*Lateinische Grammat.* sextae ed. §. 669. p. 515.) errorem repetit a Perizonio v. Ruddim. Instit. gramm. II, p. 258, 80. iam refutatum: „*Perditum ire* ist gewöhnlich nichts anderes, als perdere, ähnlich dem Deutschen ins Verderben stürzen." Ita *ivit perditum* idem esset, quod *perdidit*. Est vero zum Vernichten sich anschicken,

Sed ut de participio fut. activi et de passivi participio praeterito perf. dicamus, quod utrumque a supino recte ducitur, ipsum illud verbale *rogatum, u; spectatum, u*, cum rogandi, spectandi, negotium significaret, mediam quandam inter passivum et activum genus significationem habebat, ut, ad subiectum si referretur, vis eius esset activa; sin ad obiectum, adiectivi quidem forma adsumta, passive valeret *spectatus, a. um.* Quare *spectaturus* [8]) is dici poterat, qui *spectatum* iret tanquam ad munus *(zum Schauen)* quod cum per se constare ut res perfecta cogitetur, (de qua ratione supra diximus) altera forma, quae est participii praet. passivi *spectata res*, transacta

---

schreiten, parare perniciem, ut Sall. Cat. 52. quem I. Vir D. citat: *ne, dum paucis sceleratis parcunt, bonos omnes perditum eant* i. e. id agant, ut perdant bonos. Tacit. Ann. XVI. princ. *temeritatem ultum ire* (zur Rache zu schreiten) *decreverunt.* Hor. Carm. I, 2. *ire deiectum.* Atque etiam passivi futuri infinitivus supini, cum verbo *iri* coniuncti, usum servavit, cui additus acousativus a supino pendet, ut Cic. Invent. I. *repudiatum iri legem intelligebant;* ad Att. IX, 11. *quem tu locum Graeciae non direptum iri putas?* Quamquam verbum *iri* cum supino interdum ad unam notionem coaluisse videtur. Certe sic statuendum est de verbis Catonis ap. Gellium X, 14. *In illa contumelia, quae mihi per huius petulantiam itur factum* pro fit v. paratur, et Plaut. Rud. IV, 8, 16. *Mihi isthaec videtur praeda praedatum irier.* Sic enim scite, reiecta Scioppii correctione, edidit Reizius.

8) Priscianus ed. Krehl. p. 456 et 457. „Sciendum autem, inquit, quod in *um* desinens supinum, accepto verbo infinito, quod est *ire*, facit infinitum futuri, ut *oratum ire, domitum ire, lautum ire, statum ire.* Frequenter tamen antiquissimi neutro participii futuri addebant *esse*, et infinitum futuri significabant, *oraturum esse* pro *oratum ire* dicentes, et *facturum esse* pro *factum ire.*“ Quamquam Prisc. p. 400. ait ex praeterito fieri futurum, *amatus* (quod incertum sit, utrum modo an multo ante) *amaturus, locutus locuturus, auditus auditurus.* Sed quid statuendum sit dixit Zumptius Gramm. l. §. 153. Anm.

spectatione, erat in promtu. Ita supini proprium *um* eodem modo in fingendo huius participii, ut adiectivi, *us, a, um* servatum est, quo *dus, a, um* participii futuri pass. e gerundii *dum* ducitur. Neque debet antiquitatis tantum activi et passivi generis forma distinguendi studium videri, quantum Grammatici ei tribuunt, cum *cautus, consideratus, circumspectus* al. activam significationem non repudient, ut intelligas eum qui cavet, qui considerate agere, vel circumspicere in agendo solet. Nec desunt verba, quae a communi genere, activo illo et passivo, communia appellantur, ut *adulor, criminor, aspernor, percontor, dignor, lacrimor*, al. quae nescias deponentia dicas, an passiva, cuius generis significationem haec verba interdum receperunt. Atque ipsorum deponentium non paucorum participia praeteriti perf. non poetis tantum passiva vi usurpata sunt, sed etiam Ciceroni, qui Epist. XVI, 26. dicit *commentata oratione*; Cat. M. 17, 59. *a quo essent illa dimensa atque descripta — ista sum dimensus*, Vid. Voss. de Anal. III, 6. et IV, 11. Denique neutro passiva *gaudeo, gavisus*; *soleo, solitus*, et neutralia passiva *veneo, vapulo* al. satis docent, non magnopere latinorum sermonem in formarum discrimine acerrime tuendo haesisse. Itaque primitiva supini forma in participium passivi generis facile abire potuit vix mutata. Quid? quod ipsum praeteriti passivi participium antiquiore latini sermonis aetate supini vim obtinuit, ut non adiectivi loco penderet a substantivo, sed, ut supinum, ipsum verbi casum regeret, ut Plaut. Amphitr. Prol. 33. *Iustam rem et facilem esse oratum a vobis volo* et Cic. ad Att. VIII, 18. *Cohortes ad me missum facias*, quod Perizonius ad Sanct. Min. I. p. 150. ed. Bau. miserrime interpretatur intellecto *negotium* „missum esse ad me negotium, quod ad cohortes attinet. h. e. negotium cohortium.“

Hoc loco dicendum est etiam de intransitivorum verborum tertia in passivi temporibus persona ut *itum*

est, ventum est, sim. [9]). Voss. Anal. III, 11. p. 62. aliique apud Ruddim. l. l. II. p. 257. n. 78. et ipse Wachsmuth. Athenaei I, 1. p. 82. explosa eorum sententia, qui ut Priscianus et Perizon. *ventum est* interpretantur: „sc. negotium," aut quod etiam ineptius est, „*ventum est* τὸ venire, ut vivitur vita;" illi igitur viri *itum est* et *ventum est* non a participio perf. repetunt, quod nullum sit intransitivorum verborum, sed supinorum volunt esse nominativos. Item Wachsmuth. l. l. p. 93. „Der Ausdruck der vollendeten Handlung z. B. *ventum est*, heisst ursprünglich, wo *est* als Bezeichnung der Existenz zu nehmen ist, *das Gekommensein ist da;* die Handlung ist vorüber und zeigt sich in der Gegenwart als vollendet." Ita vero V. D. novum secundae declin. substantivum *ventum* fingit. An *ventum est* alio modo interpretemur, quam *amatum est, auditum est* sim.? Quae quis periphrasticae coniugationi tribuat? Quis *itum est, ventum est* ad conditionem, quae manere aliquamdiu cogitatur, referat? qua quidem una notione periphrastica coniugatio a passiva, ut consequens ab antecedente, distinguitur [10]). Equidem sic sentio: In-

9) Wachsmuth. l. c. p. 92. his verbis collegit quae de ortu participii praet. pass. e supino repetendo dixerat: „Der Begriff der vollendeten Handlung erscheint nach dem oben Gesagten auf vierfache Weise: 1) als abstracter substantivartiger Begriff bei den intransitiven Verbis; 2) in activer Bedeutung und mit persönlicher Beilegung bei den verbis deponentibus und in einigen andern oben angegebenen Fällen (*circumspectus, profusus, suetus* sim.), die gewöhnlich für passiv gelten; 3) in passiver Bedeutung und persönlicher Beilegung als partic. und praeter. perf. pass. der transitiven Verba; 4) in activer und passiver Bedeutung bei den verbis communibus." (ut *osculor te* und *a te, criminor* al. de quib. videre Vir D. iubet Prisc. p. 787. 791. Voss. de analog. 4, 11.)

10) Est periphrastica coniugatio omnium participiorum tamquam adiectivorum; et ea quidem, quam in praeterito perfecto deprehendis, a finito indicativi passivi tempore, si formam

ansitivorum verborum duplex genus est, quorum in tero quae sunt verba actionem tantum significant, *stare*, *ire*, *currere*, *venire*, *dormire*, sim.; alterum orum verborum genus patiendi habet significationem, *doleo*, *gaudeo* (dolore v. gaudio affectus sum) al. m ut nequit dici *gaudeo aliquem*, sic perversum ret dicere *stor*, *staris*; *eor*, *iris*; verum eadem sors t eorum verborum, quae transitiva per se, non ccusativum, sed dativum regunt, ut *maledicere* v. *arcere alicui*. Quamquam enim non dicitur *parcor*, *aledicor*; nihilominus tamen probandum est *male-*

---

spectas, haud diversa; non eadem tamen cum illo vi et significatione. Nam verbi finiti vis in conditionem vel agentis vel patientis abiisse videri debet, perfectaeque actionis notio quamdam constantiam recipit, cui additum *est* non praeteritum, ut in perfecto passivi, sed praesens tempus indicat; *fuit* autem praeterito coniugationis periphrasticae convenit. Neque *erat* et *fuerat* in hac coniugatione, ut non raro in passivo genere fit, promiscue poni licebit, sed temporis ratio premenda est. Quare si quem conspexisti, is non nisi finito tempore praeterito pass. *conspectus est*. At *perspectus* vel *spectatus* v. *cognitus est* ad eum referri potest, cuius explorati notitiam habes accuratam et menti infixam. Itaque *illata est iniuria* nunquam cum periphrasi dicitur, sed ut inferendi actio iam perfecta videatur. Aliorum verborum participium perf. pass. ut *apertus*, *abditus*, *occultus*, *vulgatus* al. tantum non amissa verbi finiti notione, conditionis quandam constantiam significant. Alia unam adiectivi naturam et vim tueri consueverunt, ut *aptus*, *cultus*, *doctus*, *promtus*, *obtusus*, *arctus*, sim. propterea, quod certe in his verbis finiti temporis, praeteriti quidem utriusque pass. usus paulo rarior est. Neque *scribens sum* et fere reliqua praesentis temporis participia minus usitata sunt, nisi eam ob causam, quod tempus finitum *scribo*, *lego*, *audio*, sim. non raro consuetudinis notationem receperunt, ut significent *scribere*, *legere*, *audire soleo*. *Amans* vero v. *patiens sum* al. adiuncto genitivo, ut *frigoris* v. *litterarum*, finiti verbi naturam omnem exuerunt, cum *sapiens*, *adolescens*, *confluens*, *oriens* sim. in substantivorum ordinem irrepserunt. [Vid. Billrothii *Lat. Schulgrammatik* §. 238.]

dicitur tibi; parcitur hosti, et *statur, venitur, curritur* h. e. actio standi, veniendi, currendi, ut maledictio, fit: atque ut *maledictum est tibi*, ita *cursum est, itum est* significant cursio, itio facta est. Est vero horum verborum, activi quidem generis, tamquam obiectum ipsa actio eundi, currendi, veniendi, quam is exercet, qui it, currit, venit; eaque actio, in subiectum mutata non potest nisi tertia persona indicari, si passivo uti placeat, ut *itur, venitur, ibatur, veniebatur, itum est, ventum est*, significent itio exercetur, v. exercebatur. v. exercita est. Quod autem ad *libitum est, placitum est, puditum est, miseritum est* sim. attinet, haec intransitiva partim activam formam habuerunt, unde *pudeo* apud Plautum et Terent. *Non te haec pudent? pertaedeo* ap. Gellium, ut *puditum est, pertaesum est*, significant pudor, taedium perceptum est. Partim deponentia fuerunt eadem et activa, ut Cic. p. Lig. c. 5. *Cave te fratrum — misereatur*, pro quo alias dicitur *misereat*. Ibidem *eius* (adolescentis) *miseritum est*. Similiter *pertaesum, puditum est* ex illa, quam haec verba experta sunt, mutatione in impersonalia evaserunt; atque vice versa verbum deponens *vereor*, illud quidem frequentissimum, ut impersonale legitur apud Cic. Fin. II, 13. *quos* (Cyrenaicos) *non est veritum in ea voluptate — summum bonum ponere*, et genitivus eidem verbo additus Attic. VIII, 4. *Dionysius — ne tui quidem testimonii — veritus superbum se praebuit in fortuna*. *Pertaesus* autem tamquam deponentis participium, ut *exosus, perosus*, ap. Suet. Caes. 7. accusativum regit *quasi pertaesus ignaviam suam*, cum Cic. dicat ad Quint. Fr. I, 2. 2. *Pertaesum est levitatis* et Liv. III, 39. *Nec nominis homines tum pertaesum esse*.

Altera pars nostrae disputationis ad *gerundium* pertinet, quod ad significandam obiectivam agendi necessitatem inventum esse dixi; eaque ex considerata rei cuiusque natura, vel convenientia rerum, com-

odi quidem studio decorive sensu adhibito, cognostur. Itaque huius notationis non minus, quam subctivae necessitatis seu imperativi formam ipsa verba erunt, nec ubique opus est verbis *necesse est, oport, decet, convenit*, aliisve similibus. Nam *scribe* nperantis est, in cuius voluntate vel arbitrio qualiunque necessitatis vis omnis subiectivae posita est: *ribendum est* qui dicit, scriptione aliquam ob causam pus esse intelligit. Hoc gerundium Graecorum γραπτέον ἐστὶν significatione et usu exprimit [11]). Utraque ox casum eum regit, quem verbum, unde ducitur, equirit. Quare ut graece οἰστέον τάδε et ἐπιθυμητέον ἐστὶν εἰρήνης, sic latine dicitur ap. Varr. R. R. , 21. *Canes potius paucos et acres habendum est*; et ic. Cat. M. c. 2. *quam* (viam) *nobis quoque ingrediendum est*. Ibid. c. 11. *Subveniendum est corpori*. Utriusque denique sermonis usu is, cui imposita agendi ecessitas est, dativi casu indicatur, aut, latine quilem, praepositione *a* v. *ab* cum ablativo. Quamquam ativus officium eius, quem agere oportet, acrius

1) Adversus Ramshornium (adde Weissenbornium l. c. §. 38, 4.), qui l. c. p. 437. *moriendum est* reddit *das Sterbensollen findet Statt* Hoffmannus quaedam recte monuit in Jahns Jahrb. l. c. p. 250. „Wir können in dieser Uebersetzung nichts als eine falsche Auffassung der Sache erkennen, wodurch hier *est* fälschlich zum wirklichen Prädicatverbum gemacht wird, um *moriendum* als Subiectsnominativ betrachten zu können. Uns sind alle jene Formen Nomina verbalia, gerade wie die Griechischen ποιητέον, φιλητέον, mit denen sie auch ganz gleiche Construction haben, d. h. den Accusativ regieren, wenn solche gleich nur in Schriftstellern älterer Zeit häufiger sich findet, während die spätere Sprache in solchen Fällen die Attractionsconstruction des sogenannten Particip. Fut. Passivi vorzog. Ob dieses Verbale von dem Gerundium, oder das Gerundium vom Verbale stamme, lassen wir dahin gestellt seyn, aber gewiss stammt jenes sogenannte Participium Fut. Passivi von dem Verbale, gerade wie φιλητέος von φιλητέον.“ Eadem est sententia Wachsmuthi v. *Athenaeum* I, 1. p. 56. et Stallbaumii ad Ruddim. II, p. 243. n. 46.

significat, ablativus rei agendae auctorem; nec nisi ad vitandum dativorum concursum vel ambiguitatis vitium solet praepositio cum ablativo adhiberi, ut Cic. Manil. c. 2. *Aguntur bona multorum civium, quibus est a vobis consulendum.* Dativum vid. Cic. Leg. III, 20. *Si de sacrorum alienatione dicendum putasti; faciendum tibi est, ut — de potestate, tum de iure disputes.* Atque gerundii casus ad infinitivi declinationem compensandam et idonei et usurpati iisdem legibus tenentur, quibus substantiva vel substantivo vel adiectivo vel praepositioni obnoxia. Est vero genitivi gerundii opportunitas in iis nominibus, quae, si notionem spectas, manca sunt per se, nec satis finita, nisi genitivo certam ad rem referantur, ut *officium, ars, facultas, potestas, studium, cupiditas, vis, libertas, cura*, sim. aut in rebus ab eo, qui agit, seiunctis, ut *necessitas, opportunitas, occasio, causa, initium, modus, ratio*, sim. Haec igitur substantiva quoniam praeter infinitivi, quo sola actionis cogitatio indicetur, genitivum nihil requirunt, eiusdem generis sunt cum verbis supra commemoratis, quae comitem habent infinitivum, *volo, cupio, constituo, decerno, studeo, conor*, al. Tum adiectiva *cupidus, peritus, studiosus, ignarus* simil. ut illorum substantivorum notionem ipsi homini inhaerentem continent, sic infinitivi genitivum flagitant, ad quem peritia, cupiditas, studium hominis referatur. Obiectivae relationi cum non par esset infinitivus, gerundio sic usi sunt, ut posset praeter genitivum seu substantiae casum, etiam dativus actionis, in qua cernitur effectus, indicari, et accusativus, ut agendi vox tota aliunde penderet, et ablativus ad causam vel instrumentum significandum. Hinc magna frequentia locutionum, qualis est *ars vivendi, cupiditas certandi, modus ludendi*, sim, vel *studiosus audiendi, insuetus navigandi*, ut Cic. Balb. 14. *Lex Cornelia definite potestatem Pompeio civitatem donandi dederat.* Corn. Nep. XV, 3. *Epaminondas studiosus erat audiendi.* Dativi usus

rarior est. Plaut. Epid. IV, 2, 35. *Ego relictis rebus Epidicum operam quaerendo dabo.* Cic. Cat. III, 8. *Nulla res, quae ad placandum deos pertineret, praetermissa est.* Lig. 12. *Homines ad deos nulla re propius accedunt, quam salutem hominibus dando.* In his igitur casibus gerundium infinitivi locum sustinet, h. e. nudam verbi cogitationem denotat, aliquo modo aliunde suspensam. Scite vero hoc potissimum verbale adhibere placuit, quod obiectivae necessitatis notationem propriam haberet, eam quidem tantum non ubique pariter necessariam et manifestam, sed pro reliquorum verborum ratione interdum delitescentem vel paene oppressam. Nam ipsa vocabula *lex, officium, praecepta,* sim. in sese necessitatis vim continent, ut infinitivus, si declinari posset, satis esse videretur. His igitur definiendis inservit gerundium. Quae vero substantiva, vel adiectiva, per se a necessitatis notione longe absunt, his praeter infinitivi notionem commodissime illa gerundii necessitas adiungitur, quia *ars, modus, cupiditas, adiumentum, causa, potestas,* sim. in re versantur, quae nec praesens, neque perfecta, sed futura potius cogitatur [12]) eique proposita, cuius ars vel potestas esse dicitur. Vid. praeter locos modo citatos Cic. Brut. c. 24. *Nulla ars tantum ad dicendum proficit, quantum scriptio.* Fin. II, 9. *Vitiosum est in dividendo* (bei einer vorzunehmenden Theilung) *partem in genere numerare.* Cat. M. c. 19. *Breve tempus aetatis satis est longum ad bene beateque vivendum.* Offic. I, 30. *Hominis mens dicendo alitur et cogitando.* Longius a necessitatis cogitatione absunt substantiva *vox, vo-*

12) Consentit Wachsmuth. Athen. I, 1. p. 68. de gerundio sic disserens: „Dies bezeichnet demnach nie die Vergangenheit und Vollendung, sondern gehört dem Praesens und Futurum oder der Dauer und dem Beginnensollen der Handlung an, häufig in der Bedeutung des ganz unbestimmten aoristischen Infinitivs.

cabulum, *nomen* cum gerundii genitivo iuncta, ut Tusc. I, 36. *Triste est nomen ipsum carendi.*

A solemni usu gerundii duplici modo veteres interdum discesserunt. Altera ratio haec est, ut substantivum, quod a gerundio pendere solet, sese ad illud potius substantivum genitivo casu applicet, quod, ut *potestas*, *facultas*, cum gerundio unam notionem efficit. Altera ratio est in eius substantivi, unde gerundii genitivus pendere intelligendus est, omissione. Prioris generis haec sunt exempla. Varro R. R. II, 1, 3. *Aliquod fuit principium generandi animalium* (vulgo exspectabatur *animalia*) Cic. de Univ. §. 9. *reliquorum siderum quae causa collocandi fuerit.* Verr. IV, 47. *earum autem rerum nullam sibi ille neque infitiandi rationem, neque defendendi facultatem reliquit.* In his quidem locis Stallbaumio assentior, qui ad Ruddimanni Instit. gramm. II. p. 246. statuit, gerundium, iuxta substantivum positum, cum ipso substantivo sic coaluisse, ut alter genitivus ab eodem nomine substantivo, quod gerundium regit, pendere cogitandus sit [13]). Zumptius (Lat. Gramm. ed. 3. de a. 1823. p. 447.) apud Ciceronem ad anacoluthiam confugiendum putat [14]). At Cic. Verr. II, 31.

13) Vid. quae V. D. ad Ruddimanni Instit. grammaticae lat. II, p. 246. notavit, quo loco extremo „Itaque inquit, quod Terentius dicit: *Novarum qui spectandi faciunt copiam*, in his *spectandi copiam* unam efficit notionem spectationis (der Sehensmöglichkeit) quo fit, ut *novarum* addi recte possit. In Varronis autem loco generandi principium est: *die Urzeugungskraft*, unde accedit genitivus *animalium*.“ Consentit Billrothius Lat. Grammatik. §. 263. Anm. 4..

14) Nunc Zumptius, si sextam grammaticae editionem de anno 1828. §. 161. comparas, sic statuit: „Man wird nicht umhin können anzunehmen, dass der von dem Gerundium abhängige Casus durch eine Verwechselung, von der sich in jeder Sprache Beispiele finden, mit dem Substantivum verbunden wurde.“ Apparet autem, si locos a Zumptio collectos confers, hunc loquendi usum ad genitivi bis positi pluralis *arum* vel *orum* molestiam vitandam maxime com-

omines, quibus ne reiiciundi quidem amplius quam rium iudicum praeclarae leges Corneliae faciunt potestatem, obiectum voluit a voce *potestatem* regi, quae quamquam manca per se, tamen habet alteram notionis partem in gerundio *reiiciundi* cum propriae significationis gravitate primo loco positam. Cic. Phil. V, 3. *Igitur, utrum M. Antonio facultas detur opprimendae reipublicae, caedis faciendae bonorum, diripiendae urbis, agrorum suis latronibus condonandi, populum Rom. servitute opprimendi; an horum nihil facere ei liceat.* Quo loco admirabilis transitus fit a participio *diripiendae* ad vulgarem usum gerundii *opprimendi* cum accusativo per interposita *agrorum — condonandi*, in quibus est tamquam commixta utraque structura, ne dicendum esset *condonandorum*. — Quod ad alteram rationem attinet, quam in eius vocis, quae gerundium regit, omissione esse dixi, non alia vox omitti salva perspicuitate poterit, quam quae propter frequentiam et loci naturam eodem iure, quo ἕνεκα apud Thucyd. I, 23. τοῦ μὴ τινες ζητῆσαί ποτε, intelligitur; Terent. Adelph. II, 4, 6. *ne id assentandi magis, quam quod habeam gratum, facere existimes*, ubi omissa vox *causa* sequente *quod* indicatur. Tac. XV, 5. *Vologesi vetus et penitus infixum erat arma Romana vitandi* sc. *studium*, quod Ramshorn. Lat. Grammat. §. 169, 2, 4. recte intelligit. Similiter ad dativum gerundii Cic. Fam. III, 8. *cum solvendo civitates non essent* propter rei et formulae fre-

paratum esse, eamque causam fuisse, cur Cicero eum non repudiaret. Quamquam eiusdem scriptoris locos permultos congessit Ruddimannus II. p. 253. qui eum non tantopere a genitivorum usu abhorruisse ostendunt: in quibus plerique pendent e vocabulo *causa*. Imprimis mireris Agr. II, 14. *corrumpendarum tabularum publicarum, fingendorumque senatusconsultorum potestas*. Cf. de genitivis cum gerundii genitivo coniunctis *Heidelb. Jahrb.* Intelligenzbl. 1826. p. 73. sq. et Hall. Lit. Zeit. 1826. N. 112. p. 63.

quentiam *pares* intelligitur, quod ipsum legitur Cic. Orat. I, 56. *Crassus cum disserendo par esse non posset.*

Sed quoniam latine praeter gerundium in *dum* et infinitivi casus in *di* et *do* etiam participium fut. pass. in *dus*, *a*, *um*, usitatum est, quod adiectivi instar ad substantivum vel pronomen pers. sese genere, numero et casu applicat, de hoc loquendi usu, eo quidem cum Graecis communi, propter Grammaticorum [15]) dissensum nobis exponendum est. Nam ut Xenoph. Memor. III, 6, 3. dicit ὠφελητέα σοι ἡ πόλις ἐστίν, sic latine solemne est dicere *Iuvanda tibi respublica est*, ut Cic. Att. XIV, 21. *Legendus mihi saepius est Cato Maior.* *Gerundium* enim nomen verbale est, haud dissimile verbis *necesse*, *opus*, quibus *est* adiicitur sic, ut verbo addito actio significetur, quam gerundium in se continet. Itaque ut praeter imperativum, cuius subiectivam necessitatem propriam esse dixi, obiectivae necessitatis notatio et forma cuique verbo tribueretur, nominativo gerundii usi sunt Latini cum verbo *est*, dixeruntque ut Graeci γραπτέον ἐστὶ, *scribendum est*; ἰτέον ἐστὶ, *eundum est.* Cum autem gerundii sine casu, quem regeret, positi activa significatio facile posset ex nexu passivum sensum

15) Vid. Ruddimanni Instit. gr. lat. I, p. 307. n. 86. qui pro substantivis agendi vi praeditis vult haberi gerundia. *Scioppius* quidem Gramm. Philos. p. 9. et *Perizonius* ad Sanct. I, p. 634. gerundium existimant esse neutrum participii passivae significationis, vel, ut Periz. vult, locutionem impersonalem verbi et participii passivi. *Zumptius* Lat. Gramm. p. 443. et ed. VI. §. 655. sic disputat: „Das Gerundium ist der Form nach nichts anders, als die vier Casus obliqui vom Neutro des Participii futuri Passivi" quasi gerundium natum sit ex participio, vel supinum ex perfecti passivi praeterito. Probabilius ait Voss. de Anal. III, 9. p. 54. „Tantum abest ut (gerundia) participia sint, ut ne quidem a participiis veniant, sed ἀμέσως descendant a verbo haut secus ac participia ipsa." Cf. *Wachsmuthi Athenaeum* I, p. 42 et 53 seqq.

ferre [16]), Cic. Verr. I, 18. non dubitavit dicere *nsendi causa* (*der Schätzung wegen* h. e. denique ut nserentur, cum res ipsa doceat censores intelligi on posse.) *haec frequentia convenit* [17]). Ad graeci ro sermonis similitudinem gerundium tamquam a bstantivo attractum (*respublica est administranda*)

---

16) Weissenborn *Syntax der lat. Sprache. Eisenach* 1835. §. 38. Anmerk. 4. „Es schwankt oft zwischen der activen und passiven Bedeutung, wie im Deutschen der Infinitiv mit *zu* und manche Verbalsubstantive. In dem davon abgeleiteten Part. Fut. Pass. hat sich die passive Bedeutung befestigt, während das Gerundium wohl ursprünglich vom Lateiner als Activum aufgefasst wurde, da es selbst im Nominativ ein Object hat, was dem Part. Pass. fremd ist.“ Contrariam sententiam defendit *J. v. Gruber* cf. *Versuch dem Gerundio seiner Form gemäss eine passive Bedeutung zu vindiciren.* (Allgem. Schulzeitung Abth. II. 1833. Nr. 147 et 148.)

17) Zumptius (Lat. Gramm. §. 658.) *censendi causa* vertit „*um geschätzt zu werden*,“ item Vellei. II, 15. *ad censendum*, laudatque Ruhnk. ad h. l. et Bremium ad Corn. Nep. Attic. 9, 2. *spes restituendi nulla erat.* — Dissentit Billrothius. (*Lat. Schulgrammat.* 1834. §. 261.) „Diese Bedeutung (die active des Gerundii) ist auch in solchen Stellen zu halten, wo das Gerundium eine passive angenommen zu haben scheinen möchte. Cic. Verr. I, 18. §. 54. *censendi causa* etc. Hier ist das allgemeine Subject *man* zu denken; also: dass man sie schätzen solle.“ Neque *Hoffmannus* in Ramshornianae Grammaticae lat. censura (*Jahns Jahrbücher für Philol. u. Pädag.* VII. 3. p. 250.) passivam vim tribui vult gerundio; „denn selbst in den scheinbarsten Stellen, welche *Vossius*, *Corte*, *Ruhnken* und andere dafür angeführt haben, findet sich genauer und näher betrachtet, doch nichts weiter, als höchstens ein Mangel strenger Bestimmtheit in der Form des Ausdrucks. Man spricht mehr unbestimmt und im Allgemeinen der Kürze halber und weil sich die nähere Beziehung leicht aus dem Zusammenhang ergiebt. — Man begeht bei jener Annahme den freilich sehr gewöhnlichen Fehler, Sinn und Bedeutung zu verwechseln.“ Eodem pertinet Tusc. I, 28. *Multitudo pecudum partim ad vescendum* (Ramsh. p. 446. passive *um gegessen zu werden, zur Speise*) — *facta est.*

deinde etiam adiectivam formam *dus, a, um* induere et ultra graeci verbalis fines declinationem et constructionem eam recipere coepit, quae decet adiectivum, suo id quidem obnoxium substantivo, cuius, ut obiecti, casum regit gerundium. Quodsi dicis infinitivi genitivo *peritus administrandi rempubl.*; peritia administrationis effertur, obiecti loco relicta voce *rempublicam*: sin dicis *peritus reipublicae administrandae*; peritia ad remp. refertur, quam oportet administrare, id quod per adiectivum *administrandae* indicatur. Atque ut a supino *scriptum* participium praeteriti passivi *scriptus, a, um* originem ducit, sic gerundii adiectiva forma participii futuri passivi locum vacuum expleri Latini voluerunt. Quamquam de re futura ne potest quidem quidquam dici, nisi necessitate aliqua gestum iri rem intelligas sive a te sive ab alio, quidquid sit quod exspectari iubeat. Neque tam videtur *gerundivi* [18]) nomine opus esse, quam sic statuendum:

---

18) *Gerundiva* iunioribus appellari Vossius Anal. III. p. 50. commemorat, et Ruddim. I. I. II, p. 251. Ramsh. Lat. Gr. §. 169. p. 436. „Verwandelt man die neutrale Endung des Gerundii in ein Adjectivum dreier Endungen, so ist es das Participium Futuri Passivi; wird aber das vom Gerundio abhängige Nomen im Casu des Gerundii gesetzt, und dieses ihm in gleichem Genere und Numero angepasst, (idem vero cadit in particip. f. p.) so heisst es *Gerundivum*.“ [Nihilominus Vir D. *participium fut. pass.* (p. 456. b.) „in so fern dieses einen jetzt Statt findenden Zustand bezeichnen kann, der erst noch sein Ende erreichen soll,“ deprehendit in his Cic. Div. II, 72. *Superstitione tollenda* (dadurch, dass der Aberglaube entfernt wird, oder: durch Entfernung des Aberglaubens) *religio non tollitur*. Idemque V. D. *Gerundivum* monstrat Liv. V, 5. *obpugnandarum urbium* (zur Bestürmung der Städte) *apparatum* p. 441. At vero eadem necessitatis vis nexu cogente effertur, quae alio loco imminuta videtur, ut actionis notio infiniti temporis elinquatur, quae est in germ. substant. *Erbauung*, *Bestürmung*, *Entfernung* al.' Gerundivum igitur tollit nomen participii fut. pass. eiusque locum occupat in Billrothii Gramm. lat. §. 262. „welches *etwas*, *das geschehen soll*, bezeichnet;

participium futuri pass. e gerundio natum propter ipsam necessitatis vim ad futuri temporis notationem aptissime adhiberi. Nam futurarum rerum potissimum animadvertimus necessitatem, quae imminuta abit in propositae vel etiam susceptae rei notionem et a futuro ad praesens vel aoristum tempus. An, ut *scribendus* possit *gerundivum* appellari, *scriptus, a, um,* a supino quod ducitur, *supinale* appellemus, cum nemo hucusque dubitarit dicere praeteriti perf. pass. participium?

Fines autem futuri temporis in passivo genere intelligendi sunt non minus late patere, quam in activo. Nam *aliquid gesturus* est aut is, qui statim geret vel gerere vult, aut qui aliquando geret rem vel gerere constituit. Tum rem, quae geritur, quatenus in voluntate alicuius posita est, gestum iri non intelligis, nisi causa vel ratio appareat, cur futuram putes. Movet autem quemque ad agendum aut alterius imperium, aut rei natura et ipsius officium vel id, quod rectum est, quod decet, quod convenit, quod utile est vel expedit. In qua necessitatis sive recti vel decori vel utilitatis consideratione cum causa sit, cur quid ab aliquo gestum iri cogitemus; quidni liceuerit huius causae vel lenioris necessitatis notationem ipso participio futuri significare, ut rem, quam quis iustam ob causam gesturus sit, geri ab eo oportere dicas? Quid? quod indicativi tempus futurum necessitatem non raro significat, ut Cic. Famil. V, 12. *Tu non cessabis, et ea, quae habes instituta, perpolies, nosque diliges.* Non igitur pessimo [19]) usu hoc participii

---

also: *docendus* einer der unterrichtet werden soll, nicht bloss: der unterrichtet werden wird.“ Zumptius et Weissenbornius gerundivi nomen praetermittunt.]

19) Stallbaum ad Ruddim. I. I. II, p. 156. n. 74. „Pessimo usu hodie, inquit, ea (gerundiva in *dus*, *a*, um) vocantur participia futuri in *dus*. Nam neque futuram actionem simpliciter significant, et saepe ne referuntur quidem ad tempus futurum. Itaque eorum mihi placet sententia, qui hanc formam pro passiva gerundii activi habent. Nam inde non

futuri pass. nomen gerundii adiectivo tributum dixeri sed ad gerundii et participii diversitatem indicand aptissimum, praesertim cum etiam comparata illa c iunctio, quae inter supinum et participium praete perf. passivi intercedit, hanc nominum distinction suadeat, futuri autem temporis notatio simul cum cessitatis significatione sic sit coniuncta, ut videa potius hoc participium temporis nota carere, qu careat [20]). Cum vero gerundivum videretur ad ginem et significationem indicandam aptius dici, debebat participii fut. pass. vestigium relinquere Ra hornius, qui hoc participium iungi dicit cum ver *curare*, *dare*, *tradere*, *proponere*, *relinquere*, *loca suscipere*, *conducere* simil. [21]) ut Caes. Gall. I, *Caesar pontem in Arari faciendum curat*; C

solum cognoscitur, cur ea non nisi in verbis accusativ regentibus locum habeat; sed etiam qui fiat, ut activum terdum passive significare videatur." Neutrum verum si consideras *utendus* ap. Cic. *carendus*, *pereundus*, *p cendus* ap. Ovid. et Plautum. Passiva vero activi non significatio, sed sensu activum passive intelligitur. Tum eti qui fruitur voluptate non minus, quam qui aliquando fruet moneri potest, ut posthac modum teneat *fruendae volup tis*. Atque ut *scriptae epistolae* laudamus praestantia sic *scribendae epistolae* causam, officium, artem si di epistolam intelligis, quae nondum scripta est, etiamsi scripta epistola scribendae epistolae artem admiratus Ars enim expromitur in opere, antequam perfectum Vis igitur et natura participii futuri pass. non ex praes tis, sed ex praeteriti temporis oppositione cognoscitur.

20) Longissime a necessitatis vel officii notione participium f pass. abest, ubi de re dicitur, quae turpiter fieri sol Huc pertinet Cic. de Offic. I, 8. extr. *Ac de inferen quidem iniuria satis dictum est*, qua locutione non ma offendi debemus, quam si dixisset *de modis inferendi iuriam*, qui foret infinitivi genitivus sine ullo temporis necessitatis indicio. Ibid. II, 23, 82. III, 5, 26. *si ni existimat contra naturam fieri hominibus violandis* h. eo quod homines violantur.

21) Vid. Ramsh. l. 1. praeter locum supra (n. 18.) commemor tum §. 171. 3. p. 460 seq. „Das Participium Fut. Pa

Att. IV, 2. *Consules porticum Catuli restituendam locarunt.* Sen. Epist. 33. *Pueris sententias ediscendas damus.* Haec vero, *faciendum*, *restituendam*, *ediscendas*, qui non gerundiva, sed participia futuri passivi appellant, nescio quid inconstantiae ac libidinis in sua praecepta irrepere passi sunt. Nam verba *curare*, *locare*, *dare*, eodem modo accusativum substantivorum, *pontem*, *porticum*, *sententias*, regunt, quo substantiva genitivum, si dicas *Caesar pontis faciendi curam gerit;* aut *porticus restituendae opus locarunt;* aut *sententiarum ediscendarum officium pueris imponimus;* et utroque loco participium adiectivi locum sustinet. Sed non praetermittendum est, aut ad vitandam ambiguitatem vel genitivorum frequentiam, aut ad cogitationem, quae in gerundio inest, efferendam a limatioris stili scriptoribus antiquiorem illum gerundii usum prae participio futuri pass. placuisse; tum inprimis et constanter quidem, ubi neutrum pronominis vel adiectivi adhibendum erat, cuius obliquos casus vitandos putarunt ad perspicuitatem [22]), ut Cic. Fin. V, 15. *agendi aliquid et diligendi aliquos et liberalitatis et referendae gratiae principia;* et Cat. M. 23. *Equidem efferor studio patres vestros videndi.* His verbis quis praeferat *studio patrum vestrorum videndorum?* in quo vix scias, subiecti genitivus sit, an obiecti?

---

eine beabsichtigte Handlung andeutend, die an einem Gegenstande verrichtet werden soll."

22) Cf. de ea re Billrothii Gramm. lat. §. 263. Anm. 2. 3. 4. et quae supra diximus.

VI.

COMMENTATIO GRAMMATIC

DE

USU PARTICIPII IN SERMONE LATINO.

Cum in quinta Commentationum grammatica parte de supino et gerundio Latinorum sic dispu sem, ut participii et praeteriti, et utriusque fut ortum attingerem; hac scriptione putavi, quid de participii sentirem, exponendum, non quo nova notissima re praecepta dare vellem, sed quod aj quaedam et simplicior ratio quaerenda videbatur, gravissimus hic grammaticae institutionis locus communem cogitandi dicendique rationem referre Quoniam autem non quaevis cultior lingua a patentem et commodum participii usum habet, l quidem, dum Graecorum excellentiae cedit, am rem ac faciliorem, quam germanica; participii tantum non omnis est brevitatis vel concinnitatis dio potius tribuendus, quam necessitati, quae u

orationis perspicuitatem postulat. Concinnitatis vero haec est vis, ut ad veros cogitationum modos diligenter perspicueque significandos paucissima verba requirat, exquisitoque verborum delectu, constructione, ordine id ipsum, quod cogitari debet, exprimat. In quo acerrimum tenerrimumque veri et pulcri iudicium veteres Graeci et Latini expromsisse videbuntur, ubi Germanorum consuetudinem contuleris, qui cum eam cogitationem, quae participio continetur, finito verbo saepe, adhibitoque vel pronomine relativo, vel ad quodque relationis genus significandum aptissima coniunctionis particula exprimunt, participii compendio indicatam notationem pluribus verbis aperiunt. Nota res est, ut pauca locorum exempla sufficiant: Liv. I, 51. *Tarquinius Turnum oblato falso crimine* (ut Ramshorn vertit: dadurch, dass er eine falsche Beschuldigung auf ihn brachte) *oppressit*. Corn. Nep. XXIII, 5. *Hannibal M. Minucium Rufum — dolo productum in proelium* (nachdem er ihn zum Kampf hervorgelockt hatte) *fugavit*. Cic. ad Famil. VI, 6. *In bello civili nihil accidit, non praedicente me* (ohne dass ich es vorhergesagt hätte). Ibid. 10. *Tui nihil existimabunt esse tam difficile, quod non, pro te mihi susceptum, iucundum sit futurum* (was ich nicht mit Vergnügen für dich unternehmen würde). Brut. 71. *Incurro in memoriam communium miseriarum, quarum oblivionem quaerens, hunc ipsum sermonem produxi longius* (die ich zu vergessen suchte, aber darüber weitläufig wurde). Quod explicandi participii studium Germani tanta cum cura exigunt, ut nihil videatur hac contractioris locutionis enucleandae subtilitate exquisitius esse, nihil ad lenissimae cuiusque relationis vim verbis aperiendam accommodatius. At hoc ipsum certissimo est argumento, concinne a Latinis dicta ab omnibus, qui latine sciant, eodem modo intelligi, atque interpretandae concinnitatis potius, quam versionis adaequandae curam istam esse appellandam. Habet nimirum nostrae linguae penuria, cum opero-

siore quodam observantiae studio coniuncta, rig
aliquid et putidi in reddendis graeci latinique serm
nis participiis non minus, quam in flectendis nomin
casibus vel in notandis verborum generibus, mod
temporibus. Cum enim Germani, incultam diu iac
linguam suam passi, graecae denique et roma
antiquitatis praestantiam admirari coepissent; omn
dicendi elegantiam in graeco latinoque sermone
conditam esse existimantes, iam adultioris ling
verba non ausi sunt ad molliorem illam teneritat
flectere et conformare, sed rerum discendarum, aug
daeque doctrinae fervore abrepti, adiutricium voc
ope et circumscriptione incommodiore saepe uti
luerunt, quam in omnes relationis partes sese mov
tem facilitatem et varietatem verbis conciliare. T
illi, qui in Germania pueris grammaticas latini p
ticipii leges tradunt, ad vernaculae linguae dissim
tudinem omnia fere revocare consueti plerique
maxime efficere studuerunt, ut quomodo contract
et concinnior illa dicendi ratio explicari et ampl
cari, explicatior contrahi posset, appareret. In
vix satis cavere potuerunt, ne materiae copia et
guarum diversitas ad ipsam doctrinam aliquid vagi
infiniti afferret, si minus ex amplificandi contrah
dique libidine, at ex vocum adiutricium varieta
Nobis igitur illud erat propositum, ut participii
tura et vi considerata, exponeremus, quibus cau
et finibus eius usus apud Latinos circumscriberet
Ita iis certe nos paululum profuturos sperabamus,
non alio sermone intercedente, quae ipsi cogitasse
latine statim dicere cuperent, eamque facultatem
peterent, quam adepti quidquam proferre possu
quod casto Latinorum sermoni non sit dissimillimu

Tres sunt verbi partes, *infinitivus*, *participi*
et *coniugatio*: quarum communis est praedicati not
ea quidem et agendi patiendique et temporum sign
catione instructa; propria autem cuiusque partis ra
quaedam est, qua ipsa conditio, quae in verbi noti

inest, ad subiectum refertur. Infinitivus solam verbi notionem significat, quae alicui subiecto tribui possit: eandem cum subiecto coniunctam habet participium. Tertia verbi pars, quae coniugatio dicitur, est etiam personarum, utriusque numeri notatione et modis praedita, ut praedicati et subiecti consociationem et variam cuiusque temporis relationem significare possit. Est igitur participium, cum conditionis notionem, ut adiectivum, contineat, adiectivum verbale, quod ipsa praeteriti, vel praesentis vel futuri temporis, quo quid aliqua conditione praeditum sit, significatione ab adiectivo distinguitur, nec minus, quam infinitivus, aliquo tempore constantem habet aut agendi aut patiendi notationem. Sed utrum definito, an infinito tempore permanens conditio cogitari debeat, ipso participio non magis, quam infinitivo, indicatur, sed alius verbi coniugatione, cuius tempora omnia possunt ad utramque illam verbi partem referri, ut si dixeris *scribere licet*, *licebat*, *licuit*, *licuerat*, *licebit*, vel *librum legens iudicas*, *iudicabas*, *iudicasti* etc.

Adiectivi autem, cuius etiam formam participium prae se fert, haec est natura, ut, quia eius notio late patet et multis rebus tribui potest, re certa ac definita aliqua h. e. nomine sive proprio sive appellativo, vel pronomine opus sit, cui aliquam conditionem tribuat. Copulam propric verbum *esse* efficit, quo intercedente praedicatum subiecto adiungitur. Huius igitur verbi adiumento participium ad subiectum sic accedit, ut praedicati vim habeat, ut Caes. b. c. I, 69. *nemo erat adeo tardus aut fugiens laboris*. Sed quia *fugiens*, adiectivi instar, verbi sui casu, quem participia praesentis et futuri act. retinere solent, repudiato, genitivum adscivit; alium locum addam. Cic. Senect. 8. *Sed videtis*, *ut senectus — sit operosa et semper agens aliquid et moliens*. Liv. XXXIX, 15. *Vos igitur aequum est — quo quisque loco positus erit, quod imperabitur*, *impigre praestare*. Haec coniugatio appellatur periphrastica quae cum participio et

copula *esse* contineatur, praedicatum efficit rat simplicissima.

Sed, quoniam verba, quae proprie dicu utramque enunciationis partem, et praedicatun copulam, una voce continere solent; alterum, i inferius vel secundarium munus participio relinqu ut praedicato aditum ad subiectum, aut si explic est enunciatio, ad aliud substantivum, quocunque positum, addenda aliqua conditione patefaciat. A quam enim verbo finito aliquid praedicare de re qua possis; ipsa huius rei notio saepe est aut adie ant particlpio definienda. Ad quam rei vel substa conditionem hoc etiam aptius est participium, et agendi perpetiendive et temporis notationem a Hoc munus gerit participium Cic. Senect. 6. *Te tas est florentis aetatis, prudentia senescentis.* A enim notio, per se iusto amplior, quam cui aut t ritatem aut prudentiam tribuere posset, erat i finibus circumscribenda. Atque cum *iuvenilis* e *nilis* aetas dici posset; participio tamen Cicer maluit, ut significaretur *quamdiu aetas floret, senescit.* Prout autem, mutata locutione, substa casus mutandus erit, participium facillime eiu casus formam recipit, ut si eadem denique sent dixeris *Temeritas florenti aetati tribuitur,* vel si dicati locutio alium casum postulat. Cic. Verr. V. *Syracusis praedonum adventum significabat ignis e cula sublatus aut tumulo.* Orat. III, 34. de Pisist *qui primus Homeri libros confusos antea, sic dispos dicitur, ut nunc habemus.* Liv. XXX, 30. *A nobis opus est non abhorrente a quietis consiliis.* Verr. II, 32. *si est flagitiosum ob rem iudicat pecuniam accipere.* His locis et multis aliis pa pium ad substantivi casum, quem verbum vel positio vel nomen aliquod regit, sic sese app ut nihil videri possit coniunctionis inter verbum tum et participium intercedere. Nam Cic. Tusc. III *Dionysius tyrannus, Syracusis expulsus, Corinthi p*

locebat, participium *expulsus* praeter tyranni vocem oppositione, quam dicunt, adiunctam, eam Dionysii conditionem describit, qua demum indicata, Dionysius dici poterat Corinthi pueros docuisse.

Sed tamen praedicatum saepe ad participium refertur, et *primum* quidem si nullo addito substantivo, ipsum participium substantivi vim habet; *deinde* si verbi vis ad conditionem potius, quam ad substantivum, cuius est conditio, pertinet; *denique* si temporis notatio, qua praeditum est participium, praedicati notionem definit.

Quod ad *primum* illud coniunctionis genus attinet, participium substantivi locum occupat, praesertim si intransitivam vim habet Cic. Orat. II, 44. *Facilius est currentem incitare, quam commovere languentem.* Div. I, 3. *Iacet corpus dormientis, ut mortui.* Definita enim h. l. conditio tribuitur personae infinitae, quam vel non expressam intelligis. Nec minus neutro genere praeteritum participium substantivi vicem gerit Cic. Lael. 2. *Multa Catonis et in senatu et in foro vel provisa prudenter et acta constanter, vel responsa acute ferebantur*; lubentiusque adverbium, verbali vi servata, secum iungit, quam adiectivum; quo addito, participia adiectivi naturam omnem videntur exuisse, ut Cic. Fat. 7. *Ita comprobabis divina praedicta.* Nude vero posita futuri utriusque participia rariora sunt apud Ciceronem, non item ap. Plinium, ut Epist. I, 8. *Si silenda perfeceris, factum ipsum, si laudanda, quod non sileas, ipse, culpatur*, et ap. Senec. Ep. 11. *Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis adsistat.* Huc etiam pertinet illud Liv. VII, 20. *Tentatum domi per dictatorem, ut ambo patricii consules crearentur, rem ad interregnum perduxit*, ubi substantivi loco positum *tentatum* describitur verbis *ut — crearentur*, cum minus placeret dicere *Tentatum id — ut —*. Ibid. VII, 8. *Diu non perlitatum tenuerat dictatorem, ne —* ubi solemnis formulae gravitas observanda est.

Alterum quod de participii propinquitate cum praedicato observandum esse dixi, ut significatio praedicati ad participium referatur, id tum fieri apparet, cum de conditione rei potius, quam de re, cuius est conditio, quidpiam dicendum est. Latini enim, ubi praedicatum ad conditionem magis, quam ad rem, cuius erat conditio, pertinebat, ut pro participio substantivum, rei autem vel personae genitivus exspectaretur, hac formarum mutatione repudiata, praedicati verbum ad ipsum participium significatione retulerunt, ut Liv. XXXIX, 51. *Ad Prusiam regem legatus Quinctius Flamininus venit, quem suspectum et receptus post fugam Antiochi Hannibal, et bellum adversus Eumenem motum faciebat.* Prusiam vero non *Hannibal* suspectum fecit, sed *receptio Hannibalis:* quod substantivum cum Livius pariter respueret, ac *motio belli* participio hoc etiam lubentius usus est, quod ambiguitatis vitium vitari posset, si nescires, genitivus *Hannibalis* subiectivam, an obiectivam vim haberet. Ibid. H, 52. *Menenio invidiae erat amissum Cremerae praesidium.* Quod ipsius consulis culpa amissum erat praesidium, longe aptius erat *amissum praesidium* quam *omissio praesidii Cremerae* dicere. Ibidem XXIII, 12. *Labeo male administratae provinciae arguebatur* (die Provinz schlecht verwaltet zu haben). Cic. Sen. 3. *Conscientia bene actae vitae — iucundissima est.* Primaria conditionis notio, participio expressa, locum habet secundarium etiam Quinctil. I, 10, 47. *Pericles Athenienses, solis obscuratione territos, redditis eius rei causis liberavit.* Non causis vero liberavit, sed causarum expositione vel, ne redditionem dicam, interpretatione. Atque latius hic participii usus patet, nec abest a futuri passivi participio. Cic. Fin. II, 3. *Augendae voluptatis finis est, doloris omnis amotio,* quod reddunt: *das Ziel der Steigerung sinnlicher Lust.* Ut autem pro conditione rei rem ipsam Latini ponunt conditione praeditam, vel participium pro substantivo; sic substantiva et adiectiva saepe in participiorum

locum, quasi vice versa, veniunt, ut si dicitur *Natura duce* (donec dux est natura) *errari nullo pacto potest*; aut Liv. I, 3. *Ascanius — Creusa matre Ilio incolumi natus.* Hoc modo temporis notatio a participio ad ea nomina transfertur, quae per se ea carent: adque fit ablativi potissimum ope et ipsa verborum relatione et ordine. — Sed altius res est repetenda, dicendumque de iis participii adhibendi causis, quae sunt partim in rerum considerandarum ratione, partim in linguae latinae natura et finibus. Est autem illud latinorum scriptorum commune, ut, cum cuiusque rei veram rationem in verborum delectu et constructione observent, tum secundariam enunciationem ei, cui tanquam generi subiecta est, sic adiungant, ut sua cuiusque dignitas appareat. Hinc etiam participii frequentia ducitur, ubi Germani infinitivo minus apte utuntur, quem Latini post verba *video* et *audio* cum accusativo coniunctum probe distinguunt a participio, quandoquidem decere sentiunt hominem conditione praeditum ostendere. Cic. Fin. III, 2. *Catonem vidi in bibliotheca sedentem multis circumfusum Stoicorum libris.* Quodsi diceres *Catonem vidi — sedere* id foret: observando intellexi Catonem sedere, vel sedere solere. Eiusdem fere generis est, et ad rei naturam aptissime, urbaneque dictum Cic. Qu. Fr. III, 9. *Domestica cura te levatum volo.* Ter. Heaut. Prolog. 26. *Omnes vos oratos volo.* Nec minus laudabilis est usus participii futuri pass. [1]) post verba curo, *do*, *reddo* similia, quae negotium non susceptum, sed suscipiendum ostendunt. Quamquam in hoc genere est aliquid etiam participiorum paucitati tribuendum, quae efficit, ut propemodum torqueri videatur oratio, cum nec omnium verborum sint parata participia, nec omnium temporum.

---

1) Cf. Commentationem V. *de gerundio*, et Wachsmuthii dissertationem in *Athenaei* Vol. I. 1816. p. 37. seqq. *Von dem gerundio supino und den damit verwandten Participien.*

Desunt autem latinae linguae verbis duo participia, praeteriti temporis activi alterum, alterum praesentis passivi. *Activi praet. participii* iacturam levat quidem nunc praesentis participii usus, quantum temporis ratio patitur, nunc deponentium verborum facilitas, quae propter activam passivae formae significationem participium praeter. suppeditant, ut Corn. Nep. II, 7. *tres legati, functi summis honoribus, Athenas missi sunt;* sed deponentium paucitas saepe concinnitatis studium participiique usum prohiberet, nisi alia usurparetur forma vel ratio cogitationum. Nam praetermissa agentis (subiecti) efficientia patientis (obiecti) conditionem malunt ostendere praedicati verbo subiectam, quam Germanorum more particulae pronominisve et coniugationis usu secundariam enunciationem fingere. Quo obiecti usu frequentiore amplior fit praedicati ambitus, cum participium cum nomine suo omnium casuum formas recipiat, quas aliqua praedicati pars requirat, inprimis ablativum, quo non modo locus, unde quid profectum sit, et tempus quod quid sit vel fuerit, sed etiam causa et instrumentum indicatur vel sine praepositione. Casuum enim naturam et vim hanc esse constat, ut indicent, quatenus res quaeque aut per se constans cogitetur, quem subiecti casum nominativum appellant; aut ad cogitantem aliquem referatur, cui subiectivae relationi inservit vocativus; aut qua ratione cum alia re sit coniuncta. Quam obiectivam relationem genitivus, dativus, accusativus et ablativus significant. Ex quibus casibus cum Latini ablativum obiecto, eiusque participio, tribuerent, etiam id effecerunt, ut secundaria enunciatio, non aliunde ea quidem, neque ex verbo neque ex praepositione suspensa, necessitudinis quodam certo vinculo cum primaria enunciatione coniuncta videretur. Etenim ablativus notat causam, qua quid effectum sit. Quod relationis genus non modo eam causam, quae in hominum consiliis posita est, vel instrumentum, quo quid perfeceris, indicat, sed etiam temporis,

o res gesta sit, notationes admodum varias com-
ctitur. Utriusque et causae et temporis notatio
r participium expressa, si urges, nihil praeter dua-
m rerum subiecti et obiecti comparatam praesentiam
l consecutionem significabit. Concessivam vero et
aditionalem notionem e nexu rerum coniectura po-
s, absente coniunctionis vocula, assequi studebis.
nius generis ablativum grammatici *absolutum* appel-
it rectius quam illum, qui praedicati partem efficit.
odem igitur iure Ciceroni, quo dixit Div. II, 56.
rrhi temporibus iam Apollo versus facere desierat,
cere licuit Tusc. I, 10. *Pythagoras*, *Tarquinio*
gnante, *in Italiam venit*, quia participium ex ortu
o temporis notationem duxit, et Liv. III, 2. *Cra-*
no die, *oriente sole*, *redite in pugnam*, ubi bis
les ablativo factam temporis significationem. — Nec
inus praeteritam rem eodem casu indicarunt, si
ando tempus, quo quid accidisset, ex notissimo
o eventu cognosci vellent, ut Liv. IV, 4. *Consules*
nquam fuerant: regibus exactis, creati sunt. Cic.
o Flacc. 20. *Pompeius*, *captis Hierosolymis*, *victor*
illo fano nihil attigit. Quibus locis si tertium
dideris Tac. Hist. III, 19. *Milites Antonii expug-*
tae urbis Cremonae praedam ad militem, *deditae*
duces pertinere dicebant; eam animadvertes varie-
em, quae est in praeteriti participii usu maxime
servanda. Primo enim loco reges exacti com-
morantur, quorum in primaria enunciatione nulla
atio fit; altero loco si quaeris, quis urbem ceperit;
o verborum ordine et Pompeii victoris nomine,
tio loci posito, satis indicatum est, a Pompeio
ptas esse Hierosolymas. Tertio denique loco Ta-
us participio instructam enunciationem non erat cur
lativo casu efferret, cum aliud primariae enuncia-
nis vocabulum *(praedam)* genitivum *urbis Cremonae*
stularet. Ita duplex exstitit concinnitatis modus,
erum intelligo in participii usu, alterum in praeter-
ttendo pron ine *eius* (hoc enim opus fuisset, si

praecederet *expugnata urbe, Cremona*) cuius genitivi urbs Cremona in se recepit, positum. Cauteque o timus quisque scriptor providit, ut salva demum p spicuitate, cum omni participio, tum ablativis uteret vitandoque ambiguitatis obscuritatisque vitio concin tatis laudem orationi afferret. Nam ut conditio *(captis Hierosolymis)* auctorem dixi ex nexu verbor posse intelligi, sic obiecti conditio temporis notati nem saepe etiam aptius et gravius, quam efficien actio, significat. Negotium enim transactum vel i gesta et eventus fere magis spectari solet, quam qui suscepit rem vel gessit, ut Caes. b. G. V, *Accepta oratione eorum, Caesar obsides imperat.* Qua quam cum praecessisset *Qua re nunciata Pirustae leg tos ad eum mittunt*; ex ipsa rerum conditione appar Caesarem legatorum orationem accepisse. Quis aut rem nunciaverit, scire nemo vehementer cupierit. C ad Fam. VI, 1. *Perditis rebus omnibus, tamen ip virtus se sustentare potest.* Cum non virtus dici p sit res omnes perdidisse, sed homo, cuius virtus e ex ablativo, qui vere est absolutus, statim ab ini posito aliquid ad primariam sententiam redundat g vitatis. Quin etiam simplicis participii, quod, ut sup dixi, substantivi vel pronominis partes in se recep ablativo absoluto Cic. usus est Agrar. II, 2. *M errato* (si erravi) *nulla venia, recte facto, exigua la et ab invitis expressa proponitur.* Offic. II, 12. *A iuncto vero, ut* —. Illud autem tenendum est, par cipii praesentis, aut praeteriti, quod alicui event indicando inservit, ablativum non facile reliquis su stantivorum ablativis, instrumentum vel locum sig ficantibus addi, nisi ubi adiicienda iis erit tempo notatio. Quare Cic. Acad. II, 12. *Ut necesse e lancem in libra, ponderibus impositis, deprimi, sic* et Philipp. II, 9. *Quidnam homines putarent, si tu occisus* (Clodius) *esset, cum tu illum in foro, i spectante populo Romano, gladio stricto insecutus e* Quorum locorum altero ne unam deprimendae lanc

causam, eamque perpetuam, putes indicari, interpretandum est: *ubi pondera imposueris*; altero loco praeter ablativum non aliunde suspensum *inspectante p. R.* eodem casu cum attributo gladii instrumentum ostenditur. — Futuri vero participii act. ablativo Latini rarius usi sunt propterea, quod raro accidit, ut alicuius rei eventus et tempus alius rei gerendae consilio definiatur; sed tamen Plinius scripsit H. N. VI, 27. et XI, 16. *Rex apum non, nisi migraturo examine, foras procedit.* Liv. XXXVI, 41. *Antiochus Ephesi securus admodum de bello Romano erat, tanquam non transituris in Asiam Romanis.* — Denique cum participio substantivorum et adiectivorum tanta est affinitas, ut illius loco substantivo vel pronomini pers. attributa ex ipso ablativo *(te consule)* temporis notationem referant [2]), quam alias solet verbum *esse* sustinere cum particula *dum* v. *cum*, quae tempus indicant. Ita substantiva *puer*, *dux*, *imperator*, alia, munus aliquod certum sive aetatis sive dignitatis significantia ad participii *ducens*, *imperans* al. similitudinem et usum propius, quam reliqua, accedunt. Cic. Orat. III, 23. *Furius noster familiaris, puer didicit, quod discendum fuit*; quocum loco conf. Brut. 33. *Galba orator tanto in honore, pueris nobis, erat, ut eum etiam ediscremus.* Acad. II, 31. *Si quis ex hoc loco proficiscatur Puteolos stadia tri-*

2) Cf. Weissenbornii *Syntax der lat. Sprache.* 1835. §. 124. *Anm.* 1. „Das Object im Ablativ erhält durch das Attribut eine solche Bestimmung, dass es fähig wird die Zeit anzugeben, z. B. wenn zu dem unbestimmten *annis* ein Pronomen oder Zahlwort: *his annis*, *viginti annis*; zu dem an sich keine Zeitbestimmung enthaltenden *Cicerone* hinzugefügt wird *consule*; zu *Hannibale*, *vivo*; zu *Tarquinio*, *regnante*; zu *sole*, *oriente*. Da das Object die Zeit darstellt, in der etwas geschieht, so eignet sich zum Attribut zunächst nur das Part. Praes. Act. und bisweilen das Part. Fut. Pass., während das Part. Praet. mehr dem eigentlichen Ablativ angehört.“

ginta, probo navigio, bono gubernatore, hac tranq litate. Neque est, cur Grammatici hos absol ablativos appellent [3]), illo autem loco Tusc. V, *Dionysius ad mensam eximia forma pueros iussit sistere*, qualitatis ablativum inveniri dicant. I *eximia forma* substantivo *pueros* definiendo pa inservit, atque ablativi *probo navigio, bono gu natore, hac tranquillitate* verbo *proficiscatur.* A germanici sermonis usum illud redolet, quod dic verbi substantivi *esse* participium cum Latini p senti tempori indicando inservire noluissent, eiusu substantivis et adiectivis participii vim sic tribu esse, ut verbalem significationem aeque prae se rent, ac participia. — Interdum etiam ad gra licentiae similitudinem a vulgari verborum nexu L scriptores deflexerunt. Quo illud maxime perti quod ubi duae sententiae exponendae erant, uno ta periodi ambitu coniunctae, in altera ablativo usi participii, cuius substantivum in priore enunciati alium casum induerat. Nec vero temere id fec putandi sunt. Nam Caes. b. Civ. I, 30. *Caralit simul ad se Valerium mitti audierunt, nondum fecto* (Valerio) *ex Italia, sua sponte ex oppido tam eiiciunt*, verba *nondum profecto* significant: *ante quam profectus erat.* Iustin. VI, 2. *Sed Cono seditio militum invadit, quos praefecti regis frau stipendio soliti erant, eo instantius debita poscenti quo graviorem sub magno duce militiam praesumeb* Hic (ut ibid. II, 3. XXX, 3.) *poscentium* exspecta Sed verborum inter substantivum et participium p torum copia participii casum mutatum excusat; qu quam satius fuerat pronomine demonstrativo inte

3) Weissenbornius *(Syntax der lat. Spr.* §. 124. Anm. „Man hat diese Verbindung *(Cicerone consule)* abla absolutus genannt, aber es enthalten diese attributiven bindungen eben solche Zeitbestimmungen, wie die einfa Ablative.“

nendo obscuritatem fugere, ut Cic. pro Sext. 68. *cuius* (Herculis) *corpore ambusto, vitam eius et virtutem immortalitas excepisse dicitur.* Praepositum participium non eodem casu pronomen sequitur ap. Plin. Epist. X, 34. *Ego tamen aestimans novum fieri debere, videris mihi desiderio eorum indulgere posse;* quasi praecessisset *aestimanti*, ad sensum magis, quam ad superiorum verborum formam accommodata locutione *videris mihi* pro *arbitror te.* Haec igitur de praeterito participio passivi.

Sed *praesentis pass. participii*, quod deesse Latinis diximus, damnum levare studuerunt aut praeteriti temporis aut futuri passivi participio. Quamquam ita demum praeterito tempore pro praesenti uti licere intelligitur, si res, quae antea fieri coepta est, nondum perfecta cogitari potest, dum altera geritur. Quare cum possent praesenti participio uti verborum deponentium et neutropassivorum, praeteritum tempus praetulerunt, ut *ausus, gavisus, solitus, veritus* alia eius gen. participia ex animi affectione potissimum ortam actionem aperirent. Nam Caes. b. G. I, 20. *Divitiacus Caesarem complexus obsecrare coepit*, ipsa res etiam suadebat, ut salutatio precibus praecederet. Sed ad nostram causam hoc magis pertinet, quod Caes. b. G. VII, 17. de militibus haec dicit: *ut — pecore e longinquioribus vicis adacto,* (dum pecus — adigebatur) *extremam famem sustentarent.* Liv. XXX, 30. *Melior est certa pax, quam sperata victoria.* Lubentius vero utuntur futuro participii passivi. Quo primum significata necessitas vel officium rei faciendae ad praesens tempus aeque referri potest, atque ad futurum: Cic. Div. II, 72. *Superstitione tollenda religio non tollitur.* Offic. I, 8. *Ac de inferenda iniuria* (quae inferri solet) *satis dictum est.* Nam etiam quae facta sunt latine dicuntur facienda, si ea cogitas in consilio vel consuetudine posita, aut eo tempore, quo geruntur. Quid? quod negando Cicero Offic. I, 2. *Quis est enim*, inquit, *qui nullis officii praeceptis tra-*

dendis philosophum se audeat dicere, comp. II, 4. *ut dando et accipiendo, mutuandisque facultatibus et commodandis nulla re egeremus.* ibid. 23. *aestimandis possessionibus.* Vehementer enim, ut supra dixi, veteres substantivorum in *io* exeuntium usum fugiunt, ubi res participio potest effici. Corn. Nep. XVI, 4. *Itaque haec liberandarum Thebarum propria laus est Pelopidae*, cum *liberatarum* exspectarit, qui non meminerit, non rem transactam, sed ipsam actionem et consilium iure laudari, etiamsi quam honestum consilium fuerit, non ante solet, quam res gesta fuerit, intelligi [4]).

Tertium quoddam genus esse dixi coniunctionis, quae participium inter et praedicati verbum intercedit. Quod relationis genus cum in eo positum sit, ut participium praedicati notionem definiat, pro cogitationum necessitudine triplex esse intelligitur, aut *inhaerentiae*, aut *consecutionis*, aut *communionis*. Cum autem participium temporis habeat notationem, quo conditio aliqua alicui rei tribuitur, eaque enunciatio, quae participium adsciscit, si praedicatum comparas, secundarium locum teneat; ita inhaerere eius notio dici poterit praedicato, si participio expressa conditio vel actio eodem tempore cogitari potest fieri, quo praedicati verbum continetur. Cui relationis generi explicando coniunctivae particulae *dum*, *ubi*, *quando*, *quoties*, hac conditione inserviunt, ut non altera res ex altera, tanquam ex causa, exstitisse cogitetur. Omnia enim in his relationum generibus distinguendis ad eam rationem revocanda sunt, qua res communi ratiocinandi lege inter se coniunctae esse cogitantur. — *Inhaerentiae* igitur relatione iunctae sun

4) Dissentit Madvigius Epistolae crit. ad Orellium p. 137 de hoc Cornelii loco: „*in quo aut liberatarum* (sine codd. cum auctoritate) *scribendum est, quod ego magis probo aut hoc singulari Cornelii dicendi generi tribuendum, in quo tamen mihi non tam multa singularia videntur, quam nonnullis videri scio.*“

enunciationes, quales hae sunt Cic. Nat. D. II, 39. *Aer effluens* (dum effluit) *huc et illuc, ventos efficit.* Neque haec relatio mutaretur, si diceres *Aer effluens — efficiet*, vel *effecit.* Div. II, 56. *Croesus Halym penetrans magnam pervertet opum vim.* Nat. D. II, 40. *Luna — tum congrediens cum sole, tum digrediens et eam lucem, quam a sole accepit, mittit in terras — atque etiam tum subiecta atque opposita soli, radios eius et lumen obscurat, tum ipsa incidens in umbram terrae, cum est e regione solis, interpositu, interiectuque terrae repente deficit.* Binae hae conditiones eodem tempore fiunt. Atque negationis particula praeposita, Liv. I, 35. *Numam — non petentem, in regnum ultro adcitum esse.* Cic. ad Fam. VI, 6. *In bello civili nihil accidit, non praedicente me.*

Si causam intelligis alterius rei esse in altera, secundum relationis genus cogitabitur, neque illis particulis utendum erit, sed aliis ad alterum relationis genus significandum comparatis: quod est in cogitata rerum *consecutione* positum, quae in causae vel effectus, aut in consilii vel eventus notatione cernitur. Consilium, quo aliquid effectum cogitas, non minus quam eventus vel id, quod effectum vere est, coniunctione *ut* indicatur: causam *cum, quia, quod,* significant. Sed ubi causae non par est effectus, vel aliquid contra opinionem accidisse sentis, hanc repugnantiam, in qua alterum est consecutionis genus, concessivis particulis *etsi, quamquam, quamvis*, sequente *tamen*, significas. Addendum genus consecutionis illud est, quod effectum causa terminat, ubi altera res alterius conditione circumscribi cogitatur. Conditionis finibus circumscriptum vel terminatum effectum particulae conditionales *si* et *nisi*, simulatam vero conditionem particulae *quasi, tanquam, velut* sim. indicant. Hae igitur consecutionis et conditionis participio ita possunt pressius significari, ut eventus vel effectus, cuius causa rem factam narras, superiorem locum obtineat, causa vero, vel consilium, par-

ticipii formam induat. Tum etiam illud tenen
est, si causam vel consilium, quo quid factum
inprimis observari velis, non decere participio
sed ea, quae aptissima erit, particula cum verbi
iugatione opus esse, ne tantum de perspicuitate
tentiae detrahas, quantum participii usu afferre
eam volueris concinnitatis. Neque subsidiarii v
posse, *debere*, *velle*, participio veteres scriptores
sunt, sed ipsa coniugatione. — Ad causam rei effe
indicandam participium verbo finito subiectum est
Fam. XIII, 9. *Illud tibi expertus* (quia expertus
promitto et spondeo. Senect. 16. *Servilius A
Spurium Maelium, regnum appetentem* (propterea
appetebat) *interemit*. Liv. V, 13. *Anxur in Vo
brevi receptum est, neglectis die festo custodiis u*
Effectum vero Cicero participio describere non
ausus, nisi aliunde efficientiae notio eluceret,
solo participio non potest satis indicari Fin. III
*Quaero, nonne tibi faciendum idem sit, nihil di
bonum — reliquarum rerum discrimen omne toll*
pro *ut dicas — tollas:* quamquam in pronomine *i*
quod comparativa vi sua, ut graece fit, dati
secum iunxit, constructionis causa quaerenda est
Consilium, quo quid fiat vel factum sit, brevi
studiosi scriptores historici magis, quam philos
vel oratores, praetermissa coni. *ut*, vel relativo
nomine *qui* cum coniunctivo, participio futuri ut
que aperiunt, ut Flor. VI, 1. *Catilina ad praet
tum a Manlio in Etruria exercitum profiscitur,
illaturus urbi*. Liv. IX, 10. *Veturius et Postu
traditi sunt Fetialibus Caudium ducendi*. Cic
Att. IV, 2. *Consules porticum Catuli restituer
locarunt*. — Ubi minus conveniens causae vel c
lio eventus fuerit, hanc quasi quandam repugnan
participium aeque potest indicare, atque conce
particula cum verbi coniugatione, Cic. Orat. II,
Risus interdum ita repente erumpit, ut eum cupi
(quamvis cupiamus) *tenere nequeamus*. Concess

a participii non raro sequens *tamen* adiuvat, ut c. ad Fam. VI, 1. *Perditis rebus omnibus, tamen a virtus se sustentare potest.* Quid? quod historici tissimum scriptores participio concessivam particu- n adiungunt. Iust. XII, 1. *Agis, rex Lacedaemo- rum, etsi a multitudine victus, gloria tamen omnes it.* Suet. Caes. 70. *Caesarem milites quamvis recu- ntem ultro in Africam sunt secuti.* — Conditionalis rticulae adiumentum participium haud desiderat: ies. b. G. V, 39. *Acgre is dies sustentatur, quod nem spem hostes in celeritate ponebant atque hanc lepti victoriam* (si adepti essent victoriam) *in perpe- um se fore victores confidebant.* Cic. Fin. II, 35. *laximas virtutes iacere omnes necesse est, voluptate minante.* Cic. Leg. I, 14. *Quaenam sollicitudo xaret impios, sublato suppliciorum metu.* Nimirum sententiarum comparatio et coniunctivus modus con- tionalem vim participii satis indicat. At *nisi* si esset, propter negandi particulam exceptio non in- lligeretur Cic. Orat. II, 42, *Non mihi, nisi admo- to, venisset in mentem.* Nec magis omittere licebit *asi* vel *tanquam*, ubi simulata vel ficta conditio est, Liv. XXXVI, 41. *Antiochus Ephesi securus ad- dum de bello Romano erat, tanquam non transituris Asiam Romanis.*

Ad tertium relationis genus, quod in *communione* e. in consociatione et disiunctione positum est, nificandum eae quidem particulae pertinent, quae m aequabilitate quadam consociatas vel disiunctas unciationes ad idem subiectum referunt, *et — et; que — neque; aut — aut*: nec potest participiis, si illae praecesserint, ista consociationis vel dis- ictionis aequabilitas significari; quam simpliciter sita coniunctio *et*, ut adversativa *sed* sine obscuri- e interdum omissum in altera parte *quidem*, quod accedere solet, satis indicat. Ut enim semel po- a coniunctio *et* diversas notiones coniungit, sic ssociatio, per *quidem* et *sed* vel per unum *aut* in-

dicata, eiusmodi est, ut ex ipsa vocabulorum oppositione vel sine particula vera possit participii interpretatio exquiri. Caes. b. Civ. I, 14. *Pompeius, pridie eius diei ex urbe profectus, iter ad legiones habebat, quas a Caesare acceptas in Apulia hibernorum causa disposuerat* (pro *quas acceperat et — disposuerat*). Liv. XXXVI, 10. *Oppidum Gonni viginti millia ab Larissa abest, in ipsis faucibus saltus, quae Tempe appellantur, situm.* pro *abest et — situm est*: quam interpretationem suadet etiam verborum collocatio. Quamquam haec consociatio saepe non nisi lenissimo discrimine ab inhaerentiae genere, de quo diximus, differt. Facilius distingui ea participia possunt, quorum sententia a verbi finiti notione tantum discrepat, quantum *quidem* ab adversativo *sed*, ut Corn. Nep. I, 7. *Miltiades capite absolutus*, (quidem, sed) *pecunia multatus est.* Quod dissociationis genus non debet confundi cum concessivae periodi ratione, in qua inest repugnantia cogitationum. Quae autem adversativam vim habent, non totius sententiae, sed alicuius vocabuli oppositione disiunguntur: ut h. l. ablativis *capite* et *pecunia* significatur, qui capite absolutus sit, eum non idcirco omni poena absolutum esse. Similiter Cic. Fin. IV, 2. *Veteres Peripatetici Academicique, re consentientes, vocabulis differebant* Nam re quidem consentiebant, sed vocabulis differebant: ne quis interpretetur *etsi re consent. tamen vocab. diff.* Animadvertenda est enim participio adiuncta vox, cuius ope demum vera huius oppositionis natura declaratur.

Haec igitur sunt relationis genera, quorum vis qualis in participiorum usu esset, etsi dudum satis cognitum fuerat, non tamen sic memineram exposi tum me legere, ut hic grammatices locus libidini careret, cuius culpa non omni illa, quae divulgat libris est, grammatica institutio vacare videbatur.

VII.

COMMENTATIO GRAMMATICA

DE

CONSTRUCTIONE ENUNCIATIONUM IN SERMONE LATINO.

Ea pars doctrinae grammaticae, quae est de :onstructione, quam *σύνταξιν* Graeci vocant, modo- ·um et rationum varietatem continet, quibus animi :ogitationes, ad rationis normam et ad suum cuiusque ıermonis usum verbis expressae, inter se coniungi, :oniunctaeve distingui et explicari possunt. Duplex :st autem doctrinae de constructione munus: unum, ıt et ratiocinatione et experientia magistra doceat,]ua lege subiectum et praedicatum, in quo utroque nter se copulando omnis cogitatio vel enunciatio po- ıita est, coniungantur; alterum, ut rationem exploret,]uae inter plures enunciationes, vario sese admira- ›ilique compositionis modo excipientes, intercedat.)uae cum rebus et sententiis sic esse accommodanda ·ideretur, ut acriter instantem pugnantemve membra-

tim et incisim dicere deceret, orbis autem memb
rum contextus et conclusus fluminis lenitatem im
retur; veteres et multi recentiores grammatici s
habuerunt orationis partes, earumque vim et us
describere: quidquid de enunciationum circuitu
comprehensione praecipiendum esset, id totum
rhetoricam institutionem vel ad dialecticen transm
runt [1]). Et qui in sermone latino erant nati,
Cicero et Quintilianus [2]), verborum compositio
ad sensum et ad numeri potissimum suavitatem r
lerunt; structuram vero natura duce stilique ad c
tata comparati exercitatione effici existimarunt, r
magnopere curantes, ex quibus cogitandi vel ra
cinandi modis formae ducerentur, quibus cogitatio
possent apte, perspicue, graviter dicendo expro
Sed nostra aetate plures Viri docti exstiterunt,
enunciationum inter ipsas coniunctionem explorar
easque novae divisionis nominibus distinguerent.
non satis esse putarunt, *pares* inter se enunciati
ab iis, quae alicui enunciationi *subiectae* essent,
coniunctionis diversitate secerni, medio loco,
Ramshornio [3]) placuit, *explicativas* enunciati

1) Vid. I. Voss de Construct. p. 310.
2) Quintil. Instit. Orat. IX, 4, 120.
3) Ramshorn *Lateinische Grammatik* §. 175. „Die Ve
dungsweisen bei vollständigen Sätzen (quibus *theilweise*
bundene Sätze opposuit) lassen sich sämmtlich auf die
Hauptarten zurückführen, nach welchen einzelne Satz
mit einander verbunden werden, auf Coordination, Ex
tion und Subordination.“ Idem de explicativis §.
„Ein solcher Satz fängt sich jedesmal mit einem R
an.“ Sed §. 187. demonstrativas particulas *Nam*, *it*
sim. parum constanter illis adiunxit. „Die *coordin*
sic V. D. ait §. 176. zerfallen in correlative, continu
distributive, disiunctive und adversative Sätze.“ Sin
eas, quas dixit *subordinirte* Sätze, h. e. aliunde susp
quas ipse V. D. sentit §. 190. magnam partem explic
contineri, in conditionales, causales, concessivas en
tiones, quae coniunctivum postularent, divisit, quam

inus commodo nomine et ordine poni; sed Bernardio praeeunte alii, ut Thiersch [4]) et Schmitthenner [5]) secundariae enunciationis varietates, ad ubstantivorum et casuum similitudinem non eodem odo revocatas, diviserunt; alii, Herlingium [6]) et rügerum [7]) intelligo, grammaticam enunciationum ivisionem a logica distinguunt, quae cum ad materiam cogitationum pertineat, inhaerentiae, et loci ac emporis, et consecutionis relatione contineatur. *Grammaticam* enunciationum divisionem ad formam cogitationum volunt referri, eamque, quod mireris, priore oco ponunt [8]). Primariae enunciationes cum sui iuris

---

cum indicativo coniunctas nec licuit praetermittere, nec praetermisit. [Cf. *Jahrbücher für Philol. u. Pädag.* VII, 3. p. 258. seq.] Zumptius satius esse putavit, enunciationum divisionem nullam instituere, sed ea, quibus opus videretur, ubi de pronominis relativi usu et de coniunctionum vi et significatione disputaret, animadvertere.

4) *Griechische Grammatik von* Friedr. Thiersch. *Dritte Aufl. Leipz.* 1826.

5) *Teutsche Sprachlehre für Gelehrtenschulen von* Fr. Schmitthenner. *Zweite Aufl. Herborn* 1826.

6) *Grundregeln des deutschen Style oder der Periodenbau der deutschen Sprache von* Dr. S. H. A. Herling. *Frankf. a. M.* 1823.

7) *Erörterung der grammatischen Eintheilung und der grammatischen Verhältnisse der Sätze; nebst einer Beurtheilung der von* Bernhardi, Thiersch, Schmitthenner *in der Lehre von der Satzfügung befolgten Methode — von* G. T. A. Krüger. *Frankf. a. M.* 1826.

8) Vid. Herling. l. c. §. 1. seqq. compar. §. 39. seqq. Krüger l. c. quamquam §. 6. p. 7. scripsit: „Hiernach wird es klar: dass, wenn in einem (dem Hauptsatze einzufügenden) Nebensatze eine solche Umschreibung eines substantivischen Begriffs enthalten sein soll, die Wahl der grammatischen Form desselben sich nach der Beschaffenheit des auszudrückenden Gedankens richten wird, und dass diese Form nach Verschiedenheit des Gedankens verschieden seyn muss.“ nihilominus p. 8. addit: „Die Sprachlehre aber hat es in dem Kapitel von der Satzfügung zunächst mit der Nachweisung der grammatischen Unterschiede und verschie-

sint, neque grammaticae divisioni obnoxiae, se darias ita demum posse primariae enunciationi su existimant, si aliquam partem eius enunciationis, subiectae sint, in sese recipiant exprimendam. I autem eas partes, quarum locum, cum certam n nem indicent, secundaria enunciatio sustinere po substantivum, adiectivum, adverbium. Hinc no volunt duci enunciationis secundariae, quae si stantivi sit vicaria, a substantivo appellanda sit (*stantivsatz*), qua potissimum obiectum accusativo infinitivo vel particula *ut* expressum circumscribi si relativi pronominis ope pro adiectivo ponatur, iectivam esse enunciationem (*Adiectivsatz*); si den adverbii locum teneat, adverbialem (*Adverbials* cui coniunctiones, exceptis iis, quibus prima enunciationes inter se ad quandam aequabilitatem iungantur, omnes (*quia, cum, si, quamquam* s inserviant. Substantivas enunciationes Krüge dicit *pendere* e praedicato; adiectivas et adverb alicui praedicati parti *inhaerere* [9]). Atque trip

denen grammatischen Verhältnisse an den mit einande sammenzufügenden Sätzen zu thun; dieser aber ist di örterung der logischen Verschiedenheiten der Sätze unt ordnen." Quid vero? si ne grammatica quidem ista ciationum constructio, quae his Viris doctis placuit, nec mente nec usu teneri, nisi cogitationis vim et rati ante cognoveris, cuius signum est enunciationis f [Explicatius de hac re Aug. Grotefendius cum lingio paene consentiens exposuit in hoc libro: *Con tar zu den Materialien lat. Stylübungen.* Exc. VIII. *Haupt-Grundsätze und Regeln für die römische Sat bindung.* ...*Hannover* 1825. Idem Vir D. adversus lingium disputavit in libro a. 1827. ibidem edito: *G züge einer neuen Satztheorie in Beziehung auf die rie des Herrn Prof.* Herling. inprimis IV. *Unter dung der grammatischen und logischen Verhältniss Vorstellungen und Sätze.* p. 69. seqq. et V. *Uebe der Abweichung von der Herlingschen Theorie.* p. 87.

9) Krüg. §. 17. illud pro certo haberi posse dicit: „da grammatischen Verhältnisse bei der Zusammenfügung e

ius generis formas inter se saepe permutari [10]), altera, alterius vicaria, saepe etiam abruptius, intractius ellipticeve [11]) ponatur.

---

ner Sprachtheile in dem einfachen Satze alle auf *Dependenz* und *Inhaerenz* (Congruenz) hinauslaufen, d. h. mit andern Worten entweder einer *durch den andern regiert*, bestimmt, von ihm abhängig, oder als *in demselben enthalten* erscheinen." At nullius vocabuli forma alteri vocabulo dici potest, nisi in vocabulorum compositione, inhaerere, sed altera alteri notio vel cogitatio. Vocabula alterum ab altero rectius dicuntur regi, vel adiectivum totum sese ad substantivum applicare, adverbium ad alteram vocem accedere. Herlingius horum nominum (Inhaerenz et Dependenz) usum, e logica disciplina male translatum, Krügero non invidebit, praesertim cum Bernhardi *Anfangsgründe der Sprachwissenschaft* iisdem fere vocabulis technicis alia significatione longe aptius usus sit §. 89. n. 17. ap. Krüg. l. c. p. 33. „Der Nebensatz verhält sich zum Worte des Hauptsatzes, dem er inhaerirt, als dependente Ausbildung eines einzelnen Satztheiles. — Der zusammengesetzte Satz ist die Form der Dependenz in der syntactischen Reihe. Derjenige Satz, welcher die Dependenz veranlasst, heisst *Vordersatz*, der dependente Satz *Nachsatz*." [Inhaerentes enunciationes (*Inhaerenzsätze*) A. Grotefendius l. c. p. 88. appellat: „die Adjectivsätze, insofern sie nicht zu den Relativsätzen gehören." Substantivae vero et Adverbialis enunciationis loco ponit „*Subjects-* und *Dependenzsätze*."]

10) Exempla praebet Herl. l. c. p. 14. „In dem Gliedersatze: „*Er sagte ihr, damit sie mehr Vertrauen zu ihm fassen möchte, was er wusste.*" ist „*damit* ...." ein Substantivsatz statt eines Adverbialsatzes (mit dem Wunsche oder Endzwecke) „*dass* ...." und wie „*das Gewusste*" ein Adjectiv ist, welches substantivisch stehet, so ist der Satz „*was* ...." Adjectiv statt eines Substantivs. Idem p. 17: „*Wo er ist, kannst du nicht froh seyn.*" „Wo ..,.." ist ein adjectivischer Substantivsatz statt eines Adverbialsatzes. Einen Adverbialsatz zeigt schon die Form des Nachsatzes an." Apparet impeditiorem hanc permutationis explicandae rationem esse, quam ut, etiamsi vera esset, puerorum institutionem hac exercitatione velimus torqueri.

11) Herlingius p. 33. seqq. et p. 56. seqq. grammaticam ellipsin a logica sic distinguit, ut grammaticam ponat in omissione necessariae alicuius partis enunciationis vel periodi,

Hanc grammaticae constructionis rationem lingio-Krügerianam secutus, si quemlibet latini monis locum velis interpretari, quam sit hoc nullo denique fructu proposito, impeditum, ieiunum, quam a natura rationis et orationis alie videbis, ubi, quod illi Viri d. postulant, log rationem cogitationum seiunxeris, qua construc

---

quam nisi intelligas, manca forma sit. Male vero exemplum adhibet „*Er schreibe mir seine Meini* ergänze „*ich wünsche, dass* ....." Ita vero omnis coniunctivi pro imperativo atque etiam optandi vis, qu eodem modo inest, ellipsin ostendet, ut *Di melior* cogitando verbo *ferant* expleas, ne hoc quidem secu Herlingii rationem satis erit, sed intelligendum *o ferant.* Logicam ellipsin ad sententiam revocat. De tertium genus, grammaticum idem et logicum, addit *würde es besser machen.*" Insofern hier ein conditi Satz fehlt, ist die Ellipse logisch: insofern hier der ditionale Satz adverbial ist, erscheint die Ellipse als grammatische Ellipse." At quaeri tantum illud p sitne signum eius notionis, vel cogitationis, quae cum o sit, intelligi tamen possit. Si nullum omissae cogita indicium est, ut h. l. in coniunctivo; ne cogitari qu omissum quidquam potest. Sed manca simul cum ors sententia est. Ceterum ellipsin Thiersch l. c. §. mirum in modum his verbis definit: „*Wer den Geda nicht mit allen Begriffen denkt, die er umfassen l spricht elliptisch.*" Licetne vero cogitare, quod ne is dem cogitavit, qui dixit? Ratio profecto distinguend grammatica, ob quam in ellipsi aliquid omissum est, u manca habenda sententia, cum in aposiopesi manca e ehoata oratio integram habeat sententiam, quia id, deest, maiore cum vi intelligis, quam si esset add *Hannibal ante portam!* ellipsis est, non enim nisi c *est*, ut saepe, omittitur. *Quos ego!* aposiopesis. Gr simum enim quod est, licet intelligi. Quamquam aposio *Di meliora!* (sc. dent) vel *Manum de tabula!* pae ellipsin consuetudine vertit, ut certam quandam vocem possis non intelligere, quae in aposiopesi ad animum movendum incerta est. Cf. Godofr. Hermann. Ex *de ellipsi*, *Vigeri* libro *de praecipuis graecae dict idiotismis*, additum.

observatio et usus carere sane nequit. Quid? quod ne permutari quidem adiectiva enunciatio cum substantiva vel adverbiali potest sine relationis cognitione, qua cogitationum formae, quae huius relationis signa sunt, distinguuntur. Quod ne temere dixisse videamur, exemplum e Ciceronis ep. ad Sulpicium IV, 6. repetamus. *Ego vero, Servi, vellem, ut scribis, in meo gravissimo casu affuisses.* In his primaria enunciatio *Ego — vellem* adiunctam habet adverbialem enunciationem *ut scribis* pro substantiva enunciatione *id quod tu voluisti.* Scripserat enim Sulpicius superiore eiusdem libri epist. *si istic affuissem, neque tibi defuissem.* Reliqua verba *in meo — affuisses* contractam continent enunciationem substantivam pro *ut — affuisses.* Sequuntur haec: *Quantum enim praesens me adiuvare potueris et consolando et prope aeque dolendo, facile ex eo intelligo, quod, litteris lectis, aliquantum acquievi.* Vox *praesens* (pro *si praesens esses*) contracta adverbialis enunciatio est, quae adiectivam formam induit, pro substantivo subiecti posita. Tum *ex eo — quod — acquievi* est adverbialis enunciatio pro substantivo, qua ipsa adiectiva enunciatio continetur. Nam substantivum cum praepositione iunctum dicunt adverbii locum obtinere. Sed quoniam *litteris lectis*, quae est contractior adverbialis enunciatio, eaque ex participii usu adiectivam formam referens, interpositum est, et *aliquantum* sequitur; tria habebis adverbia, ex quibus duo in enunciationes abierunt. Quasi multum referat scire, pro qua parte orationis quaeque enunciatio posita sit: ad formam, quam unam illi sese curare grammatica hac constructione constituenda profitentur, nihil intersit, utrum participio *litt. lectis* utaris, an praepositione *ex litt.* Ne quid iniquius statuere videamur, alio loco molestior etiam adverbialium enunciationum concursus videbitur Epist. l. X, 25. *Multi clarissimi viri cum reip. darent operam, annum petitionis suae non obierunt: quod eo facilius nobis est, quod non est annus*

hic tibi destinatus, ut, si aedilis fuisses, post nium tuus annus esset. Quid, quaeso, tibi cor tus esse videris, si istam rationem secutus doc tres se excipere enunciationes adverbiales *quod n destinatus; ut — esset; si — fuisses?* [12]) Quam ne hoc quidem largiri possumus, eiusmodi enu tionem, ut causalem v. finalem v. conditionalem adverbio adhiberi, eique esse parem. Sua enim q que locutionis observanda vis et ratio est, q similibus loquendi formis et modis differat; ut potius danda sit cogitationi cuique accuratius ex borum compositione cognoscendae, quam neg sermonis varietatibus et discriminibus, ad e tenuioris formae normam explicatior et liberior ciationis species exigenda.

Sed primam erroris causam in eo esse apj quod subiecta enunciatione qualicunque dicunt ali primariae enunciationis partem expleri. Ita d videri debet ea pars, cuius vicem possit alia ciatio subire; eaque, quae deest, erit neces quam cogitationis natura compensari iubeat. Si vero ad integram per se enunciationem amplifica vel ornandam additum fuerit, id quo pacto dici p deficientis partis locum, tanquam vacuum, obti quae non desideratur? Iam relativum pronomen se ferentes enunciationes, quas adiectivas illi a lant, non magis ad grammaticam primariae enu tionis formam et structuram perficiendam perti quam si temporis vel causae aliquam notatione primariam adieceris, ut Caes. VI, 39. *Barbari procul conspicati oppugnatione desistunt: redisse p*

12) Cf. Aug. Grotefendii *Commentar zu den Mater lat. Stylübungen. Exc.* VIII. *Einige Hauptgrundsätz Regeln für die römische Satzbildung.* Qui V. D. p. periculum fecit locum Livii (lib. XXII, 11. *Fabi veniret.*) eodem fere modo, quo nos, ad Herlingia rationem enucleandi.

legiones credunt, quas longius discessisse ex captivis cognoverant: postea, despecta paucitate, ex omnibus partibus impetum faciunt. Tres vides totidem primariis subiectas enunciationes, quas si omiseris, ad grammaticam certe constructionem nihil desideraris: additis primariae non recte dicuntur, quasi inchoata forma sit, perfici, sed tantum, si rei narrandae curam spectas, definiri vel amplificari. In primariis autem his enunciationibus sic nude positis: *Barbari oppugnatione desistunt: redisse primo legiones credunt: postea ex omnibus partibus impetum faciunt*, neque ad grammaticam neque ad logicam rationem quidquam desideres. Interpositae igitur illae secundariae enunciationes nullius partis locum explent, quem frustra quaeras vacuum; sed prima subiectum *Barbari*, altera obiectum *legiones* definit ad evidentiam; tertia causam, cur impetum fecerint, aperit, non quo grammatica primariae enunciationis ratio fiat integra, sed ut explicatior evadat rei narratae descriptio. Mutata ratio est in alio eiusdem capitis loco: ubi Caesar, *Milites*, inquit, *quid ab his praecipiatur, exspectant.* Medio loco verba posita *quid ab his pr.* si defuerint, verbum transitivum obiecto careat, quae est pars ad intelligendam sententiam necessaria, cum nescias, quid milites exspectent. At haec, quae probe erant distinguenda, ab Herlingio et Krügero confunduntur, nulloque discrimine enunciationibus, quae ad explicandam vel definiendam aliquam vocem pertinent, vicarium munus pariter adsignant, atque illis, quibus necessaria eaque, cum deesset, desiderata pars primariae enunciationis circumscribendo compensatur.

Altera erroris, in quem Krügerus post Herlingium incurrit, causa haec est, quod aut substantivi, aut adiectivi, aut adverbii locum dicunt secundaria, primariae ea quidem subiecta, enunciatione expleri. In quibus orationis partibus ut substantivo nomini propter subiecti, quandam etiam obiecti necessitatem aliquid concedamus; adiectivum

adverbiumque inter et secundariam enunciationem
nisi similitudinis ratio ex eadem notionum et co
tionum quarundam relatione oriunda intercedit.
cum ne adiectivi quidem usus ad qualitatem ali
rei significandam, etsi commodissimus et brevissi
necessitatem ullam habeat; comparari quidem
adiectivo vel adverbio secundaria aliqua enunci
in primis relativo pronomine distincta, facile po
munus autem et vicem adiectivi, nedum adve
nullo pacto dici debebit sustinere, neque iustam
dendae constructionis enunciationum causam sup
tabit. Adverbii vis enim et natura haec est,
solum per se rei sive verae sive cogitatae inha
tem qualitatem indicet; non item pro consecut
nota habendum est. Quae quidem relationis rati
alia re pendentem rem earum particularum ope,
ut *si*, *etsi*, *quamvis* sim. coniunctiones appella
ita significat, „ut solae per se intelligi nequ
sed necessario consociatione aliqua cogitationum
digeant, qua vis earum et potestas eluceat.“ [13])
qui interpretis munere recte fungi velit, brev
studium eo negligentiae progredi patietur, ut in
Caesar, postquam frumento exercitui providerat,
fectus est — media verba non ad adverbii simili
nem, sed pro adverbio posita esse defendat?
is hac permutatione simulanda commodi ad inte
tationem attulerit? Cur non, qui scripsit, adv
usus est, si idem brevius dicere poterat, aut,
niam Viri illi docti formam tantum adverbialem,
adverbii munus et locum vacuum quaerunt, quo
dem adverbio id ipsum quod cogitavit, quod p
notiones continet, exprimere potuit? Quae der
ista interpretandi insolentia, si quis formam,
scriptori placuit, pro alia non necessaria forma, c

13) De adverbii et coniunctionis discrimine vid. Herm
librum de emendanda ratione graecae grammaticae Cap.
p. 171.

spuit, positam esse conetur persuadere? Haec per-ersitas quanta sit, facilius etiam intelligitur, ubi diuncta enunciatio proprium habet subiectum, ut ic. Fin. II, 35. *Maximas virtutes iacere necesse est, oluptate dominante*, vel *Quia natura mutari non pot-st, idcirco verae amicitiae sempiternae sunt.* Quis as secundarias enunciationes et reliquas huius generis n adverbii locum venisse opinetur, cum, quia nulla es in primaria enunciatione est, cui inhaereat, quove eferatur, ne fingi quidem et cogitari possit adver-ium, quod causalis enunciationis loco ponatur? — In his igitur enunciationibus, quae coniunctionis ad-umento suum aliquod subiectum ostendunt, ne simili-udinis quidem quidquam cum adverbio, ut illi volunt, leprehenditur. Videant igitur, quam deceat etiam lissimilia dicere esse in orationis constructione sic aria, ut quaevis enunciatio, dummodo coniunctionem rae se ferat, pro adverbio posita videri queat et dverbialis appellari [14]), quin etiam nova enunciatio-um divisio hoc quasi fundamento constitui, quod ecessitate, veritateque careat, impeditioremque red-lat et exilem omnem interpretationem [15]).

14) Krüger l. c. §, 14. ablativos absolutos in his *Coniurati interfecto Caesare, se in Capitolium contulerunt* adverbium dicit substantivi ope circumscriptum et idem denique esse defendit, quod *statim:* quasi intelligi id possit, si dixeris *Coniurati statim se in Capitolium contulerunt*, cum non appareat, qui temporis terminus cogitari debeat. An *coniurati* per se sunt qui Caesarem occiderunt?

15) Idem fere de Herlingiana ratione iudicavit Etzlerus (*Sprach-Erörterungen* 1826. p. 68. seqq.) „Ueberhaupt will mich bedünken, als habe Herling seine dreifachen Nebensätze aus allgemeinern Vorstellungen von Bestimmungsweisen geschöpft, als ihm die Begriffe von Substantiv, Adjectiv und Adverb an die Hand geben konnten. Da er doch aber diese Namen, vielleicht einer Art von Symmetrie wegen (was die Grammatiker so oft verführt), beibehalten, und auf die Sätze übertragen wollte, so ist, indem er ungleichartige Begriffe so gut als möglich in Einklang zu bringen suchte, eine Art von gemischter Darstellung entstanden, der es oft an Deutlichkeit, Bestimmtheit, zum

Meliore quodam iure dicere possis e nciationes, primariae subiectas, alicuius casus locum sustinere substantivi. Relationis enim rationes etiam nominum

---

Theil an Richtigkeit fehlt.“ Idem V. D. p. 76. „Herl. mag von *Adverbialsätzen* sprechen; aber er sage nicht, dass seine Sätze dem unter diesen Namen anerkannten Satztheil entsprechend gegenüberstehen, denselben umschreiben, ergänzen, vertreten; es ist nichts als das Substantiv mit seinen mannigfachen Functionen, was allen den bisher betrachteten Bestimmungssätzen des Verbs zum Grunde liegt, oder doch ihrem Begriffe am nächsten steht.“ — — Tum p. 77. „Was nun endlich *adjectivische* Sätze betrifft, so sollen das unstreitig diejenigen seyn, welche man sonst *relative* zu nennen pflegt. Der Name adjectivisch deutet ihre Eigenthümlichkeit schlecht an, und führt auf Missverständnisse.“ — — et p. 78. „Nur des einen Punktes muss ich nochmals erwähnen, der für diese ganze Untersuchung so wichtig ist, dass nämlich bei Vergleichung coniunctionaler und relativer Satz-Bestimmungen letztere nicht ohne das Wort, durch dessen Abgebung sie eben zu Relativsätzen werden, betrachtet werden müssen. Herling hat dadurch, dass er es unberücksichtigt gelassen hat, in seine Darstellung Schwanken und Verfehlniss gebracht.“ — — Denique Etzlerus p. 80. — „so erhält eine Satzbestimmung wie „„Bettler werden Fürstenbrüder, *wo dein sanfter Flügel weilt*““ (ich dächte, ein reiner blosser Relativsatz) die Benennung *eines adjectivischen Substantivsatzes statt eines Adverbialsatzes* §. 9. Das ist doch eine gewaltig complicirte Terminologie, die allein schon von dem Parallelisiren der untergeordneten Sätze mit Substantiven, Adjectiven und Adverbien abschrecken könnte.“

Praeter Etzlerum, qui Steuberum nactus est censorem, vid. *Jahns Jahrb. für Philol. u. Paed.* IV, 2. p. 185. seqq. conferenda sententia est Aug. Grotefendii, cuius Excursum VIII. Commentario suo additum paulo ante laudavi. Qui Vir D. duobus annis post (1827) edidit: *Grundzüge einer neuen Satztheorie in Beziehung auf die Theorie des Hrn. Prof. Herling dargestellt.* In quo libro cum multa bene sunt disputata, tum illud: p. 74. „Wenn wir den Unterschied der grammatischen und logischen Formen richtig aufgefasst haben, so ist die Herlingische Theorie der logischen Satzeintheilung in vielen Rücksichten unstatthaft. Ueberhaupt lässt sich die logische Eintheilung der

asibus significantur, ut genitivus et accusativus cum ativo inhaerentiae rationem h. e. substantiam et ccidens indicent, ablativus instrumentum, in quo onsecutionis vel causae et effectus latet significatio, uae praepositionum usu admodum acuitur. Enuniationum vero cum maior sit amplitudo ac varietas; trumque relationis indicandae genus iucundum quilem et utile saepe sit comparare et enunciationis ormam cum aliquo substantivi casu conferre: sed enuiore nominis forma explicatiorem verborum comrehensionem interpretari, vel ipsas enunciationes ad uius similitudinis normam dividere alienum debet ideri. An concessivam vel conditionalem enunciatiem facilius putemus perspicere qui opinetur, *Quamuam bonum gubernatorem habebat, fracta tamen navis st*, pro ablativo *bono gubernatore fracta tamen navis st* dici? Immo ablativi usum interpretari debueris olutioris enunciationis et particulae concessivae adjumento. Ita apparet, quibus finibus illud contineatur, uod Schmitthennerus[16]) enunciationes secunda-

Satzformen von der grammatischen nicht gut trennen, wenn beide in Betrachtung gezogen werden sollen." Extremo hoc libro quinto capite quod inscripsit: *Uebersicht der Abweichung von der Herlingschen Theorie.* n. 4. p. 88. Vir D. sic ait: „Die von Herling gewählten Benennungen charakterisiren keinen formellen Unterschied, und gründen sich auf die irrige Vorstellung, dass nur Substantiva selbständige Vorstellungen bezeichnen, und alle Vorstellungen, die als Merkmale einer andern einverleibt gedacht werden, Adjectiva sein müssen. Uebrigens können wir weder substantivische Adjectiv- noch substantivische Adverbialsätze anerkennen."

5) Vid. I. c. §. 24. 211. 216. Anm. 2. „Die Grammatik als Unterrichts-Gegenstand betrachtet, so ist die Declination der Sätze die wichtigste Uebung von allen. — — Man kann bei dieser Uebung — den Satz nach den acht Verhältnissen und ihren Unterarten abwandeln lassen." Idem Vir d. primariam enunciationem in tria genera dividit §. 217. „Der Hauptsatz heisst ausserdem nach seiner Bedeutung 1) Erläuterungssatz, 2) Gegensatz, 3) Folgesatz." Secun-

rias iussit in puerorum exercitatione declinari, h. e. cum casuum varietate comparari. Qua mente Vir doctus ablativum casum in quatuor casus dissolvit, in *modalem*, *causalem*, *localem* et *temporalem*, quae vernacule magis, quam latine, praepositionibus distinguuntur, si ablativi forma minus accurate relationem denotet. Idem Vir d. distinguit enunciationes, quae notionem continent, *(Begriffsätze)* ab iis, quae iudicium significant *(Urtheilsätze)*; illas declinari posse, has coniunctionum adiumento efferri. Hanc probabiliorem enunciationum declinationem ad relativum pronomen potissimum pertinere, multumque ex ipsa similitudine afferre suavitatis et varietatis largiamur; necessitatem nos nullam deprehendimus.

Admodum diversa Thierschii ratio est. Qui postquam l. c. §. 312. docuit, copulativas, continuativas, adversativas, exclusivas particulas singulis eiusdem enunciationis partibus pariter ac enunciationibus vicinitatis vel successionis quodam iure inter se coniungendis inservire, quam παράταξιν appellat; laxiori huic constructioni σύνταξιν §. 313. opponit, qua triplex relationis genus censet comprehendi. Quorum quod primum est, eas enunciationes continet, quae relativi pronominis adiumento alicui primariae enun-

---

darias enunciationes sic distinguit, ut primo loco ponat §. 18. I. *Abhängige Nennsätze* (quatenus substantivo pares sunt, quod casibus declinatur). Ein solcher Satz kann nun stehen *a)* als Subject, *b)* als Object, *c)* in den Verhältnissen, welche an dem Hauptworte durch die Fallformen dargestellt werden. II. *Beisätze* (Adjectivsätze, Relativsätze). III. *Nebensätze* (Adverbialsätze) nennen wir diejenigen Bestimmungssätze, denen, obwohl *natürlicher Weise nicht ganz genau* ein Nebenwort entspricht." Ita ipse sentit, quo iure ab adverbiis ducatur enunciationum denominatio. Hoc illud est, quod in Herlingio-Krügeriana enunciationum divisione reprehendimus. [Explicatius haec exposuit Schmitthennerus in libro a. 1828. edito *Ausführliche teutsche Sprachlehre nach neuer wissenschaftlicher Begründung.*]

ciationis voci ad *ablativi* [17]) similitudinem adiungun-tur. Alteri enunciationum generi *genitivi* relationem tribuit, quae non ad unam vocem, sed ad totam enunciationem primariam perficiendam vel explendam pertineat [18]). In quo locus patebit particulis *cum* et *quia*, *quandoquidem*, verae rei causam significantibus, et conditionalibus *si*, *etsi*, quae cogitatam causam indicant. In utroque genere *quietam* [19]) Vir d. rerum vel notionum esse conditionem et relationem animad-vertit; tertii generis enunciatio eodem iudice propriam quandam refert *efficaciam* [20]), qualem accusativus in-

17) Thiersch. l. c. §. 247. „Werden zwei Gegenstände in äusserer Verbindung oder *aneinander* gedacht; so stehen sie im *Ablativ-Verhältnisse.*“ et §. 316. 1. „Zwei Sätze werden aus der einfachen Verbindung, aus dem *Nacheinander* oder der Parataxis herausgehoben und *aneinander* gefügt, wenn der hintere von einem Begriffe des vordern eine nähere Bestimmung enthält, und deshalb auf jenen Begriff bezogen wird. Man sieht, dass dieses Verhältniss der Sätze vollkommen dem Ablativ-Verhältniss der Nomina entspricht, und da diese Aneinanderknüpfung durch das Relativ geschieht, so werden wir diese Sätze *relative* nennen.“

18) Ibid. „Wird aus der innern Verbindung der Gegenstände einer herausgehoben, und in Verhältniss zum Ganzen gesetzt, so stehen beide im *Genitiv-Verhältnisse.*“ et §. 317. 1. — — „wie in jenem (Genitiv-) Verhältniss der Begriff mit dem Zeichen des Genitivs als Ergänzungsbegriff erschien, so wird hier der durch die Partikel (*als — da — wenn — so oft — weil*) mit dem andern vereinigte Satz als *Ergänzungssatz* können bezeichnet werden.“

19) Ibid. §. 246. 4. „Die Verbindung zweier Gegenstände lässt sich denken als eine *ruhige* und als eine *thätige*. Bei jener wird keine Wirkung des einen Gegenstandes auf den andern gedacht, wohl aber bei dieser.“ et §. 247, 1. „Die ruhige Verbindung zweier Gegenstände ist entweder eine *innere*, die Gegenstände werden *ineinander* gedacht, oder eine *äussere*, die Gegenstände werden *aneinander* gedacht.“

20) Ibid. §. 248, 2. „Zwei Gegenstände, die in *thätiger* Verbindung gedacht werden, stehen im *Accusativ-Verhältnisse.*“ et §. 318, 2. „Es kann aus einem Satze der accusative Theil des Prädicates herausgehoben und in einen

dicat, si quid vere esse observaris, ut sentiendi, declarandive verbis utendum sit cum accusativo et infinitivo, vel si quid esse aut fieri volueris, vel ad significandam rem aliquam propositam; quo coniunctio *ut* cum coniunctivo maxime pertinet. Quod tertio loco diximus, Thierschio placuit non aptissimo nomine *transitivum* appellare. Quis enim in his *rogo, ut maneas*, transitivam enunciationem non priorem, *rogo*, dixerit, sed eam, quae e transitivo verbo pendet, *ut maneas*? Tum enunciationum divisio in quiete et actione sententiarum posita speciem tantum habet veritatis. Quidni enim eodem iure instrumento, quo quid fit, vel causae ac rationi, cur quid factum esse dicitur, actionem tribuas, quo observatae vel postulatae rei? Quae vero animadvertimus accidentia, non efficiunt aliquid, sed patiuntur, cum ii, quos rogamus vel impellimus, ad agendum excitentur. Quamquam haec enunciationum divisio hac parte commendatur, quod a simplicitate enunciationum vicinarum profecta, ad arctiorem deinde nexum vel propinquitatem fit quaedam progressio.

Nunc quid ipsi sentiamus, dicendum est. In enunciationum constructione exponenda primum quaeritur, secundaria enunciatio quae sit et cur omnino fingatur, deinde quomodo distincta ad primariam referatur. Unaquaeque enunciatio ut cogitationem aliquam exprimat, subiectum h. e. rem, de qua quid dicitur, et praedicatum seu id, quod de subiecto dicitur, copula utrumque, quae in praedicati verbo inesse solet, coniunctum continet. Si verba, quibus cogitationem expromere velis, non possunt, quia, si minus novo subiecto certe praedicato novo opus est,

---

eigenen Satz ausgebildet dem vorangehenden verbunden seyn. Das transitive Verhältniss, in dem er als Theil des Prädicates zum Ganzen stand, ist dadurch nicht aufgehoben worden, und besteht fort zwischen den Sätzen, weshalb wir den hintern den *transitiven* Satz nennen werden."

eiusdem enunciationis finibus comprehendi; altera nascitur enunciatio, cui saepe idem accidit, quod illi, unde nata est, ut suae cogitationis partem in propriam enunciationis formam abire patiatur. Ita iustissima causa fit alterius cogitationis ex altera colligendae et secundariae enunciationis constituendae, quae iuris quodam ac necessitudinis vinculo cum primaria h. e. ea enunciatione, unde profecta est, non potest non esse coniuncta. Quae autem res inter se coniunctae sunt, earum altera aut inest in altera, aut ex altera nata est, aut iuxta alteram propter aliquam congruentiam posita. Itaque triplex est relationis vinculum, quo quaeque notio vel cogitatio ad alteram propter ortus sui et naturae propinquitatem referatur. Quarum rationum prima est *inhaerentiae*, quam philosophi appellant, cum aliqua res alteram rem continet, aut ab ea continetur, ut substantia sit aut accidens. Similiter cogitatio vel enunciatio inest in altera, ad cuius aliquam partem sese tamquam attributum, pronomine relativo vel comparativa vocula *ut*, *quam*, *quantum*, *quoties* intercedente applicat, vel ea, quae obiecti instar nunc imitatur accusativum, infinitivo comite addito, nunc particulae *ut*, *quod*, *si*, *cur*, *an* sim. prae se fert, vel ea, quae, ut pars toti, inhaeret, id quod particulis *cum — tum* significatur, vel ea, quae rem ostendit eodem loco aut tempore factam. Hinc particulae *ubi*, *dum*, *quando*, sim., quae relativa vi quadam sua arctius sese ad primariam enunciationem applicant, quam quae voculae novam, et quasi sui iuris factam, enunciationem aperiunt, ut *Interea*, *Eodem tempore*, *Simul*, *Similiter* al. Quo loco etiam participii usus animadvertendus est, cuius forma et particulas praesenti tempori convenientes in sese recipit, et contractiorem effert huius generis enunciationem.

Altera relationis ratio *consecutio* appellatur, qua enunciatio, tamquam causa vel effectus, cum primaria coniuncta esse cogitatur, quia ex aliqua primariae

parte natam profectamque rem aut id significat, quo aliquid effectum sit. Causa vero non modo ea intelligitur, quam arctiore significatione causam dicimus, sed etiam ratio, finis, consilium, quo quid suscipitur, vel efficitur: a qua est effectus vel eventus distinguendus. Causam vero alicuius rei veram *quia*, *quod*, *quoniam*, *cum* indicant, relativae eae quidem particulae, quarum lenitatem seseque applicandi et insinuandi facilitatem illativae particulae, et causales et conclusivae, respuunt, ut *Nam*, *enim*, *Quare*, *Itaque*, *Ergo* sim. Cogitatam causam indicantes particulae *si*, *nisi* effectum vel eventum terminant, aut, ut *quatenus*, restringunt; quod si prae metu fit, ac suspicione, *dum*, *modo*, *dummodo* adhibeas. Tum etiam causam effectui contrariam *etsi*, *quamvis*, *quamquam*, vel simulatam *quasi*, *tanquam*, *veluti* indicant. Et quoniam ea, quae ex alia re oriuntur, non eodem cum ipsa causa tempore esse cogitantur; enunciationes secundariae, quae particulis *antequam*, *priusquam*, *postquam* instructae sunt, ad alterum relationis genus, ipso etiam consecutionis nomine suadente, non minus videri debent pertinere, quam coniunctionem *cum* prae se ferentes cogitationes. Eaeque fere omnes particulae cum aut ipsae ponantur, aut contractiore participii forma pariter ac pronomine relativo indicentur; apparet, quam late hoc relationis genus pateat, quantamque formarum habeat varietatem.

Utrumque hoc relationis genus arctissimam enunciationum coniunctionem, secundariae cum primaria, indicat, cum quid aut inesse in altero aut ex altero profectum esse cogitas et, ut cogitas, sermone significas. Sunt enim omnia, quae sermone expressa sunt, ad eam rationem, qua sunt cogitata, revocanda, maximeque illud tenendum, verba et enunciationes esse notionum et cogitationum signa certissima, quae quid significent, quoque modo sit iis utendum, non possis nisi grammatica arte exquirere. Huius autem artis male profecto is fungitur munere, qui arctissimam

mirabilemque ratiocinationis et experientiae conso-
ationem, quae in fingendis, formandis, nectendisque
erbis et enunciationibus cernitur, arguta formae et
gitationis notionisve seiunctione ausus sit dirimere.
uod vitium ut ipsi caveamus, tertiam relationis ra-
onem, quam scite philosophi posuerunt, eam esse
icimus, quae *consociatione et dissociatione* continetur.
uo genere apparet, minus aretam, ut rerum, sic
nunciationum, quae coordinatae appellantur, con-
nctionem significari. Huc pertinent res inter se
ut copulatae, aut sibi adversantes sic, ut altera in
lterius loco ponatur, aut disiunctae, si altera res
on cum altera eodem tempore locum tenere potest.
linc non modo in singulis verbis, sed etiam in enun-
iationibus, tantum non loco sibi paribus, nectendis
el disiungendis usus patet coniunctionum *et*, *vel*,
ut, *nec*, *neque*, quae nunc semel ponuntur, nunc
erantur; in adversativis enunciationibus *non* — *sed*;
uidem — *sed*; *non modo* — *verum etiam*, sim. [21]).

Sed non satis est scire, quo necessitudinis vin-
lo secundaria enunciatio cum primaria possit con-
ngi; quaerendum etiam est, ad quam potissimum
artem cogitationis eius, quae sit exprimenda, refe-

---

1) Ramshornius (Lat. Grammat. §. 176.) addit continuativas enunciationes (*primum; deinde*, simil.) et distributivas (*pars — pars; alii — alii* etc.); recte si sententiam spectas; non item si grammatica signa ordi[illegible]. Cf. Aug. Grotefendii *Grundzüge einer neuen Satztheorie* p. 59. seq. „Andere Formen der copulativen Verbindung (Distinxit autem V. D. „drei Formen der Beiordnung, *die copulative, die adversative, die disjunctive*“) giebt es nicht. Wer etwa noch eine *enumerative*, *partitive* und dergl. Verbindungen aufzählt, der täuscht sich darin, dass er etwas zu der Form des Satzes rechnet, was zu seinem Inhalte gehört; denn die Wörter *zuerst*, *erstens*, *dann*, *ferner*, *theils*, *bald* u. s. w. sind Adverbia, die allerdings eine Folge von Sätzen andeuten, aber mit der Form nichts zu schaffen haben. Die Form ist in allen Fällen nur compositiv oder dispositiv.“

ratur. Est igitur primariae enunciationis natura considerandа. Et quoniam subiectum non nisi propterea commemoratur, ut aliquid de eo dici possit, praedicatum autem, quod subiecto caret, omni vi ac fundamento destitutum est; sequitur, ut par esse existimetur utriusque partis necessitas. In hac vero disputatione, quod altera cogitatio non ex tota altera, sed ex aliqua alterius parte ducitur, illud constituendum est, quod in enunciatione unum est, si formam spectas, certissimum et ad reliquas partes pro cogitationis ratione mutandas validissimum. Est autem *verbum*, quo praeter copulam illud, quod subiecto attribuitur, solet maxime contineri, sic comparatum, ut nec transferri in alteram enunciationem neque circumlocutione exprimi possit, id quod et subiecto et reliquis praedicati partibus, si quae accesserint, accidit. Nam quod verbum *esse*, h. e. copulae signum interdum omittitur, id non magis nobis adversatur, quam quod saepe auxiliaria verba cum infinitivo iunguntur, quibus, si modus verbi coniunctivus non sufficiat, vel facultatem vel necessitatem vel voluntatem vel desiderium significes: verba *volo*, *possum*, *debeo*, tum etiam *incipio*, *pergo*, *desino*, sim. intelligo, quae cum infinitivo tantum non in unam vocem existimanda sunt coaluisse.

Tria sunt autem, quae ad praedicati verbum accedunt, eoque quasi fundamento nituntur, *subiecti*, *obiecti*, et *conditionis*, quae latiori significatione dicitur, notatio. Quarum partium non par est necessitas. Infinita quidem subiecti necessitas est, quo deficiente ne intelligi quidem verbum possit; obiecti necessitas est verbi usu definita, quod rei, quam quis efficiat, notationem sic flagitat, ut obiecti vocabulo destitutum verbum intelligi nequeat. Conditionis fines amplissimi continent quidquid praeter subiectum et obiectum ad verbi notionem definiendam pertinet. Constituto igitur aliquo verbo transitivo, ut *fecit*, quae accedere possunt, fere omnia notissimo illo maleque contemto

versiculo: Quis? (subiectum) quid? (obiectum) ubi? quibus auxiliis? cur? quomodo? quando? (conditio) continentur. Ad has interrogatiunculas brevissime poteris nominum casibus respondere, praesertim si praepositionum adiumentum adhibes, ut Caes. V, 53. *Caesar Fabium cum legione in sua remittit hiberna.* Haec subiecti vel obiecti vel conditionis notatio aut circumlocutione seu periphrasi [22]) explicatius potest exprimi, aut definitione sic illustrari, ut nova exsistat enunciatio. *Circumlocutione* ea tantum pars cogitationis explebitur, cuius locus in primaria enunciatione vacuus est; *definitio* non cadit nisi in eam vocem, quae locum suum tuetur, vel etiamsi leviter, per demonstrativam tamen voculam sic est indicata vel praeparata, ut definitiva enunciatio habeat, quo referri possit.

Ubi ipsum subiecti vel obiecti vel conditionis substantivum aut verbum enunciatione *definitur*, necessaria ad grammaticam rationem est definitio, si aut pro substantivo aut praeter substantivum aliqua enunciationis exspectatio demonstrativa voce fuerit commota, ut Cic. pro l. Man. c. 1. *ea* (auctoritate) *apud eos utar, qui eam mihi dederunt; et si — possum iis ostendam potissimum, qui ei quoque rei fructum suo iudicio tribuendum esse censuerunt.* Ibid. c. 3. (Mithridates) *ita regnat, ut se non Ponto — occultare velit.* Ibid. c. 7. *Nam tum, cum in Asia res magnas permulti amiserant, scimus, Romae — fidem concidisse.* In his temporis per *tum* facta significatio cum manca sit, definitivam enunciationem *cum — amiserant* requirit. Brut. ep. 15. *Non is sum, ut mea me maxime delectent:* qua addita enunciatione non subiectum,

22) Quintil. VIII. 6, 61. *Quidquid enim significari brevius potest, et cum ornatu latius ostenditur, πεϱίφϱασις est: cui nomen Latine datum est, non sane orationis aptum virtuti, circumlocutio.* Cic. ad Herenn. IV, 32. *Circuitio est oratio, rem simplicem assumta circumscribens elocutione.*

cuius notio latet in copula *sum*, sed praedicatum sic definitur, ut propter praecedens *is*, in quo est inchoata praedicati notatio, definitiva enunciatio vehementer expectetur. Ad grammaticam quidem rationem, supervacanea vel fortuita definitio est, si secundaria enunciatione sublata nullam primariae partem desideras; sed ad perspicuitatem vel gravitatem vel suavitatem apud bonos scriptores nihil censeri debet non necessarium: ut Nep. 2, 10. *Themistocli Artaxerxes Lampsacum urbem donarat, unde vinum sumeret.* Cic. Fin. V, 13. *Animi virtutes ex ratione gignuntur, qua nihil est in homine divinius.* Verba *ex ratione* ad conditionem, quam diximus, pertinent, etiamsi, ubi sententiae vim denique quaeris, subiectum possit esse *ratio*, si *gignit* sequatur. Ita grammatica ratio prorsus mutaretur. Nos vero nunc ea, quae dicta sunt, curamus, non quae, alio modo cogitata, aliam induere formam possint. Contractiorem formam secundariae enunciationis reddit usus participii vel appositionis, h. e. substantivi, quod relativae enunciationis compendium prae se fert. Cic. Tusc. I, 27. *Ut corpus, sic animus, se non videns alia cernit.* Cic. Offic. II, 12. *Voluptates, blandissimae dominae* (quae sunt bl. d.), *animum a virtute detorquent.* pro l. Man. 20. *Duae urbes potentissimae*, (quarum nomina sunt) *Karthago atque Numantia, ab eodem Scipione sunt deletae.*

Alterum enunciationis secundariae genus dixi esse in periphrasi vel in subiecti, v. obiecti, v. conditionis notatione circumscribenda. Quarum partium quanta est in primaria enunciatione necessitas, tanta videri debet esse periphrasticae locutionis in secundaria. Res autem ea circumscribi dicitur, quae cum non una voce recte significari videatur, integra enunciatione exprimitur, ut non eius rei simplex nomen habeas, sed vim eius et naturam ex enunciatione secundaria cognoscas. Hoc modo *subiectum* circumscribitur Liv. II, 33. *Sunt, qui duos tantum in sacro*

onte creatos tribunos esse dicant. Est enim *sunt* non opula, sed praedicatum, eiusque vis premenda. Cic. rat. 2. *Non est, cur — spes infringatur.* Nep. 18, 1. *ontentum suis rebus esse maximae sunt divitiae.* [23]) el *Sequitur, ut dicendum sit.* Caes. VI, 14. *Pleris- ue accidit, ut — praesidio litterarum diligentiam in erdiscendo ac memoriam remittant.* Neque interest quaerere, potueritne denique aliqua voce subiecti no- atio *ut — remittant* brevius dici. Multa enim multis nodis cogitari dicique possunt. Non igitur pro sub- stantivo dici debet enunciatio esse posita, sed sub- iectum exprimi enunciatione, ut *obiectum* Cic. Fin. I, 9. *Sentimus, ignem calere.* Nat. D. II, 15. *Sol efficit* (quid?) *ut omnia floreant.* Cic. Orat. III, 45. *Vide- mus, ut* (wie) *luna accessu et recessu suo solis lumen accipiat.* Nep. 23, 12. *Prusias recusavit, ne le- gati — postularent.* Cic. ad Fam. V, 2. *non intelligo, cur — dicas* vel illud *Nescio, an — dicendum sit.* Offic. I, 44. *Sunt multi, qui eripiunt aliis, quod aliis largiantur.* Prior enunciatio relativa definit subiecti vocem *multi*, posterior obiectum circumscribit, quod propter verbum *eripiunt* exspectabatur. Eodem per- tinet remotius obiectum, quod solet dativo nominis casu indicari, ut Cic. Fin. V, 20. *Opera danda est* (cui rei?) *ut verbis utamur quam usitatissimis.* Nat. D. I, 34. *Quid obstat, quominus deus sit beatus?*

---

3) Vereor, ut Weissenbornius *(Syntax der lat. Sp.)* hunc infin. (*contentum esse*) pro subiecti nominativo habendum esse affirmet, cum Viro d. §. 135. infinitivus substantivis *potestas, facultas, copia, tempus, ratio, mos, consuetudo est* additus ut: *Tempus est etiam maiora conari; Impia consuetudo est contra deos disputare* eodem iure obiecti locum tueri videatur, quo verbis *possum, soleo*, similibus antecedentibus. Cf. Anm. 3. p. 139. „Zwar scheint es auffallend, nach *consilium, animus, ius, copia est* etc. den Infinitivus als Accusativ zu nehmen, aber die Lateiner sahen in diesen und andern Fällen mehr auf den Begriff als die Form der Worte.“ Idem statuitur §. 148. de *constat, certum est.*

Leg. 1, 17. *Quod laudabile bonum est, in se habeat, quod laudetur, necesse est.* Hic et subiectum et obiectum vides expressum circumlocutione. Liv. V, 35. *Clusini legatos Romam, qui auxilium ab senatu peterent, misere.* Relativa in his enunciatio definitiva est; habet enim, quo referatur vocem *legatos*, quam si Livius omisisset, obiecti locum vacuum eadem enunciatio *(qui — peterent)* expleret. — *Conditionis* mentio si est orationi iniicienda, magna, ut rerum, sic locutionum varietas est, quibus modum, quo quid effectum sit, vel locum, tempus, causam, effectumve possis enunciatione significare. In hoc circumscriptionis genere coniunctionum usus patet latissime, quas nunc ipsas expressas vides, nunc in pronomine relativo, nunc in participio verbi latentes. Neque huc nisi eae huius generis enunciationes pertinent, quae cum conditionem aliquam significent, nulla voce sunt praeparatae, nisi praedicati verbo, ad quod sese pariter, atque subiecti vel obiecti notatio circumscriptiva, applicant, ut Senec. Ep. 7. *Homines, dum docent, discunt.* Si *docendo* diceret, non tempus, sed modum significaret. Non igitur decet hanc enunciationem dicere pro gerundio positam. Nep. 24, 2. *Cato,* (quamdiu?) *quoad vixit, virtutum laude crevit.* Cic. Fin. III, 20. *Membris utimur prius, quam didicimus, cuius ea utilitatis causa habeamus.* Seiuncta voce *priusquam*, definitur temporis *(prius)* praecedens notatio; circumscribendi vim habet, coniunctim praemissa voce, enunciatio haec: Liv. XXX, 35. *Hannibal omnia et in proelio apud Zamam et ante aciem, priusquam excederet pugna, erat expertus.* Participio utitur Cic. Flacc. 11. *Bruti virtute regibus expulsis, libertas in repub. constituta est.* Modum significat secundaria enunciatio circumscriptiva Cic. Verr. IV, 20. *Ut non conferam vitam — hoc ipsum conferam.* Offic. I, 2. *Quis est, qui, nullis officii praeceptis tradendis, philosophum se audeat dicere?* Eiusmodi enunciationes, qualis est *nullis — tradendis*, vel *in re gerenda*, v. *ad*

em gerendam, proxime absunt ab unius nominis simplicitate, ut enunciationis distinctione vix esse opus videatur. Ad causam indicandam ubi *propterea*, *idcirco*, *eo consilio* sim. praemittuntur; ad definitivum genus sequens enunciatio secundaria pertinet. Ad nostrum locum aptum hoc est exemplum Cic. Fin. II, 79. *An tu, Pylades cum sis, dices, te esse Orestem, ut moriare pro amico?* Prima harum enunciationum secund. interrogandi causam, altera verbi *dices* obiectum, tertia consilium circumscribendo aperit [24]). — Cic. Part. 25. *Si semper optima tenere possemus, haud sane consilio multum egeremus.* Lael. 20. *Non tu possis, quantumvis excellas, omnes tuos ad honores amplissimos perducere.* Eodem modo statuendum est de reliquis inhaerentiae vel consecutioni inservientibus particulis, ubi conditionis alicuius notatio adiungitur. Ab hoc arctiore necessitudinis vinculo, quo relativae particulae cum aliqua primariae enunciationis parte commode seu necessario additam, expectatam sive subito interpositam, definitivam seu circumscriptivam enunciationem quacunque forma coniungunt, facile sentitur, quam discrepent conclusivae, collectivae, causales particulae, eae quidem, quas illativas diximus *Nam*, *enim*, *Itaque*, *Scilicet*, al. Quae, cum cogitationis nexus idem cum eo sit, quem relativae *quia*, *quod*, *cum*, indicant, formam tamen rigidiorem, minusque se ad unam vocem, quam ad totam enunciationem primariam, applicantem ostendunt. Phaedr. 4, 23. *Nihil laboras; ideo, cum opus est, nihil habes.* Quare illativae voces novam periodum solent aperire, excepta parenthesi, cui in media saepe oratione *nam* inservit, ut Offic. II, 12. *Colenda iustitia est, tum ipsa per sese (nam aliter iustitia non*

4) Hac ratione enunciationum secund. nexum cum primaria enunciatione distinctius profecto definimus, quam si primam et tertiam *adverbialem*, mediam *substantivam* enunciationem cum Herlingio diceremus.

esset) tum propter amplificationem honoris et gloriae. Hoc loco etiam illud monendum est, consecutivas potissimum enunciationes in concitatiore genere dicendi et in proverbiali saepe omni constructionis signo sic carere, ut sola sententia duce possis, quo nexu ad primariam enunciationem referendae sint, cognoscere, ut Catil. I, 5. *Egredere aliquando ex urbe, patent* (enim) *portae.* Terent. Phorm. II, 1, 35. (Si) *Unum cognoris, omnes noris:* atque illud *Caesar venit, vidit, vicit.* Adeo summa artis et gravitatis vis ad naturae simplicitatem redit, quae etsi ab alterius commovendi studio longe abest, dummodo quae sentit, libere eloquatur, nihil magnopere cogitationum formam et nexum curat, sed asyndeta admittit. Ab hac simplicitate non subito transiri ad periodorum varietatem, sed per consociationis et dissociationis particulas aditus patere intelligitur ad relativas enunciationes, quae inferiores et subiectae alteri artificiosiorem quandam et exquisitiorem ex variis causae notationibus aequabilitatem referunt. Hinc periodi comprehensionem denique vides ad artis operis perfectionem efferri et expoliri, qua laude optimos latini sermonis scriptores praestare nemo ibit infitias [25]).

Postquam de ortu et modo constructionis enunciationum diximus, restat, ut locum quaeramus suae cuiusque enunciationi secundariae aptissimum. Non potest autem ullus locus esse aptior, quam is, quo cogitanda enunciationis sententia est. Et quoniam aut aliquam primariae partem definiunt, aut circumlocutione exprimunt, enunciationes secundariae, quae definiendi vim habent, ei voci maxime adiungendae sunt, quam sunt explicaturae. Circumscriptivae vero

25) De liberaliore conformatione et consociatione enunciationum inter ipsas, comparato Germanorum usu loquendi multa optime praecepit Etzlerus in utilissimo libro: *Syntactische Analogien der lateinischen und deutschen Sprache. Breslau* 1826. *I. Abth.* §. 142—156.

a alium locum habebunt sibi convenientem, quam
n, quem una voce expressa subiecti, vel obiecti,
conditionis notio occuparet. In quo loci delectu
mi cogitatio est sequenda, cuius partes quo ordine
perspicuitatem vel gravitatem comparato mente
tinxeris, et ab altero volueris percipi, eodem earum
·ba collocanda sunt. Non enim subiectum latine
mum ubique locum in enunciatione obtinet, neque
ae e praedicati verbo suspensae sunt notationes,
irco post verbum collocantur. Nam etsi est una
xime necessaria cuiusque vocabuli ex altero, cuius
:toritati paret, colligendi ratio, qua nullus dux ad
:um verborum cognoscendum perspiciendamque sen-
tiam certior, nullus potior habendus est; gramma-
ım tamen hunc verborum et enunciationum ordinem
inquendi copiam fecit liberalioris Latinitatis prae-
ntia et facilitas. In quo rhetorica ars et elegantia
nitur, quae cum ne ordinem quidem, quo quaeque
io ad mentem adducenda sit, negligat, nullum
monem commodiorem et ad animum commovendum
atiorem, quam latinum, invenerit. Atque rheto-
a vis ab omni libidine abesse cogitanda est; et
n eadem numeri suavitatem sequatur, apparet vix
se praecepta, quae rhetoricam stili elegantiam quo
do assequi possis doceant, observari, nisi quid-
d dicas consueveris ad rei naturam simul et ad
endi consilium aptissimo modo cogitare.

Sed hic locus angustis nostrae disputationis fini-
i non potest comprehendi. Illud vero ad nostram
a pertinet, vocabulorum, quae correlativa appel-
tur, ordinem non minus inverti licere, quam enun-
tionum, quae causam effectui vel rem, quam com-
atione illustrare velis, ei rei, quae similitudinis
sa adhibetur, opponunt. Tum temporis notatio
: observanda, quae, ut conditionalis et concessiva
nciatio, prae se fert quandam aequabilitatem cum
nciatione primaria, quae apodosis vocatur opposi-
aque habet protasin. Quae quoniam ad apodosin

praeparandam et sustentandam vel definiendam pertinet, praesertim si causam, conditionem, concessam rem aliquam, vel quemcunque terminum ponit, ante et cogitari et pronunciari solet, quam consequens vel id, cuius causa cogitatur antecedens. Hinc vero fit, ut, si rhetoricam dignitatem spectas, secundaria saepe potior habenda sit cogitatio; sin grammaticam rationem exploras, negari nequit primariam quamque enunciationem, etiamsi posteriore loco posita fuerit, in ista aequabilitate ponderanda plus valere debere, quam protasin, quae apodosi expromendae inservit. Haec ad controversiam, quae nuper [26]) commota est, diri-

---

26) Bernhardi l. c. §. 89. 1. „Der zusammengesetzte Satz ist die Form der Dependenz in der syntactischen Reihe. Derjenige Satz, welcher die Dependenz veranlasst, heisst *Vordersatz*, der dependente Satz *Nachsatz*.“ Schmitthenner l. c. §. 333. qui scite distinguit: „I. *beiordnendes Satzgefüge* (particularum *et*, *vel*, *sed*, al. adiumento); II. *einordnendes Satzgefüge* (usu pronominis relativi); III. *unterordnendes* (*oder auch: in Vordersatz und Nachsatz geordnetes*) *Satzgefüge ist dasjenige, in welchem ein Nebensatz vorausgesetzt, dessen Hauptsatz aber ihm untergeordnet und nachgesetzt wird.*“ Thiersch. l. c. §. 320. 4. „Der Satz, von dem Zeit und Ursache angegeben wird, ist der *Hauptsatz*, derjenige aber, welcher ihn ergänzt, sein *Nebensatz*. Die Grammatiker bezeichnen sie auch, nach ihrer gewöhnlichen Stellung, den Nebensatz *Vordersatz* (*πρόταοις*), den Hauptsatz *Nachsatz* (eigentlich Abgabe, Nachgabe, *ἀπόδοσις*) nennend, was das Unbequeme hat, dass der Nachsatz oft voran, und der Vordersatz oft nachsteht.“ (cf. Krüger l. c. §. 24 et 70.) [Etzlerus (*Sprach-Erörterungen.* VI. *Uebersicht und Anordnung der Satz-Verbindungen* p. 61. seqq.) „Die Satz-Verbindungen lassen sich auf drei Klassen zurückbringen, die *coordinative*, *relative* und *conjunctionale*.“ Utrumque genus posterius complectitur Vir D. iis enunciationibus, quas dicit *subordinirte*. Aug. Grotefendius (Lat. Schulgrammatik 1833. §. 347. seqq.) „Die *Nebensätze* (h. e. die *untergeordneten* im Gegensatz *der beigeordneten*) zerfallen zunächst in *Attributiv-* und *Objectiv-Sätze*.“ *Attributivis* subiecit a) *Adjectivsätze*, b) *Adverbialsätze der Ortsbestimmung*, c) *Ad-*

ndam non satis esse intelligo; sed meam de re ntentiam explicare volui, quantum per scribendi portunitatem liceret. Neque res est sic comparata, non variae ordinis constituendi rationes ferri post pro eius commodi, quod quisque in disciplina ammatica spectat, probabilitate. Paucissimis locis, id sentiam, declarabo.

Cic. Catil. I, 9, 23. *Quamobrem, ut saepe iam xi, proficiscere: ac, si mihi inimico, ut praedicas, o conflare vis invidiam, recta perge in exsilium. ix feram sermones hominum, si id feceris: vix olem istius invidiae, si in exsilium ieris iussu conlis, sustinebo.* Triplex est hoc loco causa non era, sed ad effectum terminandum cogitata, vel conitio sive sumtio, quae si rata fuerit, quid eventurum it h. e. apodosis additur. Quarum sumtionum seu onditionum prima praecedit; altera primariam conequitur; tertia medium locum obtinet, pro rhetorica uaeque dignitate. Grammatica constructionis explonndae ratio triplicem primum apodosin exquiret, et uam cuiusque protasin, tamquam posthabendam rimariae, considerabit, non immemor eius ordinis, uem saepe postulat vel perspicuitatis studium vel nimi commovendi consilium. Atque admiranda sane st illa intertexendae enunciationis secundariae facilis, quam latinus sermo refert maximam, ut Catil. I,

---

verbialsätze der Zeitbestimmung. d) *Vergleichungssätze. Objectivarum* enunciationum genere continentur a) *Substantivsätze;* b) *Consecutiv- oder Folgesätze;* c) *Finalsätze;* d) *Causalsätze;* e) *Conditionalsätze;* f) *Concessivsätze.* — Weissenbornius (*Syntax der lat. Sprache*) *obiectivas* enunciationes attributivis oppositas sic distinguit: 1) Objectsätze, die dem Accusativ der Wirkung, des Ziels und des leidenden Objects entsprechen und Subjectsätze werden können. 2) Objectsätze, die dem Accusativ der Ausdehnung entsprechen. 3) Objectsätze, die dem Accusativ der Zeit entsprechen. 4) Objectsätze, die dem Ablativ entsprechen.]

13, 31. *Ut saepe homines aegri morbo gravi, cum aestu febrique iactantur, si aquam gelidam biberint, primo relevari videntur, deinde multo gravius vehementiusque afflictantur: sic hic morbus, qui est in rep., relevatus istius poena, vehementius civibus reliquis ingravescet.* Est haec bimembris periodus comparativa; cuius protasis in duas pares, sed temporis successione seiunctas, per *primo* et *deinde* divisa, et temporis notatione, quam enunciatio *cum — iactantur* continet, et conditionali enunciatione *si — biberint* distinguitur. Apodosis vero interpositam habet duplicem enunciationem; alteram relativam, *qui est in republica*; alteram *relevatus istius poena*, restringendi vi, quae participii usu *relevatus (quidem, sed)* mitigatur, praeditam.

Sed haec hactenus. Larga est enim disputandi materia, quam attigisse ipsi nobis videmur potius, quam omnibus partibus pertractasse.

VIII.

OMMENTATIO GRAMMATICA

DE

COLLOCATIONE VERBORUM ET ENUNCIATIONUM IN SERMONE LATINO.

Cum septima harum Commentationum parte *de nstructione enunciationum in sermone latino* collo- tionem verborum paucis attigissem; tanta mihi res t visa, ut, tamquam aditu iam patefacto, de ea atinorum arte, quae in collocandis verbis cernere- r, constituerem, quantum per anniversariae huius riptionis angustias fieri posset, disserere. Quam- iam enim et difficultas et amplitudo huius loci con- ctiores dicendi fines repudiare videbantur, satius men esse existimavi, quae maxime animadvertenda sent, expromere, quam in grammaticis Commenta- nibus eam latinae dictionis partem praetermittere, iae ad sermonis elegantiam plurimum quidem vale- t, sed acutiorem in dicendo videretur veri ac pulcri nsum requirere, quam norma et lege teneri certiore.

Verba ad notitias animi et cogitationes declarandas inventa sunt, eorumque ope licet cogitata sensaque nostra cum altero communicare, ut idem nobiscum sentiat vel cogitet. Quod ita demum facillime efficietur, si verba non modo sic sunt electa et conformata, ut et sententiae et usui loquendi conveniant, sed etiam eo ordine posita, quo erant ipsae rerum notiones animo conceptae. Qui logicus nexus est, idemque grammaticae constructionis fundamentum propterea, quod mentis agitationi est accommodatus et omnium hominum communis, ut subiectum, seu rei ipsius nomen primum locum teneat; proximum ab hoc sit praedicatum, vel id, quod de re dicendum est; tum etiam quae subiecto vel obiecto vel alicui nomini ipsive praedicati verbo attribuenda sint, eam vocem sequantur, cuius causa adhibentur, quam definiunt, vel a qua regi dicuntur, ut adiectiva substantivo, adverbia adiectivo vel verbo postponantur, quod ipsum a coniunctione, cui paret, proximum locum capit. In quo ut alia notio ex alia proficiscitur, eique obnoxiam formam induit, sic verba sese causarum iure servando excipiunt. Atque hunc ordinem verborum Franco-Galli, aliique recentiores populi tantum non constantissime tuentur. Nam quamquam in omni sermone primum locum, nisi nexus vel interrogationis vis interrogativam aliquam voculam vel coniunctivam vel relativam postulet, subiecto tribuunt, secundum verbo, deinde obiecto et temporis, modi, instrumentive notationibus reliquos; tamen et adiectiva, si non plures habent syllabas, prius audiri malunt, quam ipsa substantiva, quibus definiendis inserviunt. Quae autem verbo adduntur, ad ea, ne postremo enunciationis loco attenuentur, omnem vocis intentionem conferunt: quo accentu subiecti et verbi auctoritas et principatus facile potest carere. Hi igitur unam intelligentiae facilitatem seu perspicuitatem sermonis in verbis collocandis spectant: gravitatis lumina per se splendere existimant, quocunque enunciationis loco

posita. Veteres vero populi, quos Germani, quantum per sermonis naturam licet, imitantur, secus statuerunt, malueruntque ordine verborum id significari, quod illi aut voculatione indicant, aut ex tota denique verborum comprehensione quemque confidunt esse percepturum. Nam Graeci quidem et Latini communem illum, eumque logicum ordinem, quo partes enunciationis primum inter se nexae cogitantur, ex ipsa formarum, quibus verba distinguuntur, similitudine ac necessitudine facile colligi posse rati, ad finem dicendi verborum etiam collocationem instituerunt; in qua singulare quoddam cum omnis dictionis et elocutionis, tum gravitatis ac persuasionis esset adiumentum. Et quoniam eo consilio dicimus, ut aut veram rei alicuius cognitionem alteri comparemus, aut cogitationum varietate et pulcritudine animum oblectemus; huius finis discrimine *prosa oratio* a *poesi* distinguitur. Utrumque genus suam habet artem. Prosae orationis componendae *rhetorica ars* appellatur, qua intellectus cogitationes ad rei cognitionem et ad persuadendum comparat: *poetica ars* id agit, ut phantasia duce, lusu quodam cogitationum iucundissimo animi vires exerceantur, iudicandisque rebus commoveantur.

Varia autem sunt, quae et ad rerum cognitionem et ad pulcritudinem efficiendam adhiberi possint. In quibus collocatio verborum hoc etiam magis est consideranda et observanda, quia, si a logico verborum nexu discesseris, liberius licet in utroque orationis genere eo quodque vocabulum loco poni, quo si perceptum fuerit, quae vis sit eius, quantumque reliquis verbis praestet, certissime possit facillimeque sentiri, et animus quovis modo commoveri. Quam libertatem in veritatis non minus, quam in pulcritudinis fine consequendo sic cerni existimo, ut intellectus severitas in prosa oratione, phantasiae lusus in poesi collocandorum verborum legem praescribat; qua diligentissime servata, nullum in ipso opere vestigium

necessitatis relinquitur. Quamquam cultioris demum animi, temperatique ingenii haec est excellentia, ut, dum et rei et animi sui naturam ducem sequitur, unus ipse sive orator sive poeta videatur imperare, cogitationumque ac verborum opibus ad arbitrium usus, suum cuique enunciationis parti locum assignare. In qua locorum distributione si quando eodem ordine verba vides iuncta, quem grammatica ratio exigit; non relictam rhetoricam vel poeticam artem esse statuendum est, sed hanc potissimum collocationem visam fuisse ad rei cognitionem vel animi oblectationem commodissimam: quam si mutaris, certe non eandem sententiam habueris.

Est autem in utriusque sermonis vocabulis et *significationis* ratio habenda et *numeri*. *Significationem* verborum, non propriam vel translatam, sed ex aliorum verborum coniunctione et comparatione natam vim, quam, suam quodque, ad rei propositae cognitionem habent, loci principatus, quasi dignitatis signum, ostendit, quo res facilius cognoscatur in prosa oratione: poesis vero eiusdem adiumenti usu efficit, ut cuiusque vocis vim, tamquam picturae partem, et per se cum voluptate intueri possis, et cum aliis verbis coniunctam. *Numerus* est in syllabarum decursu auribus gratissimo; atque in prosa oratione sonorum iunctura sic continetur, ut accentus cuiusque vocabuli proprius non patiatur omnem mensurae severitatem ac proportionem exerceri ac sentiri. Hinc remissiorem vult esse Cicero [1]) oratorium numerum, qui non modo nulla metri lege teneatur, sed etiam similitudinem legis ac metri speciem admodum fugiat. Poeticae vero mensurae varietates certis durationibus metrique lege constituuntur, ea quidem ad genus quodque poeseos comparata. Legitimae mensurarum distributioni ubi vocabulorum distinctiones sic obtemperant, ut non cogi, sed ultro venire ordinemque

1) Cf. Cic. Orat. 65, 219. de Orat. III, 48.

servare videantur; concentus quidam fit et dictionis et elocutionis in cogitationum varietate suavissimus. Alia conditio est prosae orationis, cuius liberior et laxior numerus omnem laudem ex vocabulorum ad vim suam et significationem facto decursu et ex mensurae temperatione repetit, ut, ubi paene par fuerit vocabulorum dignitas, nullaque metuenda ambiguitas, numerus sit arbiter, caveatque, ut neve asper verborum concursus neve hiulcus sit, sed quodammodo coagmentatus et laevis. Intelligendus est enim sive orator sive philosophus sive historiarum epistolaeve scriptor operam dare, ut non modo cogitationum pondere ac veritate, sed etiam dictionis et elocutionis arte persuadeat, et quidquid dicit, ut Cicero praecipit, numero quodam complectatur et adstricto et soluto, ut verba neque alligata sint quasi certa aliqua lege versus, neque ita soluta, ut vagentur. Ut autem, eodem auctore, „nihil est tam tenerum, neque tam flexibile, neque quod tam facile sequatur, quocunque ducas, quam oratio;“ ita lenior quidam animo datus est pulcri sensus, fidelissimus is quidem recti verique iudicandi comes: quo neglecto, ipsa veritatis commendatio manca tristisque videbitur, et naturalis ille sententiae sermonisque consensus desiderabitur. Sed cum poesis peculiarem quandam rationem sequi debeat, qua significationem verborum ad voluptatem ipso ordine efferat et acuat; *primum* est de *rhetorica* collocatione verborum dicendum. *Altera* pars disputationis ad *poeticum* ordinem pertinebit.

Apparet autem in prosa oratione grammaticam verborum collocationem ab optimo quoque scriptore tamdiu conservari, quam id significatio ac vis verborum fieri patiatur. Ubi vero est nexus verborum iuvandus, aut aliqua notio acuenda et ostendenda, aut oppositionis vel proportionis vis indicanda, aut denique alius sensus exprimendus, quam grammatica collocatio praebere poterit; latini sermonis usus et scriptorum auctoritas vulgarem verborum ordinem re-

linqui non permittit, sed postulat. Sed quando id accidat, et quo loco vox quaeque sit pro sua et reliquorum verborum dignitate ponenda, id antequam, quantum potest, explicetur, illud monendum est, non omnium locorum et vocabulorum distributionem vel designationem esse liberam.

Certus est quorundam verborum locus [2]), quem facilius in poesi quam in prosa oratione mutare possint. Quae pleraque ad aperiendas vel nectendas periodos, enunciationes, vocesve pertinent, ut praepositiones, coniunctiones, pronomina, inprimis interrogativa et relativa: quarum vocularum non eadem est, si vim et gravitatem quaeris, dignitas, etiamsi similis relationis ratio, ut *quamvis*, *etsi*, *quamquam*, *cum* et interrogativae voces admodum inter se differant. Ex quibus primum alia, alia quasi cum modestia quadam secundum vel etiam tertium locum enunciationis non pari constantia postulant. Tum etiam tituli vel proverbii iure coniuncta vocabula nefas est transponere, ut *Pontifex maximus*, *Pater patratus*, *Iupiter optimus maximus*, *equis viris*, *velis remis*, *domi militiaeque* al. In iis autem verbis, quae non certum ubique locum tuentur, sed eo se patiuntur transferri, quo rei declarandae cura ac perspicuitatis vel gravitatis iudicium audiri ea et cogitari voluerit, distinguendae partes sunt enunciationis (subiectum intelligo, eaque, quibus praedicatum continetur) ab orationis partibus, quae varia nominum genera, et verbum cum particulis complectuntur. Nam si verbum primo loco posueris, aut subiectum aut obiectum aut aliqua conditionis notatio proxime sequi poterit: atque si obiecto principatum tribuendum putaris, reli-

2) Quae de ordine verborum et enunciationum praecepta data sunt ab Aug. Grotefendio (*Lateinische Schulgrammatik. Hannover* 1833. §. 443—485) imprimis commendata esse velim iis, qui frustra, quae de hac re in scholis doceri possent, in grammaticis libris quaesiverunt.

qua quidem verba plerumque facile defluunt, at non tamen necessaria est eorum collocandorum ratio, ne subiecti quidem sedes illico constituta, sed iudicio sunt multa saepe perpendenda et circumspicienda. Et quoniam excellentiores istae partes enunciationis, tamquam duces, unum saepe comitem vel plures adsciscunt, ut adiectiva, vel obliquos nominum casus, qui se ad aliud nomen vel ad verbum applicant; haec vocabulorum necessitudo est non minus, quam subiecti et praedicati notiones, ad sententiae vim et gravitatem referenda, ut diiudicare possis, utrum e duobus coniunctissimis vocabulis pro potiore velis haberi et superiore loco collocatum prius cogitari. Sunt etiam observanda et distinguenda verba, quae nunc ad totam sententiam, nunc ad unam tantum vocem pertinent, a qua disiungi nequeant, ut verba *videri, posse, debere, velle* cum infinitivo non eodem modo iungenda. Singularem curam etiam verbum *esse* requirit, ne vagari existimes, quod nunc v. c. a gerundio seiungitur, ut alia notio possit interiici, nunc cum alio verbo paene coalescit. Sed quae sit quoque orationis loco causa praeferendae alicuius vocis deserendique grammatici ordinis, id nusquam potest, nisi ex ipso verborum nexu iudicari, et ex sententiae ratione, quam quisque velit cum altero communicare. Tum etiam illud tenendum, leviori voci saepe eum locum tribui, qui medius est inter alias graviores, quarum pondus sic facilius potest sentiri. Ex quo intelligitur, recte id quidem a Meinero et Broedero [3]) praecipi, ut, quam velis notionem insigniri,

3) Meiner in libro de philosophica et communi grammatica p. 21. hanc normam posuit: *Welches Wort man vorzüglich will bemerkt haben, das muss vorangesetzt werden.* Tum latini sermonis syntaxin secutus Broeder toto libro rem sibi visus est explicuisse, cum omnia ad unam hanc normam revocasset. *Das Wort, welches den Ton hat, stehet allemal vor dem mit ihm verbundenen Worte, welches den Ton nicht hat.* Qui liber inscriptus est: *Die*

eius vocabulum prius, quam levius vel tenuius aliud, cum illo grammatice coniunctum, collocetur, sed in hoc praecepto non esse omnia: neque qui id conservasse sibi videatur, idcirco ad latini sermonis usum convenienter ordinem verborum instituisse existimabitur. Circumspiciendum est enim, videndumque, quid totius enunciationis vel periodi ratio suadeat aut postulet, consideratis quidem tribus illis locis insignibus, *initio*, *fine* et *medio* inter utrumque loco [4]), quibus

---

entdeckte Rangordnung der lateinischen Wörter durch Eine Regel bestimmt, und aus den Schriften des Cicero für die ganze Syntax völlig klar gemacht und bewiesen mit erläuternden Anmerkungen, von Christ. Gottl. Broeder. Hildesheim, 1816. 8. eodemque idem anno, Virorum dd. iudicio, ut par erat, castigatus, ne intellecto quidem errore, novam inscitiae et arrogantiae culpam contraxit hoc libello: *Chr. Gottl. Broeders kurze und gründliche Beantwortung zweier Recensionen in der Jenaischen* (1816. No. 88.) *und Hallischen* (1816. No. 111.) *Allg. Lit. Zeit. über das Buch: die entdeckte Rangordnung der lat. Wörter.*

4) De ordine et collocatione verborum vid. Cic. de Orat. III, inde a §. 172. Orat. cap. 24. seqq. Quintil. Instit. orat. IX, 4, 24. seqq. 62. 66. seqq. Qui quamquam ad numeri potissimum suavitatem omnia referunt, prima tamen et extrema et media in ambitu verborum plurimum momenti habere dicunt. Ex recentioribus autem post Schellerum Praecept. stili lat. p. 210. et 615. et Kistemakerum *(Kritik der Griechischen, Lateinischen und Deutschen Sprache, Münster* 1793.), Goerenz secundo editionis Ciceronis de legibus excursu *de soni sede et ratione in singulis enunciationibus* exposuit. Qui Vir d. „*sequitur ille* (sonus) inquit, *vim earum vocum, in quibus sententiae pondus cernitur et vocis pronunciantis intentione, pro re nata maiori, minori, notatur. — — Certam soni sedem diximus: addimus, certam et fixam in unaquaque enunciatione; si quidem exceptiones recte tenueris. Triplex autem omnino sonus in enunciationibus deprehenditur: duplex in qualibet; tertius accedit in longioribus. Qui sonus duplex in brevioribus est, eius certa sedes ab initio enunciationis, et in eius fine, quaerenda est.*“ Acutissimum rei iudicem Vir d. nactus est Hermannum in Ephem. litt. Lips. 1809. n. 58. p. 918. sq. tum Rielfel-

quaeque enunciatio, si non tam brevis est, ut initium tantummodo et finem habeat, continetur.

---

dius *(Neues allgem. Intelligenzbl. der Neuen Leipz. Literaturzeitung St. 7. Jahrg.* 1810. p. 97—104. add. St. 9. p. 129—133. St. 27. p. 417—425.) ab utroque V. D. de soni et notione et vi in verborum collocatione dissentit. Vid. *Acta Seminarii regii et societatis philol. Lips. cur.* Christ. Dan. Beckius. *Vol. I. Lips.* 1811. p. 483. seqq. *Ueber Eleganz, Wortstellung und Aussprache im Lateinischen von* Franz Fiedler. *Halle und Berlin* 1819. — [C. Beieri sententiam continet *Intelligenzblatt der Leipz. Lit. Zeit.* 1816. n. 18. Comp. *Athenaei* a Günthero et Wachsmuthio editi 1816. Vol. I. *Beitrag zur Lehre von der lat. Wortfolge*, von Prof. Lange in Halle.] — Equidem *soni* vocabulo, quod Cicero Orat. 49. 163. *Duae sunt igitur res, quae permulceant aures, sonus et numerus,* ad aurium iudicium refert, in nostra causa uti dubitavi. Pergit enim Cic. l. c. *Verba — legenda sunt potissimum bene sonantia, sed ea non ut poëtae, exquisita ad sonum, sed sumta de medio.* Tres igitur locos vel sedes vel partes enunciationis, utpote quae esset series verborum cohaerentium, distinxi, ut Cic. Orat. c. 59. differre dicit primas partes ab extremis, et principium comprehensionis verborum ab exitu. Idem, *Ante enim*, inquit, *circumscribitur mente sententia, confestimque verba concurrunt: quae mens eadem, qua nihil est celerius, statim dimittit, ut suo quodque loco respondeat: quorum descriptus ordo alias alia terminatione concluditur: atque omnia illa et prima et media verba spectare debent ad ultimum.* Comp. de Orat. III. §. 186. 191. 192. Consentit Quintil. IV, 4, 62. et 67. *Nam ut initia clausulaeque plurimum momenti habent, quoties incipit sensus, aut desinit: sic in mediis quoque sunt quidam conatus, qui leviter insistunt; ut currentium pes, etiamsi non moratur, tamen vestigium facit.* Hae igitur partes ex omni verborum comprehensione unum aut plura verba necessario sibi vindicant, eaque vim sibi quandam ex prima et extrema sede, saepe etiam ex media, si longior est enunciatio, conciliant, cum eius, quae in ipsis inest, dignitatis insignia ostendunt vel aliquid luminis, quo vis sua et gravior significatio ad intelligentiam illustretur. Quare initio, si praecurrentes, ad totam eas quidem enunciationem aperiendam vel nectendam necessarias particulas excipis, non ponitur nisi ea sive subiecti sive

Enunciatio est series partium cohaerentium, *initium* causam habere debet, ut scias, cur no pars seriem aperiat, et finis is esse, ut ad seriei intelligentiam nihil desideres. In gram verborum ordine, si praecursionem vocularum e primum ubique locum tenet subiectum, sequitur dicati verbum, quod deinceps reliquas partes cit, quotquot logica ratio flagitat. Finis serie ubi nulla vox supererit, quam possis addere. torica vero arte componenda oratio initium et habebit rei cognitioni comparatum; quae si ordinem verborum requirit; communis ille ad ficationem efferendam relinquitur. Subiectum primum locum tenebit, dum non aut subiecto niendo addita, aut aliqua praedicati vox signific sua tantum ponderis consecuta fuerit, ut sit ceteris audienda. Ut Cic. Divin. I, 1. *Vetus est.* Tusc. V, init. *Quintus hic dies, Brute, faciet Tusculanarum disputationum* et quarti libr *Cum multis locis nostrorum hominum ingenia tesque, Brute, soleo mirari, tum* etc. De Fin. III *Voluptatem quidem, Brute, si ipsa pro se*

---

praedicati vox, quae inprimis est consideranda. Se initium et finis et media pars pluribus verbis consta sint; inter haec ipsa verba fit quasi nova quaedam d cipatu contentio, quae est ab illa, qua quaeritur, subiectum initio, an fine, an media enunciatione pon probe distinguenda. Hoc addam, (nam illi Viri doct se dissentiunt, neque ullius sententia mihi videtur comprobanda) primariam principii et clausulae, vel mediae sedis vocem peculiarem quendam *accentum*, *oratorium* vel *rhetoricum* appellandum puto, ex hi interna et externa dignitate referre: quem nolo confund cum suo cuiusque vocabuli suavi, insuavi auribus sono, cum syllabae accentu, qui unus solet esse cuiusque v nulla habita significationis ratione. Oratorium vero tum, quod infra pluribus dicam, cum arsis ictu com quo poetica verborum series certis quidem int distinguitur.

, nec tam pertinaces habeat patronos, concessuram nitror, convictam superiore libro, dignitati. Si sentiae vim ponderas, non arbitrantis personam, quae verbo *arbitror* latet, primum cognoscendam fuisse licabis, sed suspensae enunciationis subiectum, *Votatem*, recte esse primo periodi loco positum. Siliter est de praedicato statuendum de Divin. II, 1, 1. *uaerenti mihi — quanam re — nulla maior occurbat.* Atque etiam in media oratione in Cat. I, 3. *ihil agis, nihil moliris* — obiectum efferendum erat. id. c. 5. *Exire ex urbe consul hostem iubet.* Id im agitur, ut exeat. Contrario ordine posita legis o Mur. 2. *Negat fuisse rectum Cato, me et conlem — causam L. Murenae attingere.* Mutata signiatione et translato gravitatis pondere e tribus his rbis *Senatus haec intelligit,* nullum per se est primo co indignum, ut si dixeris *Haec* (non alia) *Senatus telligit;* aut *Intelligit* (ne dubites) *haec Senatus.* usc. I, 2. cur *Honos alit artes* dixerit, causa, ut epissime, est in praecedentibus verbis *Quominus tur honoris erat poetis, eo minora studia fuerunt.*

Ut autem initium enunciationis tale debet esse, in eadem verborum comprehensione nihil pari gnificationis iure esse videatur; sic *finis* ita est conituendus, ut nec exspectari quidquam, nec addi erito possit. Hoc pacto recte et inceptum et consum videbitur, effectumque erit, ut necessariae aut rte potiores partes enunciationis cum aequalitate adam initium et finem ad unitatem coniungant, et nquam in centro cohaereant, servatis symmetriae oportionibus. Ita non lineae, quae in infinitum oduci possit, speciem refert enunciatio, sed coris, quod, ut Quintilianus ait, esse incipit, cum nit extrema conclusio. Quod concludendi munus rbo saepe propterea tribuitur, quia commemoratam rerum varietas in enunciatione non potest ante ncludi, quam illud venerit, unde reliquae partes ndent. Post verbi vocem, si subiectum et ob-

iectum vel etiam conditionis aliquam notationem p ceperis, nihil desideras, ut Tusc. I, 1. *Doctr Graecia nos et omni litterarum parte superabat.* A lativi vero *doctrina* vis hoc loco ceteris vocabu praestat, ubi quaeritur, qua re potissimum Grae Romanos superarit. — Tusc. I, 10. *Xenocrates an figuram et quasi corpus negavit esse, verum nu rum dixit* esse. Utrumque verbum acriter opposit cum infinitivo haud otioso paene coaluit. Nec tam verbum, quod etiam e superiore enunciatione interd intelligitur, ubique facit clausulam. Comp. Tusc. I, *Empedocles animum censet esse cordi suffusum s guinem.* Extrema enim verba propriam philosop sententiam continent, eam quidem aliorum opinio bus oppositam. Sed tamen nomen philosophi pri loco erat commemorandum, ut ab aliis dissentientib distingueretur: verbum autem copulandi tantum v habebat: hinc medium locum occupavit, unde tanqu e centro utramque partem complecteretur. Tusc. I, *Summam eruditionem Graeci sitam censebant in ner rum vocumque cantibus.* Initium et finem per mag tudinis et generis notationem effecit obiectum. — Ib c. 3. *Philosophia iacuit usque ad hanc aetatem, n ullum habuit lumen litterarum Latinarum.* Sunt h quidem duae enunciationes, sed subiecti vox *Phi sophia* utrumque verbum adsciscit. Prioris meml clausula *ad hanc aetatem* dura est; verum subsequ tibus verbis *nec ullum habuit* suscipitur et sustinet quae si deessent, Cicero scripsisset: *Philosophia que ad hanc aetatem iacuit.* Et quoniam non ubiq philosophia iacuit, vox *Latinarum* subiecti notation quodammodo perficit, facta etiam et temporis et p puli eodem membrorum loco oppositione. Saepe etiam proximae periodi ratio habenda, ut eum fin fingas, unde facillime consequentia possis duce quandoquidem non omnia possunt unius periodi a bitu comprehendi.

Sed ars rhetorica non solum operam dat,

extremae partes enunciationis sensu se attingant, sed etiam verbis eas sic nectit, ut continuatione comprehendantur. Dicendum est igitur de *mediis* enunciationis verbis, quae sunt ad primam et postremam partem inter se copulandam aptissima. Quemadmodum ambo arcus cornua ita vim habent intendendi maximam, si in media curvaturae parte tam aequali proportione concurrunt, ut, quo alterum cornu devenerit, inde initium capiat alterum, et ut brachia corporis e pectore tamquam e centro expanduntur facili quidem et modica inflexione ad supplicationem vel amplexionem protensa; sic extremae enunciationis partes mediis verbis continuantur, ne commissura pelluceat, ut corpus sit, non membra a trunco abscissa. In quo duplex ratio obtinet: nunc enim media pars, si sententiae gravitatem spectas, tenuior est, ut initium ac finis plus habeant roboris; nunc ab utroque quasi attenuato latere in mediam partem est omnis vis et significationis praestantia contracta, ut Tusc. I, 11. *His sententiis omnibus nihil post mortem pertinere ad quemquam potest.* Vis est enunciationis in mediis verbis *nihil post mortem*, unde finis tenuiore filo ducitur, quemadmodum prima verba *His sententiis omnibus* ad nexum, cui in toto hoc artis genere plurimum concedendum est, cum superioribus comparantur. Idem fere accidit ibid. §. 27. *Idque cum multis aliis rebus, tum e pontificio iure et caerimoniis sepulcrorum intelligi potest.* Media verba omnem vim habent gravitatis; in his ipsis vero *pontificio* plus ponderis, quam *iure*, et *caerimoniis* minus, quam genitivus *sepulcrorum*, qui proportionis gratia in altera medii loci parte egregie respondet alterius initio, ut propemodum iambici versus fluctuatio a syllabis, quae anacrusin cum arsis ictu et thesis vicissitudine ostendunt, ad maiores enunciationis prosariae partes translata videatur. Sed haec ad numeros pertinent, de quibus paulo post disputabitur. Idem non eadem proportione fit Orat. III, 32. *Oratoris nomen apud antiquos in Grae-*

cia maiore quadam vel laude vel gloria floruit. Ibid. *Gorgiae Leontino tantus honos habitus est in Graecia* (acuitur media pars cum lenitatis quadam aequabilitate in extremis), *soli ut ex omnibus Delphis non inaurata statua, sed aurea statueretur.* Hic alternis vicibus pondera sunt distributa. Graviorem utriusque lateris vocem ex centri, quod relativa enunciatione continetur, mediocritate evasisse senties ibidem in his: *Auctoribus quidem ad istam sententiam, quam vis obtineri, uti optimis possumus,* ubi videri possit maior quaedam penultimae vocis gravitas: quae magis etiam acueretur, si *uti possumus optimis* scripsisset; maluit vero potestatis huius notionem ostendi. Aequalitatem partium eadem fere proportione decurrentium deprehendis de Nat. D. I, 4. *Omnes autem eius* (philosophiae) *partes atque omnia membra tum facillime noscuntur, cum totae quaestiones scribendo explicantur. Est enim admirabilis quaedam continuatio seriesque rerum, ut alia ex alia nexa et omnes inter se aptae colligataeque videantur.* Sunt duae quidem periodi arctissimo simplicissimoque inter se nexu coagmentatae, earumque membris una denique sententia sic comprehensa, ut initio ac fine posita verba sibi respondeant.

Saepe vero in mediam partem duarum enunciationum, particulae vinculo iungendarum, commissura incidit. Non enim satis est unius enunciationis naturam explorare, sed etiam animadvertenda varia enunciationum inter ipsas consociatio. Altera enim saepe cum altera iam finita coniungitur, iuxtaque eam, sententiae ratione nexam, aut sic ponitur, ut certe non peculiare propinquitatis fiat indicium, quasi utraque sui iuris sit; aut sic, ut alicuius voculae adiumento necessitudinis ratio et vinculum indicetur. Aliae, quae aliquam alterius enunciationis partem efficiunt vel declarant, eo loco, quo opus fuerit, tum ad perspicuitatem, tum ad gravitatem interiiciuntur illi, cui inserviunt. Quae extremo loco adduntur, *membra*

appellantur, quod sunt integra quidem forma, sed ad perficiendum corpus necessaria. Mediae vero enunciationi interiectas enunciationes *incisa* [5]) vocant; quarum forma non pariter ubique significat, quam sint alteri obnoxiae. Nam quae ad intelligentiam minus quidem necessariam, sed tamen suo loco commodam et opportunam sententiam continent, parenthesis nomen et signa habent: quae si longior fuerit, ad reliquam orationem, quasi ex inchoati operis turbatione, saepe haud exiguam vim exercet, et anacoluthi mutandaeve constructionis causam affert. Sunt autem permultae incisorum ac membrorum causae, quibus primaria enunciatio aut cum alia consociari, aut eius partibus alia sic interiici possit, ut omnis eius comprehensio non una serie continuetur, sed ut leviora quaedam interstitia vel laxiores nodos ex natura cogitationum ad rei cognitionem necessariarum contrahat: quae si, uno quaeque vocabulo, exprimi nequeunt, novis est opus enunciationibus. *Prima* incisorum causa in *periphrasi* seu circumlocutione reperitur, *altera* in *definitione*, *tertia* in *relatione* notionum et vocabulorum [6]). — *Periphrasis* subiectum vel obiectum vel aliquam conditionis notationem, quam uno vocabulo aut nolis aut non possis exprimere, nova saepe enunciatione efficit, ut Iul. Caes. b. G. I, 36. *Ariovistus respondit: Ius esse belli, ut qui vicissent iis, quos vicissent, quemadmodum vellent, imperarent.* Eodem ordine diceres *ut victores victis ad arbitrium imperarent.* Grammaticae constructioni contrarium ordinem obiecti periphrasis sequitur ibidem c. 21. de Caesare *Qualis esset natura montis, et qualis in circuitu ad-*

5) Cf. Cic. Orat. 62, 211. et c. 66. Quintil. Inst. or. IX, 4, 122. seqq.

6) Relationem quam philosophi quantitati, qualitati et modalitati addunt, arctiore igitur sensu coniunctionalibus s. obiectivis enunciationibus tribuere non dubitavi, quae conditionem (Nebenverhältnisse v. Umstände) describunt, eaedemque ab aliis (vid. Comment. VII.) adverbiales appellantur.

scensus, qui cognoscerent, misit. Quod scire plurimum intererat, id primo loco erat dignissimum. Ita a suspensa utraque enunciatione ascenditur ad eam, cui illae, pares inter se, subiectae sunt, cuius superioris obiecti periphrasis *(qui cognoscerent)* a tergo habet primariam vocem *(misit)*, ad quam se applicet. — Reliqua genera sunt in amplificanda rei, de qua disseritur, cognitione posita. Quod amplificandi munus in eo cernitur, ut aliquam partem primariae enunciationis vel animi notationem aut, qualis sit, dicas, aut relationem eius ad aliam rem seu enunciati partem indices. — Hinc *definitio* interiiciendam enunciationem secundariam postulat, quoties aliquod primariae vocabulum non potest satis, nisi plurium verborum complexione, quale sit, describi. Qui locus sit eiusmodi verbis aptissimus, facile est iudicare ex eius vocis, quae definitur, antecessione: quamquam non ita raro definienda vox, ut substantivum adiectivi auctoritati, locum concedit. — *Relationis* autem tria genera sunt *inhaerentiae*, *consecutionis* et *consociationis*, quorum indicio cognoscitur, quae sit rerum inter ipsas coniunctio, utrum sit altera in altera, an ex altera orta sit, an iuxta alteram propter aliquam congruentiam vel discrepantiam posita. Atque sunt et periphrasis et definitionis et relationis indicandae adiumenta, et pronomina, inprimis relativa, et particulae, quae coniunctiones appellantur, tum etiam participia. Adiutrices hae voculae, ut ipsae enunciationes, quas solent illae aperire, et numerosam periodorum gignunt suavitatem et variae oppositionis concinnitatem et proportionem, quam paene symmetriam dixerim. *Inhaerentiae* ratio, qua altera res significatur altera contineri, ut pars toto, species genere, et attributa, comparata, tempore modove aequalia notantur, fons est uberrimus secundariarum enunciationum. *Consecutio* maxime periodorum gignit compositionem, quae protasin habent et apodosin. Effectum enim potissimum consecutionis ratio declarat,

nunc cum vera vel cogitata vel simulata causa consentientem, nunc illi contrarium. *Consociationis* vel *dissociationis* ratio, qua similia, dissimilia, contraria comparantur, oppositionis frequentiam maxime gignere existimanda est. Tot causae variam enunciationum compositionem efficiunt.

Primaria autem enunciatio, aliqua secundaria enunciatione interiecta, continuatur et perficitur, ut Cic. Epist. ad Lentulum I, 2. *De ceteris rebus, quidquid erit actum, scribam ad te.* Hic unam vides secundariam enunciationem ad vocem *rebus* definiendam, quam subsequitur; duas ibidem in his *Nos in senatu, quemadmodum spero, dignitatem nostram, ut potest in tanta hominum perfidia et iniquitate, retinebimus.* Hic eventus circumscribitur et spei notatione et facultatis conditione. Consociata vero membra habet epistola tertia. *Consules neque concedebant, neque valde repugnabant: diem consumi volebant: id quod est factum.* Alia abruptius dicuntur, ut Cic. Nat. D. I, 30. *Quid ergo? solem dicam aut lumen aut coelum deum? quibus fruentem voluptatibus? et sapientem? Qui potest esse in eiusmodi trunco sapientia? Haec vestra sunt.* Concitatius hoc genus interrogandi verborum bis mente repetendorum collocationem praescribit. Quare interrogativae voces principem locum occupant: Contractius ter quaerit Cic., quod plenius dixeris *solem dicam deum? aut lumen dicam d.? aut coelum dic. d.?* Ita *dei* nomen, ut vitaret repetitionem, in fine posuit, unde facile posset cum verbo *dicam* ad consequentia verba intelligi. Ab his vehementer discrepant haec leniora et ad circuitum orbemve composita ibid. c. 31. *Quae sunt tantae animi angustiae, ut, si Seriphi natus esses nec unquam egressus ex insula, in qua lepusculos vulpeculasque saepe vidisses, non crederes leones et pantheras esse, cum tibi, quales essent, diceretur; si vero de elephanto quis diceret, etiam rideri te putares?* Verba *in qua — vidisses* voci *insula* adiunguntur, quae est propter definitivam locutionem extremo loco posita.

Conditionalis enunciatio, eaque e pluribus partibus constans, inchoatae enunciationi *ut — non crederes*, cui inseritur, obnoxia est: hic autem animi angusti effectus ei vocabulo *(angustiae)*, cuius effectum declararet, arcte coniungi debuit. Ceterum *non crederes* oppositum habet maiorem gradum diffidentiae in verbis *rideri te putares*. Atque verbis *si vero — diceret* cum perspicuitate proxime praecedunt verba *cum tibi — diceretur*, quae cum in illa enunciatione, mutata contractaque forma, redirent, conditionis formam *(si)* superiori conditioni comparandam induerunt. Sciteque Cicero *cum tibi — diceretur* post effectum *non crederes — esse* collocavit, ne haec ipsa verba a *saepe vidisses* removerentur: *quales essent* medio loco commodissime posuit, utroque latere paene aequaliter et ad clausulae *(diceretur)* numerum apte comparato. Alia ratio est Cic. Epist. I, 7. *Nam etsi minore in re violatur tua dignitas, quam mea salus afflicta sit: tamen est tanta similitudo, ut sperem, te mihi ignoscere, si ea non timuerim, quae ne tu quidem unquam timenda duxisti.* Haec periodus causali quidem particula *Nam*, quam illativam dicunt, aperitur, sed concessivam formam statim suscipit, ut protasis habeat sibi comparatam apodosin *tamen* etc. cui quatuor deinceps enunciationes adiunguntur, quarum alia ex alia memorabili quodam ordine explicatur. Habet enim quaeque, cur exspectet novam, donec extrema verba omnem seriem concludunt. Enunciationem *si — duxisti* Cic. poterat quidem ante *ignoscere* ponere: sed longior erat interiectio, quam ut deceret tantam exspectationem movere verbi, quo id, quod speraret, proximo loco erat significandum. Neque particula *si* conditionem hoc loco indicat, sed facinoris descriptionem aperit. Epist. I, 9. *Quae* (literae) *si erunt allatae, nostrum studium exstabit in conveniendis magistratibus.* Conditionalis particula praecedit; sic enim superiora verba suadebant: eandem ob causam eadem particula post effectum ponitur ibid. *Neque, ut ar-*

r, *errarent ne adversarii quidem eius, si, cum* s *esse non possint, pugnare desisterent.* Interum est *cum pares esse non possint*, in quo est tendi excusatio, quae, paucis comprehensa, minus ıre sententiam videbatur. In protasi *cum* mox itur: *Quae cum viderem, neque enim erant ob-ı; non tamen tam acerba mihi haec accidebant,* ı *erant illa grata, quae fecerant.* Observanda est enunciatio *neque enim er. obsc.* quae verba nthesin efficerent, nisi explicatior haec loci ratio : *Quae videbam, neque enim erant obscura; et* (concessive) *viderem; non tamen* etc. Epist. 10. *Periucundae mihi fuerunt literae tuae, quibus in-ıi, te perspicere meam in te pietatem. Quid enim* n *„benivolentiam“? cum illud ipsum gravis-m et suavissimum nomen pietatis levius mihi meri-rga me tuis esse videatur.* M. Lagunam miror ntheticis signis verba *Quid enim dicam „benivo-am“?* inclusisse, cum sequentia verba causam arent, cur *benivolentiam* dicere noluisset. Iustis-m vero parenthesin Epistola 8. habet hanc. *Quam-ı est incredibilis hominum perversitas (graviori verbo uti non libet) qui, quos favendo in com-causa retinere potuerunt, invidendo abaliena-*. Longa foret disputatio, si causas et rationes mus omnes explicare, cur optimi scriptores eo simum loco, quo reperimus, et verba singula et enunciationes vel periodos collocassent. Hoc ex his, quae diximus, apparet, in prosa ora-hanc etiam dictionis partem in rei cognitione paranda et in persuadendi studio esse positam, ioque ac veri decorique sensu opus esse ei, qui omnem veterum scriptorum elegantiam, tum eam rborum collocatione concinnitatem velit stili latini citatione imitari et assequi, ut sequatur numerus ssario. Ordo enim verborum, ut Cicero ait, t numerum sine ulla aperta oratoris industria. odum est igitur de compositione circumspicien-

dum non modo, quale initium enunciationis esse oporteat, ad superioris sententiae rationem et formam id quidem comparandum, quid clausulae conveniat, quo vinculo extremas partes coniungas, sed etiam definitionis vel limitationis adhibendae locus scite est eligendus, ut animo iudicandas res eo ordine praebeas, qui est et rei declarandae et animi naturae aptissimus.

In quo inprimis consideranda verborum est *oppositio*, quae ad perspicuitatem et gravitatem et suavitatem sermonis valet plurimum, cum aut par pari refertur, aut contrarium contrario opponitur, aut similia inter se comparantur: latissimeque patet, quia et omnia locutionis genera et partes complectitur, et saepe sola verborum collocatione et ordine vim suam in animo expromit. Accedit in enunciationibus initii et finis, quo orbis concluditur, comparatio, cum postremis prima, aut media mediis, aut postremis postrema, aut prima primis respondent; tum chiasmi, quem dicunt, forma, cuius extrema pars in prima enunciatione cum alterius initio habet necessitudinem, ut prioris enunciati initium affinem sibi exspectat posterioris clausulam. Nam quae aut natura sua aut alicuius opinione cum alterius rei conditione nunc tota, nunc quadam ex parte, nunc alius rei ratione habita, consentiunt vel discrepant; harum rerum notationi exprimendae inservit admodum verborum collocatio. Multiplex vero modus est oppositionis. Notissimum illud est, quod eiusdem originis verba non eadem forma se attingunt, ut ad Attic. VII, 26. *diem ex die exspectavi.* Offic. I, 32. *Virtutum in alia alius mavult excellere.* ad Att. XIV, 14. *Sublato tyranno, tyrannida manere video.* Loci similitudinem tuentur subiecta et verba sensu sibi contraria Fin. I, 17. *Stulti malorum memoria torquentur: sapientes bona praeterita grata recordatione renovata, delectant.* Primis extrema respondent Leg. III, 13. *Ut cupiditatibus principum et vitiis infici solet tota civitas: sic emendari et corrigi continentia.*

Sed ex rerum et verborum aequalitate et concentu, si ad cogitationum vim et dignitatem et oppositionem exprimendam verborum collocatio comparata fuerit, admirabilis quaedam et numeri suavitas existit et pulcerrima partium proportio paene symmetrica. Et *rhetoricum* quidem *numerum*, qui a sonorum et syllabarum suavitate distinguendus est, eum intelligo, qui accedit ad poetici numeri vel periodici ordinis, in iterata arsis et thesis consecutione positi, similitudinem. Quam auribus iucundissimam graviorum et leviorum, eminentium et comitantium verborum, tanquam causarum et effectuum, vicissitudinem in qualibet explicatiore enunciatione iam ex primae et mediae et postremae partis, de qua diximus, distinctione velut ictu notata animadverteris; tum facilius etiam, quanta illa numeri suavitas sit, sentitur, ubi interiectarum enunciationum varietas accesserit ut, Cic. Epist. ad Lentulum 6. init. *Hic quae agantur, quaeque acta sint, ea te et litteris multorum et nunciis cognoscere arbitror:* eademque epistola extrema *Tu fac animo forti magnoque sis, speresque fore, ut, fracto impetu levissimi hominis, tuam pristinam dignitatem et gloriam consequare.* Acrius opposita continet Orat. pro lege Man. 5, 11. cum alia, tum haec: *Ius legationis verbo violatum illi persecuti sunt; vos legatum omni supplicio interfectum relinquitis?* Hoc loco animus tot tantisque ictibus tunditur, ut oppositorum frequentia nullam fere admittat animi remissionem, quam ibidem §. 13. sentio esse in ipsa oppositorum copia concessam, ut alternis vicibus tanquam arsis et thesis veniat: *Hi vos, quoniam libere loqui non licet, tacite rogant, ut se quoque, sicut ceterarum provinciarum socios, dignos existimetis, quorum salutem tali viro commendetis: atque hoc etiam magis, quam ceteros, quod eiusmodi in provinciam homines cum imperio mittimus, ut, etiamsi ab hoste defendant, tamen ipsorum adventus in urbes sociorum non multum ab hostili expugnatione differat.*

Sed praeter successionem vocabulorum se
oratione excipientium aliud genus suavitatis esse
in *symmetria* et verborum, quibus enunciatio co
tur, et enunciationum inter ipsas, quae period
bitum efficiunt. Est autem symmetria series pa
sic cohaerentium, ut in uno tamquam in centro
venire, vel pariter ex uno procedere videantur.
initii ac finis enunciationum proportionem qua
esse dixi, sic symmetricae oppositionis varia g
reperis in comparativis, disiunctivis, adversativi
riodis, ubi subiecta inter se, vel obiecta, vel v
vel temporis, loci, modive notationes compar
Quo iure centrum dicam esse in periodorum
structione, intelliget qui Orat. pro Rosc. Am. c.
Credo ego vos, iudices, mirari, quid sit, quod,
tot summi oratores hominesque nobilissimi sedeant
potissimum surrexerim, qui neque aetate, neq
genio, neque auctoritate sim cum iis, qui se
comparandus, verba medio loco posita *ego potis*
surrexerim considerarit. Effectus *vos iudices m*
adiuncta causa *cum tot summi oratores — se*
praecedit; sequitur altera in ipsius oratoris med
tate posita, *qui neque aetate — comparandus.* C
ibid. c. 2. extr. et c. 3. init. Proximus ab illo
aliud oppositionis et symmetriae genus ostend
verbis *iniuriam novo scelere conflatam putant op*
defendi: defendere ipsi propter iniquitatem tem
non audent. In ipsa defensionis cogitatione ce
esse intellige. Scite vero Cicero et verecunde Bru
dixit *cum ego mihi illum, sibi me ille* (non m
ille) *anteferret.* Voluit enim alterius nomen (
et *sibi*) efferri, suum vero (*me* et *mihi*) medi
latere. Tusc. I, 1. *Cum defensionum laboribus*
toriisque muneribus aut omnino, aut magna ex
essem aliquando liberatus; retuli me, Brute,
studia, quae retenta animo, remissa temporibus,
intervallo intermissa revocavi. Eloquentiae o
philosophiam non eodem periphrasis modo descri

estiores *defensiones*, quas *laboris* notio comitatur, um commemorat; *senatoriisque* a latere habet vo- *muneribus*. Extremo protasis verbo *essem libe-*, cuius gremio adverbium *aliquando* graviter in- ur, statim in apodosis initio opponitur *retuli me*, est paratissimus libertatis fructus. Et ut, unde rit, initio loci dixit, sic in fine periodi addit, se verterit, cum aequali quadam, ut rerum, sic orum proportione. Quae medio utriusque mem- loco leguntur in protasi *omnino aut magna ex e*, verbo praecesserunt, ut, quatenus liberatus t, intelligeretur. In apodosi vero verba *retenta emissa* comites *animo* et *temporibus* secum iunxe- . Tertiam huius generis notationem *(longo inter-) ad* perspicuitatem, et ut participiorum *remis- - intermissa* molestiam levaret, praeposuit, prae- m cum *longo* esset efferendum. Ita *intermissa* m pondere est cum *revocavi* coniunctum, quo in losi fuerat *aliquando* iuxta *liberatus* positum. Pleni scriptorum veterum libri, inprimis orationes et tolae Ciceronis, oppositionis varietatibus, quas ra coneris omnes ad certam quandam normam care. Atque omnem collocationem verborum, n decet ubique ex rei causaeque cognoscendae ra ducere, suo quisque ingenio ac veri et pulcri io, optimorum scriptorum exemplis subacto, ad picuitatem, gravitatem, suavitatem instituet; quo nolet uti, huic rhetoricam verborum collocationem ra commendaris.

Alterum dicendi genus, quod *poesis* habet pro- m, quamquam non, ut prosa oratio, rei decla- lae cognitionem curat, sed cogitationibus animum oblectare; tamen omnibus rhetoricae artis in col- tione verborum rationibus ad hunc ipsum finem poterit. Sed quoniam lusu cogitationum et infi- um rerum specie pulcri sensum excitat; aliae ac- nt causae, quibus poesis grammaticum verborum nem deserat. Omnis autem cogitationum ac sen-

tentiarum pulcritudo ad *varietatem*, *v[illegible]m*, *claritatem* ac *veritatem* revocanda est, si mentis cogitandique formas, quantitatem, qualitatem, relationem et modalitatem comparas [7]). Ad quas virtutes conservandas cum omnis poeticae dictionis cura, tum verborum collocatio debet institui. An id aut casu evenisse, aut metri imperio factum putemus, ut excellentissimi cuiusque carminis latini verba ipso suo ordine nos delectent? Quantumvis igitur sit metricae legis imperium; non tamen artis praestantia ullum necessitatis vel obedientiae in carmine vestigium reliquerit. Ut enim cum ipsa rerum et cogitationum inventione metri lex inventa et ultro suscepta est; sic neque delectus neque collocatio verborum aliam rationem sequitur, quam quae cum rei ac formae animo conceptae natura consentiat.

Varietas autem, quae, si cogitationum quantitas spectatur, cum simplicitate coniuncta primam poesi laudem conciliat, in cogitationum ad rei naturam convenienter coniunctarum copia cernitur. Hae vero dum distinguuntur ac diiudicantur, lusum virium animi ita suavissimum efficiunt, si singulorum verborum vis quanta sit, potest maxime percipi. Hinc praecipiendum est, ut illud vocabulum ubique praecedat, cuius notio altera voce continetur, ne prima enunciationis vox alteram vel tertiam occupet, sed suo quaeque

7) Pluribus has poeticae dictionis virtutes explicavit C. A. H. Clodius in libro, quem inscripsit *Entwurf einer systematischen Poetik. Lips.* 1804. p. 248. 270. 318. 326. Est enim hoc phantasiae munus praestantissimum, ut ad sensum animique oblectationem convenienter summam conetur rerum speciem fingere. Quamobrem solet ea, quae intellectus acriter distinguit, sic componere et miscere, ut simplicitatem cum varietate coniungat, et quae sunt vel esse debent, nunc nasci vel fieri videantur. Eademque animi vis causarum et effectuum ordinem non explicat, sed leviter tantum significat, et efficit denique, ut quidquid finxerit, verum id esse videatur.

co plurimum valeat, eoque deinceps ordine, quo imus perceperit, formarum series inchoata perfi- atur: ut Horat. III, 2, 14.

Mors et fugacem persequitur virum,
Nec parcit imbellis iuventae
Poplitibus timidove tergo.

aec si transponeres, (per metri rationem id fieri ossit, nec ne, nunc non quaerimus, quamquam id idem facile poeta poterat, si placuisset, mutare) igitur diceres *Virum fugacem, iuventae imbellis, rgo timido*; aetatis ostendere diversitatem magis, am ignaviam aut inertiam; tergumque per se timoris otionem occuparet, ut *timido* esset prorsus otiosum.

Et paulo ante

eheu! ne rudis agminum
Sponsus lacessat regius asperum
Tactu leonem, quem cruenta
Per medias rapit ira caedes.

st *leonem* sero veniret asperitatis notatio, *cruenta* st *ira*, *medias* post *caedes*. Eo vero loco, quo guntur, quam quaeque vox potest, maximam vim bet et integram suam significationem ostendit. Et oniam novas poesis quaerit species, liberius etiam o adiectiva non modo uni substantivo *(sponsus)* ab roque latere adiunguntur, sed etiam duorum sub- ntivorum adiectiva *(cruenta-medias)* relicto sub- ntivi latere, dummodo suo possint notione placere, rmutata vice collocantur. Ita formarum etiam et norum maior quaedam varietas colligitur. Si vero ta est adiectivi cogitatio, nihil, cum substantivo tposita fuerit, amittet gravitatis ac pulcritudinis, ibidem *Virtus repulsae nescia sordidae* h. e. quam rique sordidam iudicant, et

Saepe Diespiter
Neglectus incesto addidit integrum:
Raro antecedentem scelestum
Deseruit pede Poena claudo.

que *neglectus* (h. e. cum esset ab impio negl.) in is numine latet, neque Poenae pedem per se

claudum cogitaris, sed si quando, quod rarc scelestum deserit. Vocem vero *antecedentem*] non poterat, nisi otiosam vellet esse, post ve ponere.

Itaque prosa oratio, ut definitam certamqu cognitionem comparet, priorem locum graviori bulo concedit: poesis, infinitarum cogitationum l quaerens, ex formarum et imaginum varietate e tegro cuiusque pondere petit oblectationem. Ho coris genere nitet inprimis Tibullus, ut II, 1, 48. s

Rure levis verno flores apis ingerit alveo,
Compleat ut dulci sedula melle favos.

Alterum, quo poesis suavitatem efficit, in v positum est, qui vitae excellentioris speciem pra fert, viriumque quandam contentionem vel act humanae similitudinem ostendit. Et quamquam dicendi genus cogitationum, verborumque form compositione maxime efficitur; ordo tamen verb multum ad huius virtutis vim adfert ornamenti illud quod Horatius de se fingit I, 22, 9. seq III, 4, 8.

Me fabulosae Volture in Appulo
Altricis extra limen Apuliae
Ludo fatigatumque somno
Fronde nova puerum palumbes
Texere.

Sic sensim imago efflorescit ex cogitationum mu dine, quarum alia alii addita novum colorem, mamque novam suppeditat, quoad in fine subie et praedicati verbum inveneris. Sed nescio, an] stent lyricis epici in hac verbis pingendi spiritu et animum tribuendi arte, qua vitae expertia ve animata ad agendum, hominisque similitudinem hantur. In quo multum valet ea verborum collo quae, ut utroque Horatii loco, praedicati pa omnemque conditionis varietatem sic explicat, ut gulas videamus nascentes, et ad unam pleniorem ginem colligamus, ut Virg. Aen. II, 379.

Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens, trepidusque repente refugit
Adtollentem iras et caerula colla tumentem:
Haud secus Androgeus visu tremefactus abibat.

oc l. subiecti exspectatio movetur: aliis locis paene ignito subiecto et praedicato alia ex aliis adduntur, otaque novis ornantur et augentur. ut ibid. II, 403.

Ecce trahebatur passis Primeïa virgo
Crinibus a templo Cassandra adytisque Minervae,
Ad coelum tendens ardentia lumina frustra:
Lumina: num teneras arcebant vincula palmas.

omp. ibid. v. 471 seqq. et 486 seqq.

Accedit tertio loco *claritas*, quae in ea cogitaonum relatione cernitur, ut infinitum quemdam cauarum nexum referat. Qui quo magis est finitus, o plus praebet orationi perspicuitatis, quae prosae ationi plus affert laudis, quam poesi. Haec igitur, uod verborum nexum, reique cognitionem minus arat, pro perspicuitate habet propriam claritatem Helldunkel), cum verba, si eorum collocationem ectas, sensu et grammatica constructione sibi proinqua disiunguntur, ut paene dispersa vel confusa ideantur. Sed haec ipsa confusionis species, ad entis facultatem minus illa quidem comparata, multum affert animo voluptatis. In lyricis vero carminius amphibolia frequentior est, ut Hor. II, 7, 13.

Sed me per hostes Mercurius celer
Denso paventem sustulit aere.

laiore etiam intervallo quam *paventem* a *me*, supra itato l. III, 4, 8. *palumbes* erat a *fabulosae* disinctum, et particula *que* cum *fatigatum* iuncta, quae d *somno* pertinebat. Nec tamen exempla desunt in pico carmine, ut Virg. Aen. I, 321. ubi Venus venaicis habitum gerens,

Heus, inquit, iuvenes, monstrate, mearum
Vidistis si quam hic errantem forte sororum.

m facilior et prosae orationi convenientior ordo rborum foret: *monstrate, si quam forte mearum*

sororum hic errantem vidistis. Huius generis est illud Tibulli II, 1, 15.

Cernite, fulgentes ut eat sacer agnus ad aras,
Vinctaque post olea candida turba comas.

ibid. II, 3, 13. de Apolline

Nec potuit curas sanare salubribus herbis:
Quicquid erat medicae, vicerat, artis, amor.

Ut illic adverbium *post*, sic hic *artis* non eo, quo prosa oratio exspectarit, loco est constitutum.

Quarta poeticae orationis virtus *veritas* est, quae cum in omnis dictionis cum cogitationibus exprimendis convenientia expromitur, tum ad ordinem verborum sententiae accommodatissimum pertinet. Tenerrima est enim cogitationis consociatio et necessitudo arctissima cum verbis, quae sunt eius signa. Neque in boni scriptoris interpretatione tam quaeritur, graviusne aliquid vel venustius dicere potuerit, sed quid dicere voluerit. Id vero existimandus est etiam collocatione verborum expressisse. Sed quod liberius solent et laxiore ordine verba in poesi collocari, non idcirco videri debent, etiamsi per metri rationem liceat, nulla sententiae mutatione transferri in alium locum posse. Virg. Aen. IX, 493. mater Euryali ait:

Figite me, si qua est pietas; in me omnia tela
Coniicite, o Rutuli! me primam absumite ferro.

Mori enim vult mater, nec superstes esse filio. *Me, me figite* si diceret, ipsa pro Euryalo mori vellet. Alia ratio in lyricis obtinet, ut cuiusque metri sua est locorum dignitas: id quod satis sit hic uno verbo monuisse. Horat. II, 7, 16.

Ergo obligatam redde Iovi dapem,
Longaque fessum militia latus
Depone sub lauru mea, nec
Parce cadis tibi destinatis.

Omnia sunt scite ordinata, neque salva ordinis, quo se notiones excipere debent, veritate, quae et ambiguitatem et immodestiae speciem fugit, transposueris *fessumque longa militia latus* aut *militia mea Depone sub lauru latus*, id quod metrum ferret, non item

tivus *mea* a *militia* prorsus alienus, nisi poetam
s ambiguitatem structurae afferre voluisse, suam-
potissimum laurum commendare. Neque *longa*
oco suo et principatu recte deiiceretur. Diutur-
; enim militiae otium iubet expeti. Commovet
m quaeque vox animum non modo pro locorum,
; metrum varios ostendit, dignitate, sed etiam
cessionis iure. Has verba collocandi cautiones
cillimum esset servare, nisi decori sensus et ipsius
ıi cum ordine notionum conjuncta commotio, cui
ri usus non molestus, sed commodissimus est,
sponte et natura duce, ad quam ars rediit, con-
ieretur.

IX.

COMMENTATIO GRAMMATICA

DE

PERIODO CONDITIONALI LATINORUM.

De particula *si*, cuius ope in latino sermone conditio ponitur seu aliquid sumitur, quod, ut causa effectum, sic consequentiam habeat, in *Commentationum grammaticarum* particula III. et IV. *de Latinorum indicativo et coniunctivo* sex fere abhinc annis exposui. Sed quoniam utroque illo loco velut in transcursu periodum conditionalem attingere licuerat, ab eoque inde tempore alii viri docti [1]) de difficillima

1) Post G. T. A. Krügeri librum anno 1820 Brunsuici editum *Untersuchungen aus dem Gebiete der lat. Sprachlehre* qui liber utilissimus, sed, si Viri D. sententiam quaeris, admodum incommodus, explicatioris sermonis mole premitur, Car. Fr. Etzlerus scripsit *Sprach-Erörterungen. Breslau* 1826. Hic V. D. in hac doctrinae grammaticae parte diligentius multa, quam ab aliis tradita erant, investigavit,

hac grammaticae doctrinae parte peculiares libros scripserant, quorum mihi sententiae perpendendae viderentur; faciendum putavi ut, facta anniversaria scribendi opportunitate, quid de periodi conditionalis natura et finibus, quibus in sermone latino contineretur, repetita cura statuerem, explicatius disputarem. In quo eam rationem secutus sum, ut latinae dictionis, eius quidem etiam in hac parte tacito quodam veri, simplicis et concinni iudicio inventae et veterum scriptorum usu subactae, causas et varietates cum communi mentis cogitandique ratione compararem, caveremque, ne in argutias inciderem, quas ab aliis vidissem non omnes ubique esse vitatas, neve ad eam omnia normam revocarem, a qua ubi veteres scriptores discessissent, miserum illud enallages vel libidinis concedendae refugium pateret.

Frequentissimam periodorum opportunitatem in omni sermone praebet conclusio ex connexo. Sunt enim pleraque in rebus humanis sic inter se connexa et apta, ut alterum ab altero aut tamquam principali perfectave causa efficiatur, aut ut a causa proxima, eaque vel adiuvante, vel certe antecedente causa excitetur vel praestetur. Ex connexo concludit qui aut rei effectae vel efficiendae veram, quam sciat vel opinetur, causam vel rationem declarat (unde causalis periodus existit), aut qui aliquam rem suo quodam iure ad concludendum sumit, et tanquam fundamentum conclusionis ponit non eo consilio, ut rem esse vel fuisse futuramve esse persuadeat, sed ut, hoc

---

et latini sermonis usu a germanico et graeco scite seiuncto, ad simplicitatem quandam revocavit. Etzleri librum si nosset, Frid. Ellendtus *Commentationem de formis enunciatorum conditionalium linguae latinae Regimontii Prussorum* a. 1827. scriptam, nescio an multis locis mutasset. Consecutionem temporum in hoc periodorum genere Ell. primus quam maxime explicuit. Ingentem errorum typographicorum copiam vel in numeris admissam qui legerit, dolebit.

litis genere praetermisso, solam consequentiam aperiat, quam res sumta, si vera sit vel evenerit, habitura sit, aut quid sequeretur vel secutum esset, si id, quod sumitur, eveniret vel evenisset. Apodosis igitur ad persuadendum de effectu vel de rei consequentis veritate vel probabilitate constituitur. Sumtionem particula conditionalis *si* indicat, cui consequentiam efficienti vel excitanti vel adiuvanti particula *nisi* s. *ni* opponitur, qua, quominus res exspectata sequeretur, prohibitum esse vel prohiberi significatur. Res sumta *conditio* vocatur, quatenus alteram rem, cuius conditio est, cogit consequi ut ait Cic. de fato 7, 14. *si igitur quod primum in connexo est, necessarium est; fit etiam, quod sequitur, necessarium.* Sed latius patet vis vocabuli conditionis, ut causae, ubi ad laxius vinculum antecedentis et consequentis rei transfertur, unde ad ipsam agendi opportunitatem denique deveneris, quae a logicae conclusionis necessitate magnopere distat. Quidquid autem sumtum fuerit, eius consequens in apodosi ostenditur, cum protasis sumtionem propriam habeat. Qua sublata, etsi consequens effectus vel eventus sublatus sit; tamen in oratione forma quidem sumtionis non ubique necessario suspensa videbitur ex apodosi, sed interdum sui iuris esse: quamquam conditio, quod non sua causa, sed propter effectum ponitur, ad apodosin facilius sese applicuerit, cum etiam saepe in media sententia, quam definit, vel in extrema parte tamquam inferior collocetur. Quoniam vero consequentis rei enunciatio in maxima formae, quam induit, varietate liberior est, neque dici videtur posse antecedentis vel sumendae rei formam quovis pacto regere [2]);

2) Sic visum est Etzlero l. c. VI. p. 61. et IX. *Vom Conjunctive der lat. Sprache.* Quare conditionalis periodi apodosin, vocat *den Rectionssatz*, protasin *den Bestimmungssatz.* [Ibidem V. D. ait p. 160. „Ueberhaupt ist es unstatthaft, von den Sumtionsformen und ihrer Bedeutung zu

atius visum est, de sumtione prius dicere, quam de e consequente. Iam cum in conditionali periodo de ei, quae sumitur, veritate non disputetur, sed verisima quaeque res, et quae esse vel evenire nequeat, nriter ad sumtionem apta sit; multum tamen, si uaeris, quo iure res quaeque sumatur et quo sumionis genera discrimine distinguantur, interest, ex uo tanquam veritatis fonte sumtio ducatur.

Cum praesentes et preteritae res, si sumuntur,

---

sprechen, ohne sogleich einen Rectionssatz damit zu verbinden, auf den ja alles ankommt.“ Omnia esse in consequente parte periodi condit. negaverim. Ut enim varia in constituenda sententia causa est coniunctivi, ponitur aliquid cum dubitatione nunc, nunc per coniecturam, nunc experientia duce cum probabilitate, nunc certo rationis iudicio per coniunctivum verbi, de quo vid. quae dixi in Commentat. IV. Quae in sumtione ponuntur, praesentari nequeunt, ut *Reges* (Der fragt vielleicht,) *Vendat aliquis domum;* Angenommen, es verkauft — — Es soll einer sein Haus verkaufen.) *Dares hanc vim* (Gesetzt, du gäbest). De eiusmodi locis, non ita raris, qui sumtionem sine particula *si* satis aperte per coniunctivum indicant, Vir D. p. 197. dicit „diese Analogie hat sich nicht ausgebildet.“ Nimirum ad perspicuitatem aptior et frequentior est usus particulae *si*, quae si praecesserit, non potest non addi consequens enunciatio. Tum pergit V. D. „Ob das Praesens oder Imperfect des Conjunctivs zu wählen sey, ja ob überhaupt ein Conjunctiv oder Indicativ angemessner sey, kann für sich allein durch Betrachtung der Sumtion nicht bestimmt werden; der Rectionssatz entscheidet, als mit welchem sich die Sumtion gern in einerlei Form stellt.“ Nec mirum id fuerit, si perpenderis, sententiam primariam per *si* et *nisi* definiri, praesertim *si*, ut in illo Livii *nec*, *si sciam*, *dicere ausim*, utriusque verbi idem est subiectum. Ut praescindam: Alia est cogitandi ratio et causa coniunctivi vel indicativi in sumtione, alia in eventus declaratione: quamquam, quod utraque eiusdem hominis cogitatio, altera non sine altera, verbis exprimitur; arctissima haec consociatio sumtionis et consecutionis modi aequalitatem prae se ferre solet, nisi opus fuerit, ut antecedens causa seu conditio a consequenti eventus vel effectus declaratione etiam modi vel temporis discrimine distinguatur.]

communi iudicio vel usu, aut alterius, cui de consequenti re persuadere studes, tuave sententia verae et certae esse vel evenisse intelligantur: *primo sumtionis genere* ea continentur, quae data sunt, sive concessa alteri sive a te, qui sumis, iam defensa. In *sumtione dati* [3]), quam germanice *Voraussetzung* vocant, praesens indicativi tempus solemne est de iis potissimum, quae ex notione rei sumtae petitam (logicam) veritatem ad concludendum afferunt: si in facto res est posita, praeteriti temporis formae adhibentur. Huc illud possit referri quod Cicero dicit Part. orat. 13, 46. *sed ea* (argumentatio) *conficitur, cum sumseris aut non dubia aut probabilia, ex quibus id efficias, quod aut dubium aut minus probabile per se videtur.* et Top. 9, 40. *Commode etiam tractatur haec argumentatio, quae ex genere sumitur, cum ex toto persequare partes, hoc modo: Si dolus malus est, cum aliud agitur, aliud simulatur: enumerare licet* — — — de Fato (qui liber plenus est exemplorum) 14, 31. *At si omnia fato fiunt, omnia causis antecedentibus fiunt.* de Div. II, 17, 41. *Si dii sunt, est divinatio.* In hoc sumtionis genere sunt ea, quae, cum explorata et cognita sint, cum rhetorica tamen gravitate ad animum commovendum sumuntur, ut aut consequens sententia plus capiat ex antecedentis aut antecedens ex consequentis comparatione necessitatis in affirmatione vel in nega-

3) *Sumtionem dati* Etzlerus p. 66. seq. et 163. seqq. appellavit, a qua distinguit *sumtionem dandi*, et *sumtionem ficti*. Cum aptior vox deesset, hoc nomine uti non dubitavi, cum etiam Cic. de Div. II, 50, 103. diceret *Ea sumunt ad concludendum, quorum iis nihil conceditur. Conclusio autem rationis ea probanda est, in qua ex rebus non dubiis id, quod dubitatur, efficitur.* tum 104. *Haec vos dialectici non facitis: nec solum ea non sumitis ad concludendum, quae ab omnibus concedantur: sed ea sumitis, quibus concessis, nihilo magis efficiatur, quod velitis. Primum enim hoc sumitis. Si sunt dii, benefici in homines sunt. Quis hoc vobis dubit?*

me, ut Cic. Epist. ad Fam. IX, 15. *Moriar, si aeter te quemquam reliquum habeo;* in obtestatione id. XVI, 14. *Si me diligis, excita ex somno tuas teras;* in despicientia Orat. III, 24, 43. *etiam Lai; si diis placet, hoc biennio magistri dicendi exiterunt.* in ironia p. Mil. 3. *nisi forte existimatis, mentem P. Africanum fuisse.* Huius generis sunt iam quae in transitu sumuntur, *Quod si ita est,* vel i comiter verecundeve sumis quod datum est, *si aeris: si vis: si placet,* quae paene parenthetica ibentur. Alterius usu et experientia cognitum non irum est sumi praeterito tempore Offic. II, 9, 29. *uae si* (ut constat) *populo R. iniuste imperanti accire potuerunt, quid debent putare singuli?* Verr. I, 8, 148. *At enim si pupillo redimi non licebat, non cesse erat rem ad ipsum pervenire.* Sine conditioli particula simillima duarum sententiarum contentio ec est. Liv. II, 45. *Consulem Romanum miles semel acie fefellit; Deos nunquam fallet.* Nec raro parcipii formam conditionalis particulae locum constat stinere.

Alterum genus sumtionis, sumtio dandi (Fallsetzung) ea continet, quae universe evenire solent, quia saepe accidunt, exspectantur sic quidem, ut, ntequam fiant, prudentia suadeat quaerere, quid, si ant, secuturum faciendumve sit. Larga haec est x connexo concludendi materia, in qua insunt, quae ita communis et experientia solet afferre, tamquam gendi opportunitates. Verr. II, 67, 162. *Metello, omini sapienti, prorsus non possum ignoscere, si quid ulte facit.* Offic. III, 12, 52. *neque ego nunc te celo, i tibi non dico, quae natura deorum sit.* Ibid. 6, 26. *uam* (utilitatem) *si ad se quisque rapiet, dissolvetur mnis humana consortio.* Ibid. 4, 19. *quam* (formum) *si sequemur in comparatione rerum, ab officio unquam recedemus.* Frequentius est futurum, ut id. 15, 61. *uterque, si ad eloquendum venerit, non lus quam semel eloquetur,* quam imperfectum et

plusquamperfectum, Tusc. I, 17, 38. *rationem illi sententiae suae non reddebant, nisi quid erat numeris aut descriptionibus explicandum.* Nat. D. II, 35, 90. *Sic philosophi debuerunt* (suspicari), *si forte eos primus adspectus mundi perturbaverat.*

Haec igitur in primo et altero sumtionis genere ut *data* vel *danda* sine ulla cura [4]), resne, quae

4) Sine ulla cura, utrum res, quae sumatur, evenerit, nec ne, propterea rem dixi sumi, quia hoc discrimine expressa sententia conditionalis a causalis periodi protasi, quae indicativum gerit, distinguitur: damus enim alicui, quod sumi possit, ne nunc controversia moveatur. Similiter iure meo in sequenti disputatione distinxi *intelligere* v. c. rem esse posse (*Etwas als möglich ansehen*) a verbo *cogitare* rem (*sich Etwas als wirklich denken*) quae certe esse vel evenire possit: a quo differt *fingere* rem, quam intelligis nunc non esse vel etiam ne posse quidem esse, quae nihilominus potest mentis vi imaginandi concipi. Talia Etzlerus non vult in hoc disquisitionis genere distingui, nec inde ullo loco coniunctivi usum in sumtione repeti, quam omnem defendit pendere ex apodosi, et ex hac sola coniunctivi causam ducere. Praeter alios libri locos vid. quae V. D. disputavit (*Sprach-Erörterungen* p. 270.) „Wenn wir also nicht dem lateinischen Conjunctive einen ganz andern Charakter geben wollen, als den andern Sprachen, so möchten wir uns wohl schon darum genöthigt sehen, die allgemeinen Begriffe der Wirklichkeit und Möglichkeit als Grundlage der Modus-Syntaxis ganz fallen zu lassen, und dem Conjunctive (nebst dem Optative) sein Gebiet in der Satzverbindung anzuweisen. Denn ob er gleich nicht immer dabei vorkommt, und dazu erforderlich ist; so ist doch immer nur in dieser Beziehung, dass er wichtig wird.“ At nunc non quaeritur, quantum quoque loco habeat coniunctivus gravitatis, sed quae causa sit coniunctivi qualiscunque. Nos ne relativam quidem vim, quam magnam esse fatemur, coniunctivi in enunciationum coniunctione intelligi posse existimamus, nisi animadversa res a cogitata vel ficta distinguatur; neque potentialis vis coniunctivi, quam latissime patere Vir. D. docuit, aliud, quam quod est in cogitandae rei ratione, habet fundamentum. Verum enim Etzlerus p. 116. logicam doctrinam, quae dux est optima grammaticae, in eo genere, quod hypotheticum dicitur, suas

sumitur, vera sit vel evenerit, an non, *indicativo* significantur. Eaedem res non modo in oratione suspensa et obliqua, sed etiam tum *coniunctivum* inluent, cum rem sumtam cogitas v. fingis: praesenti quidem tempore quae cum quadam dubitatione conunctivi ope sumis, intelligis tantum esse posse, et si quid superiore tempore factum sumis, id infinito empore accidisse: ut Cic. Ep. ad Div. XI, 27. *Imudens sim, si plus postulem.* Intelligit enim se non plus postulare, sed tamen cogitat vel fingit se plus postulantem, ut, hoc sumto, *(dies einstweilen angenommen)* dicat, quid de se sit statuendum. Indicativo nemo utitur de suo vitio, a quo abesse sibi videatur. Quamquam per sermonis usum licet dicere *Impudens sum, si plus postulo.* Ita loquens aut confesseris, te nunc plus postulare, aut te id facere ex quadam consuetudine. Caes. Civ. III, 44. *Quorum si quis a domino prehenderetur, concursu militum eripiebatur*, h. e. eripi solebat [5]). Quid? quod etiam imperfecti usum in apodosi reperis, quod non sit conditionale de praesenti tempore, sed ad praeteritum tempus referendum, ut Verr. III, 13, 32. *Si meherule ex omni copia conventus Syracusani faceres testatem oratori, non modo reiiciundi sed etiam*

---

res gerere et valere iussit. Ita factum est, ut cum Godofredi Hermanni et Buttmanni auctoritatem in graecis, eandemque a Krügero ad latinum sermonem translatam sequi nollet, sed suo potius iudicio utendum esse, ut par erat, putaret, etiam ea reiiceret, quae in illorum virorum ratione erant comprobanda.

5) Hoc sumtionis imperfectum coniunctivi et plusquamperfectum Etzlerus (*Syntactische Analogien*, Breslau 1826. p. 138. §. 114.) sic describit: „wo eine frequentative Aussage der Vergangenheit an eine bedingende Bestimmung geknüpft wird: *Augustus si quo pervenire mari posset, potius navigabat.* Suet. Aug. 82. — Es herrscht diese Analogie hauptsächlich in Zeit- und sonstigen Relativsätzen, in denen zugleich bedingliche Begriffe liegen. *Quemcunque lictor iussu consulis prehendisset, tribunus mitti iubebat.* Liv. III, 11."

sumendi recuperatores; tu [illegible] *genus iniuriae ferre nemo posset.* In talibus locis, quales Etzlerus in Verr. III. p ra p. 189. consignavit, ex loci ratione magis quam ex imperfecti usu poteris cognoscere, *faceres* et *posset* non esse praesens conditionale, sed imperfectum de re, quam fingendo sumis.

Quare si haec *sumtio ficti (dahin stellende Annahme)* appellatur tertiumque sumtionis genus efficit, illud primum tenendum est, quidquid non esse vel fuisse intelligens cogites, id fingi dicendum esse latiore quidem vi vocabuli. Licet enim ultra fines rerum quae sunt vel, quia saepe fiunt, exspectantur vel, cum nullam in se repugnantiam habeant, videtur evenire posse, progredi et aliquem rerum statum mente et imaginandi vi concipere, quod ipsum est *fingere;* resque ficta poeticam certe habet veritatem et consequentiam vel effectum, cuius quidem ostendendi causa res ficta denique sumitur. Quoniam autem saepe fingimus esse quae desideramus, quorum memoriam repetimus; hoc genus sumtionis ex iis, quae supra dixi, non modo primi generis sumtionis et alterius, (quod propter fortuitarum rerum, quas frequentiae iure exspectes, copiam apparet per se a coniunctivi ratione, praesertim ubi futuro exacto usus fueris, proxime abesse) coniunctivum, sed etiam earum rerum sumtionem continet, quae cum nunc non sint, accidere tamen possunt, (quod praesenti tempore coniunctivi indicatur) vel cum ne posse quidem esse intelligantur, tamen cogitantur. Offic. III, 5, 21. *Si enim sic erimus affecti, ut —; disrumpi necesse est — societatem:* (cui simillimum foret, si diceres: *Si — simus aff. —; disrumpatur societas.*) Statim (§. 22.) tertii generis sumtiones sequuntur imperfecti vel praes. temp. coniunctivo expressae, in quibus etiam est obliquae orat. coniunctivus. *Ut si unumquodque membrum sensum hunc haberet, ut posse putaret se valere, si proximi membri valetudinem ad se traduxisset, debili-*

ari et interire totum corpus necesse esset: sic, si quisquisque nostrum ad se rapiat commoda aliorum detrahatque, quod cuique possit, emolumenti sui gratia, societas hominum et communitas evertatur necesse est. Adde Leg. III, 13, 30. Liv. XXXIX, 37. *Si existat hodie Lycurgus, gaudeat ruinis eorum, et — diat.* Fat. 9, 17. *Sic si diceretur — vere diceretur:* Verr. II, 20, 49. *qui si semper una fuisset, tamen — suae famae pepercisset.* vel omisso *si* Plin. Ep. I, 12. *Dedisses huic animo par corpus; fecisset quod optabat.* Cic. Offic. III, 19, 75. *At dares —: in foro, mihi rede, saltaret.* Hoc imperfectum coniunctivi vel plusquamperfectum *conditionale* per eminentiam vocatur. De quo paulo post erit dicendum, ubi particulam *si* a his sumtionis generibus cum aliis coniunctionibus comparaverimus, ad quarum similitudinem illa proxime accedit sic quidem, ut propriam sumtionis naturam, quae dubiam rem propositam relinquit, conservet.

Primum genus sumtionis non multum abest a causalis periodi protasi, quae habet proprias particulas *quia et quoniam.* Quibus cum vis efficiendi id, quod sequitur, dilucidius indicetur, in sumtione haec paene opprimitur. Quam facilis vero transitus sit a conditione, quae sumta s. cogitata causa est, ad eram h. e. animadversam effectus alicuius causam, ipse testis sit Cicero de Fato 8, 16. *Modo dixi, In sphaera maximi orbes, medii inter se dividuntur: possum dicere, Si in sphaera maximi orbes erunt; possum dicere, Quia in sphaera maximi orbes erunt. Multa genera sunt enuntiandi.* Ex factis potissimum exiguo quidem discrimine id, quod consequitur, repeti solet sic, ut pro *si* videatur *quia* v. *quoniam* poni posse, ut: in Q. Caecilium Div. 18, 58. *Si tu cum illo postea in gratiam redisti, si domi illius aliquoties fuisti, si ille apud te postea coenavit: utrum te perdiosum, an praevaricatorem existimari mavis?*

Similiter in *altero* sumtionis genere, cuius conditiones vel causae effectum adiuvantes vel opportuni-

tates agendi tempore infinito accidunt, *si* pr accedit ad significationem vocularum *quando*, *quoties*, *quamprimum*, *postquam* sim. ut Tus 22, 52. *si pes condoluit*, *si dens*, *si tactum c corpus*; *ferre non possumus*. Offic. II, 9, 31. S *igitur et perfecta gloria constat ex his*: *si diligit multitudo*, *si fidem habet* — vel prae pronomine demonstrativo ad obiectum describe Acad. II, 11, 34. *In eo autem*, *si erit communita falso*, *nullum erit iudicium*. Sine magna iactu cum pronomine *quisquis* vel *qui* permutari poterit Orat. 6, 19. *Probabile autem genus est oration* (quod) *non minus est comtum atque expolitum*. Offi 9, 31. *si cui haec suppetunt*, *adiuvant aliqua* Fin. I, 8, 26. *Si quae in his corrigere voluit*, *riora fecit*. Neque vero sine causa veteres scrip *quisquis* nunc, nunc *si quis*, nunc *si* simplicite suerunt: neque sine quodam damno Tusc. II, 20 *non sentiunt viri fortes in acie vulnera*, *vel si sen se mori malunt*, propter oppositam negationem *sentiunt* dixeris *vel qui sentiunt*, neque *vel si qui tiunt*, quia omnes, qui viri fortes sunt, aut s aut non sentire vulnera cogitantur. Huius igitu neris enunciationes, in quibus est *quisquis*, *qu cum*, quantum ab usu demonstrativi pronomin *qui* v. *eo tempore* v. *loco*, *quo* infinita sua sul v. temporis locive notatione distant, tantum disc in altera parte a *siquis*, *si quando*, *sicubi*. non temere est a Latinis facta compositio, cum tionis vim, quae in *quisquis*, *quando* sim. p spectatis delitescit, vellent ad infiniti cogitati adiici, quae in his voculis manifesta est.

Tertium genus conditionis nihil habet propt quod ficta sumuntur, cum causae vel temporis ticulis commune. Quamquam *si* in ficti sum interdum non multum abest a concessiva vi, constanter tenet *etiamsi* et *etsi*. Ergo ubi quod tremum est sumitur in causae cum effectu repug

a, sequi solet *tamen*, ut praecedens *si* vix possit b *etiamsi* distingui. Tusc. IV, 31. *Si ridere con-ssum sit, vituperatur tamen cachinnatio.* Catil. I, 2, 29. *Quod si ea* (invidia) *mihi maxime impenderet, men hoc animo semper fui* —. Fin. I, 16, 51. Manil. 17. *Si Romae Cn. Pompeius privatus esset hoc tem-ore, tamen ad tantum bellum is erat deligendus.* Est nim conditio talis, ut rei in apodosi propositae even-is vinculo eius liberatus videatur; id quod *tamen* gnificat. Contrarius est his usus particulae *si* pro odo v. *si modo* ad restringendam praecedentis sen-ntiae affirmationem per indicativum factam compa-atus. Cic. Epist. X, 3. *Romae delectus habetur — si ic delectus appellandus est.* Leg. I, 21, 54. *Probe uidem sentis, si re, ac non verbis dissident*, quo vox robe limitatur, comp. Nat. D. III, 28. *habemus, si odo habemus* [6]). Denique *si* vim vocis *utinam*, in lo *O — si referat Iupiter annos* sustinet et pro inter-ogativo ac dubitativo *num* vel — *ne* ponitur, ut iv. XXXIX, 50. *quaesivisse, si — evasissent.* Caes. iv. III, 85. *Pompeius — aciem instruebat, spectans, iniquis locis Caesar se subiiceret.*

Sed postquam sumtionis genera distinximus, de oniunctivi causis dicendum est, quem praeter ter-um genus sumtionis etiam primum et secundum non inus, quam apodosis, etsi non eadem ratione, in-

6) Ellendt l. c. p. 68. „Conditionalium ea est ratio, ut sublata causa tollatur eventus. Sed sunt multa exempla, particulas conditionales, ideoque huius generis speciem prae se ferentia, in quibus altero sublato, manet tamen alterum.“ Exemit igitur V. D. omnia de conditionalium ordine, in quibus *si* et *nisi* non lege causae et effectus posita essent, sed restringendi vim haberent; eaque in duas partes divisit; quarum in altera est *si* pro *siquidem*, *etsi*, *cum*, *quoniam* positum; in altera ii loci sunt, quibus *si* cum sua enunciatione uni tantum vocabulo restringendo additur. Agitur enim non tam de rei effectae causa, quae effectum praebeat, quam de vocabuli, quo effectum elocutus sis, addubitanda convenientia.

duit. Apodosis periodi conditionalis, quae ne ticulam quidem habet praefixam, sui iuris est, esse desinit, nisi aut obliquae orationis verbo tiendi vel declarandi parendum et infinitivi forma duenda fuerit, aut eo relationis vinculo cum superi oratione teneatur, ut subiunctivi, qui a subiung secundaria enunciatione dicitur, speciem in se piat. Quod si acciderit, sumtio, quae in rei cc quentis adiumento per *si* vel impedimento per indicando inferiorem lo m tenens ad apodosin lubentissime applicat, plerumque coniunctivum sciscit [7]): quod idem cogitur facere, cum ob

7) Cic. de Nat. D. II, 29, 74. *et mehercule, si me aud ne experiamini quidem.* et c. 67. *Tu autem Cotta, audias, eandem causam agas* ad q. l. vid. quae not. M *Si auditis*, vel *si audis* minus verecunde diceretur, sumtio, ut solet, coniunctivum in se recepit ad prim enunciationis similitudinem. Negari enim nequit, lub sime protasin sese ad convenientiam et quasi conce quemdam cum apodosis coniunctivo applicare, non mo apodosis absolutum sive aliunde suspensum habet coniu vum, (Cic. Nat. D. II, 48. *ut, si quid inhaeserit, c ciant*,) sed etiam si indicativum verbi, quod ipsum no sua illam cogitationis vel necessitatis vim prae se fert, potentialis coniunctivus significat, Fin. I, 19, 62. *non du* (sapiens), *si ita melius sit, migrare de vita*, pro *mi* Verr. IV, 9, 20. *Hi te homines auctoritate sua sublei qui te neque debent adiuvare, si possint: neque pos si velint.* Vid. Etzl. *Sprach-Erörterungen* p. 173. qui p. 175. Liv. XXI, 13. *cuius* (pacis) *ita aliqua spe si eam — ut victi audiatis*, potentialem vim prim enunciationis „*es ist einige Hoffnung dazu da, es ki wohl Rath werden*“ coniunctivi *si audiatis* causam dicit, sed tamen Vir. D. addit: „wie schwach und n nöthigend aber doch dieser Begriff sey, erhellet aus Zusatz: *si — habituri estis*; welche Sumtion doch k merklichen Unterschied von *si audiatis* darbietet.“ Sim futurum exactum sese excipit Cic. ad Div. II, 19. *Gratissi mihi feceris, si ad me in Ciliciam quam primum ve* comp. XI, 4. extr. *quod cum feceris — communi com inservieris.*

locum sustinens apodosis in *obliquae* orationis infinitivo, omni subtiliore modi ac temporis notatione sublata, nihil sibi praeter temporis praesentis, praeteriti futurive indicium relictum videt, ut Liv. XXII, 31. *exponit: — posse eum, si operae pretium faciat, principem popularium esse.* c. 42. *clamore orto a militibus, ni signum detur, sine ducibus ituros.* c. 44. *si quid — accideret, se — participem fore diceret.* XXIII. c. 22. post *dixit: si quid unquam arcani — fuerit, id — pro non dicto habendum esse:* XXIII, 43. *spondere, si Marcellum — tradidissent, neminem — dicturum.*

In primo sumtionis genere *si fato omnia fiunt* sic sumebatur, ut id etiamsi Cicero non crederet, tamen in praesentia adversario concederet vel se credere simularet; eadem formula, in coniunctivum *si — fiant* mutata, a credendo ad cogitandum et a simulatione vel concessione ad incuriam, utrum res cogitata eventura sit nec ne, descendet, Fat. 9, 9. *Non enim, si alii ad alia propensiores sint propter causas naturales et antecedentes, idcirco etiam nostrarum voluntatum sunt causae naturales et antecedentes.* Ibid. 18, 41. *quae si ipsae non sint in nostra potestate, non sequitur, ut ne appetitus quidem sit in nostra potestate.* In hac utraque sumtione *si — sint* coniunctivi causa non est in apodosis imitandae studio, sive formam sive sensum spectas. Atque *si fato omnia fiant, nihil sit in nostra potestate*, est si cogito fato omnia fieri, etsi nihil curo, utrum sic recte statuatur vel aliquando sit futurum, ut fato omnia fiant: quamquam primaria enunciatio *nihil sit* — potentiali vi sua *(so wäre offenbar die Folge, dass nichts —)* efficere potuit, ut sumtio coniunctivum indueret. Coniunctivo saepe Stoici utuntur in iure controverso: quale illud est Cic. Offic. III, 23, 90. *Quid, si una tabula sit, duo naufragi, iique sapientes, sibine uter rapiat?* vid. seqq. §§. et c. 24. init. *si quis — inciderit in eundem morbum; nec — impetret — quid faciendum sit?* Atque similiter praeteri-

tum tempus habebit coniunctivum de finito tempore *Si esset* (in quodam superioris temporis naufragio) *una tabula, duo naufragi.* Haec vero sumtio ad alterum genus solum pertinet, quod rerum frequentiam habet propriam. Nam quae in concessa vel simulata notionis veritate nituntur, praesenti tempore continentur, si infinita sunt. Imperfecto — *si fato omnia fierent, nihil esset in nostra potestate* usus fingis hunc rerum statum, ut fato omnia fiant, propter consequentis rei gravitatem: quod *praesens conditionale* appellatur. Potest nimirum eadem res dici esse aut tamquam animadversa, praesenti indicativi; aut tamquam cogitata. Quae cogitamus, quia non sunt in conspectu, aut sine cura cogitamus, utrum sint nec ne, adhibito praesenti coniunctivi; aut sic, ut intelligamus, rem nunc non esse, conditionali tempore praesenti, in sumtione ficti, cuius apodosis habet praesens tempus conditionale, ad quam protasis se applicat, cuius formam imitatur. Praesens et praeteritum t. conditionale, quoniam non, ut Francogallis, propriae formae suppetunt, imperfecto et plusquamperfecto coniunctivi recte significari, et germanici verbi imperfectum coni. *ich thäte,* pro quo non raro *ich würde thun* dicitur, et rei natura defendit. Nam latine res conditione quadam facienda iam superiore tempore cogitatur fieri debuisse, ut videatur non coepta fieri res excusationem requirere. Quare *si interrogasset, responderem* dicitur propterea, quod nunc non respondentem vel potius eum, qui non coeperit respondere (in quo est praeteriti quaedam propinquitas,) excusat praetermissa ab altero interrogatio, quae non potest non antecedere responsioni. Propter arctissimum autem rerum conditionis iure iunctarum, ut h. l. interrogationis et responsionis, nexum non est, cur antecedens ipso tempore plusquamperfecto indicetur: hinc illa usitata temporum congruentia, quae est in *si interrogaret, responderem; wenn er mich fragte* (pro *wenn er mich gefragt hätte*), *würde ich antwor-*

n [8]). Atque hac utriusque temporis congruentia ca-
:tur ambiguitas, cum *responderem tum, si interro-*
isset de praeterito tempore recte dicatur *(ich hätte*
mals geantwortet, wenn); responderem, si interro-
vret praesens sit conditionale *(ich würde antworten,*
enn er fragte). Quamquam ubi totius loci ratio ad
:aeteritum tempus revocat, ut Verr. III, 48, 115.
'uodsi tua res non ageretur, a te potius postularent,
? amplius quam singulas — decumas darent, vel non
terposito *tum* imperfectum *postularent* (potentialis,
e hätten gewiss gefordert) pro plusquamperfecto re-
:ritur, ad cuius similitudinem etiam accedit *ageretur.*
onf. ibid. §§. 32. 51. 52. 65. al. Epist. ad
iv. XIV, 7. *Cohortarer vos, quo animo fortiore*
setis, nisi vos fortiores cognoscerem, quam quem-

[8]) Cf. Etzleri *Syntactische Analogien* §. 111. p. 135. „Der deutsche Ausdruck *ich hätte, thäte, ginge* bezieht sich (es stehe im bedingten oder bedingenden Satz) durchaus und immer auf die Gegenwart; *si haberem* aber hat diese Beziehung nur alsdann, wenn im Rectionssatz die ähnliche Form als conditionalis steht: *si haberem, darem.* Seiner ganzen Natur nach aber gehört es zur Sphäre der Vergangenheit; und drückt eine Congruenz mit dieser aus; so wie *si habuissem* eine Antecedenz gegen sie.“ Eiusd. *Sprach-Erörterungen* §. 26. p. 178. In so fern nun der (lateinische) Sprachgebrauch dem Imperfect auch eine conditionale Bestimmung giebt und es (der einzige Fall) auf solche Weise in die Gegenwart versetzt, tritt auch die Sumtion, welche sich ihrer Rection gern so gleich gestaltet als möglich, in die Gegenwart: *si videres, profecto movereris.* Das ist jedoch immer nur ein mittelbares Uebergehen in die Gegenwart, durch den Bezug auf *die Form* des Rectionsverbs; wobei der Ausdruck *si videret* seine Natur als Congruenz nicht verliert, und daher sehr wohl auch in Beziehung auf eine conditionale Vergangenheit gebracht werden kann. — *Si videret* aber kann beides heissen, *wenn er sähe* und *wenn er gesehen hätte,* je nachdem sich der conditionale Rectionssatz auf die Gegenwart oder Vergangenheit bezieht.“ De Imperfecto Subi. pro Plusquamperfecto Subi. scripsit Aug. Grotefend *Comment. zu den Materialien lat. Stylübung.* Exc. X.

quam virum. Refers igitur *cohortarer* ad impedimentum cohortandi, quod est in *nisi cognoscerem:* quod ipsum propius accedit ad illud verbum, cuius causa adiectum est, ut *cognoscerem* pro *cognovissem* dicatur. Utrumque vero verbum solam cogitationem continet; quae quia finito tempore caret, eodem loco habetur, quo quae superiore tempore fuerunt, et relativo tempore imperfecto coniunctivi significatur. Quatenus autem quae conditionalem hanc formam gerunt, dum cogitantur, non sunt, *praesens tempus conditionale* appellatur. Et cum tempus, quod praesenti conditionali antecederet, requireretur; plusquamperfectum coniunctivi in promtu fuit *praeteritum conditionale,* quod, recepta imperfecti forma, praesentiae appropinquat; quemadmodum *dedissem, si rogasset,* vel *respondissem, si interrogasset,* etiam propterea dicendum est, quia ultra plusquamperfectum antecedens res non potest indicari. Qui igitur sit horum temporum conditionalium [9]) usus, et quae ratio intercedat inter ipsa in periodo conditionali, id, comparato demum consequentis rei tempore, cognosci poterit. Quae res si praesenti tempore conditionali effertur, non minus plusquamperfectum in protasi adhibetur, quam si apodosis habet plusquamperfectum v. c. Liv. XXV, 6. *quem* (Marcellum) *si ad Cannas consulem habuissemus, melior — nostra fortuna esset* (nunc). Eadem sumtio servaretur, si sequeretur *fortuna fuisset.* Atque ita nobis aditus ad temporum consecutionem in sumtione explicandam pateret, nisi antea de absoluto coniunctivo in apodosi dicendum esset.

Coniunctivus absolutus apodosis in periodo condit. ut cuiusvis primariae enunciationis, quae non est

9) Etzlerus *(Sprach-Erörterungen* p. 187.) merito deplorat parum distinctam vim *conditionis* his verbis: „Wie hemmend ist es, dass man den Begriff der Conditionalität immer zwei so verschiedene Functionen des Conjunctivs (im Rections- und im Bestimmungssatze) zusammenwirft."

aliunde suspensa, habet quandam necessitatis notationem, quam vim *potentialem* Comment. grammat. Part. IV. dixi esse, eamque propriam coniunctivi absoluti propterea, quod si effectum ostendis cogitatum, vel consequentiam, quam res sumta hoc uno pacto, si fiat, habitura sit, causam oportet esse, cur cogites. Causa vero, cur effectum cogitas, non minus, quam eius effectus, quem animadverteris, causa, est in rei ipsius natura eiusque cum aliis rebus coniunctione: quae quantum iuris habet ad concludendum vel exspectandum effectum, tantum habebit ipsa consequens de effectu sententia, necessitatis. In logica conclusione, quae ex sola notione rei sumtae petitur, indicativus consequentiae vim solet declarare. Si vero probabilem rei sumtae effectum ut cogitatum tuoque iudicio necessarium vel usu et experientia confirmatum describis, coniunctivus in promtu est, ut Cic. Ep. ad Div. XI, 21. *Impudens sim, si plus postulem.* Ich müsste — seyn, wenn —. p. Planc. 24, 58. *Si ita tibi respondeam — non, ut opinor, admirere* (könntest du dich nicht wundern). Lael. 3, 10. *Si — negem — mentiar* (müsste ich lügen). Liv. XXIII, 12. *si reticeam, aut superbus, aut obnoxius videar.* h. e. meo iudicio necesse est sequi, ut videar. *Irascatur, si videat* Er würde gewiss zürnen, wenn —. Novi enim hominem, quod turpe est non aequo animo ferentem, non autem curo, an videre rem possit [10]). Ubi in-

10) Liv. XXII, 60. *Si videatis catenas, squalorem, deformitatem civium vestrorum, non minus profecto vos ea species moveat, quam si ex altera parte cernatis stratas Cannensibus campis legiones vestras.* Etzler *Sprach-Erörterungen* p. 113. Zumptio, qui praesens et perfectum coni. ei rei cogitatae tribuat, quae fieri possit, imperfectum et plusquamperfectum rei cogitatae, quae fieri non possit, opponit: „Von Möglichkeit und Unmöglichkeit kann zuvörderst gar nicht die Rede seyn; alles was die Sprache als bedinglich aufstellt, wird als möglich gedacht, wäre es auch für sich noch so ungereimt oder widersprechend.“ Recte quidem, si

telligis, nunc eum videre rem non posse, dixeris *Irasceretur, si videret:* item si cogitando eum sumis praeterito quodam tempore praesentem, ut rem videre posset. *Irasceretur* (tum) *si videret.* Non enim forma,

---

res negatur esse posse. Aliud vero est intelligere, rem esse non posse; aliud negare, esse posse. Solere nos, ut homines sumus, curare, utrum res, quam propter ingens quoddam desiderium imaginandi facultate concepimus, futura sit nec ne, nemo negaverit, nec illud, rem absentem facile videri praesentem esse cupienti. Ita praesens tempus coniunctivi, si locos veterum scriptorum ut Liv. XXII, 60. comparas, et eam rem aptissime significat, quam sumis sine ulla de eventu cura, et eam, quam, cum nunc non sit, fingendo sumis tamquam praesentem. Praesens vero condit. unam absentiam rei sumtae indicat. Et quoniam res, quae cum non sint cogitantur, ab eventu aliae minus aliae longius abesse videntur, ut si quis mortuos aliquid videntes finxerit; ipsa animi commotione et vigore quodam maiore demum fit, ut, dum cogitamus, non curemus, an id, quod cogitamus, esse vel fieri possit. Hanc curam vel id, quod de ipsa re cogitata intelligimus, (ut temporum consecutio ad id, quod loquens intelligit, maxime comparata debet esse) Etzlerus non debebat negligere. Quare Viro D. equidem non assentior ibidem scribenti: „Was ferner das *Nichtseyn* betrifft, so liegt auch darin kein Bestimmungsgrund für den Gebrauch des Conditionalis — — kommt denn der Ausdruck (bei Liv. 21, 53.) *ingemiscant patres nostri .... si videant* etc. einer Thatsache näher, als wenn es hiesse *ingemiscerent, si viderent?*“ Profecto hoc dixerit qui intelligat, videre patres rem humanam non posse, quia mortui sint, cum praesenti qui utitur, aut id fieri posse putat, aut non curat an fieri possit. Hoc demum si tenueris, quodammodo concedere, si cuiusque placiti rationem iustam quaerere consuevisti, id poteris, quod dicit V. D. p. 116. „Letzteres *(haberem)* drückt eine blosse Bedinglichkeit aus; jenes *(habeam)* aber hat Nebenbegriffe von Nöthigung und Dringlichkeit.“ Sed tamen V. D. p. 117. atque saepe alias conditionali tempori aliquid necessitatis concedit: comparat enim utrumque tempus cum ait: „Die Conditionalform *ingemiscerent* wäre — viel matter als das Praesens“ et paulo post „weil das Praesens dringlicher ist.“ (Cf. eiusd. Viri D. *Syntactische Analogien* §. 88. p. 94.) Est vero ea necessitas in causa, cur omnino aliquid cogitemus, quia est

sed nexae orationis et sententiae natura, utrum certum quoddam praeteritum, an aoristum tempus intelligendum sit, quoque loco docebit, ut Cic. Part. orat. 25. *Si semper optima tenere possemus, haud sane consilio multum egeremus.* Hoc quidem est praesens conditionale: verum *egeremus* propter ipsius conclusionis vim, qua Cicero rei fictae, si vere eveniret, effectum cogitatum tribuit, necessitatis notationem ipso coniunctivo indicat. Hoc quidem apparet, *potentialem* coniunctivum in apodosi pro rei natura et ratione multos habere gradus necessitatis inde a sola cogitatione consecutionis et quadam desiderii vel iudicii verecundia ad potestatem, permissionem, eamque necessitatem, qua officia aut leges valent physicae; cui indicandae suppetunt verba potestatis v. necessitatis varietates significantia, ut *oportere, debere, necesse esse*: quorum temperatam vim Latinorum coniunctivus potentialis sola saepe verbi forma indicat, eandem, quam Germanorum ipsis necessitatem per se indicantibus verbis *müsste, sollte* cum lenitate quadam significare solet. Quamquam a potentialis coni. usu ad indicativum Latini redeunt, ubi necessitatis notio aut per verba *debere, necesse esse*, sim. vel gerundii ope exprimitur, aut si eventus indicatur, qui sine ulla dubitatione fuisset, nisi unum impedimentum obstitisset, vel si unum adiumentum, quod sumitur, accessisset. Cic. p. l. Manil. C. 17. *Si Romae Cn. Pompeius privatus esset, hoc tempore tamen ad tantum bellum is erat deligendus.* Liv. II, 38. *Si unum diem morati essetis, moriendum omnibus fuit.* XXX, 1, 21. *Occasio — fuit, si — duxisset.* Tull. III, 1, 2. *Quod si tales nos natura genuisset, ut — possemus;*

posita in rei natura et vi; quam si ad aliam rem, quacum nexa est, efficiendam, et ad hominis iudicium retuleris, ex connexo concludes. Qua de re recte V. D. hanc tabulam proposuit p. 120.

dicam (Gegenwart)	*diderem* (Vergangenheit)	*potentialis*
dicerem (Gegenwart)	*dixissem* (Vergangenheit)	*conditionalis.*

haud erat sane, quod quisquam rationem ac doctrinam requireret. Inprimis frequens est indicativus ante *nisi* v. *ni.* Liv. II, 10. XXV, 31. *quod* (frumentum) *ni tam in tempore subvenisset — perniciosa fames instabat;* ut animadversae rei forma, indicativus certo futuram fuisse famem significet. Quin etiam in primi generis, quod ex concesso fieri dixi, sumtione indicativus loco conditionalis coniunctivi reperitur de Divin. II, 8, 20. *At id neque, si fatum fuerat, effugisset: nec si non fuerat, in eum casum incidisset,* et paulo post: *Si enim fatum fuit, classes populi R. interire; etiam si tripudium solistimum pulli fecissent — tamen interissent.*

Ut denique ad *consecutionem temporum* veniamus, si praesens vel futurum cum imperfecto vel plusquamperfecto, quae tempora inter se discrepant, exceperis, omnia tempora tenentur quadam propinquitate. Sed praeter commune illud propinquitatis ius, quod notissimum est et ab Etzlero recte *negativum* vocatur, verba in protasi et apodosi conditionali idem tempus referunt, ubi (ut infinite dicta et in logica conclusione posita) altera res, tempore antecedens, non desiisse intelligitur, simulac consequi coeperit altera, ut notio verborum *posse, debere*, aliorum habet aliquid stabilitatis. Huc etiam illud referendum est, quod diximus, protasin lubentissime in sumtione sese ad primariae sententiae formam accommodare, ut eiusdem temporis formam induat, quod in apodosi deprehendatur. Factae vero res, quae sese excipiunt, si sic sunt connexae, ut eius, qui loquitur, intersit, causae et effectus vel antecedentis et consequentis tempora distingui; cum absolutis temporibus fit comparatio temporum relativorum, in eo quidem posita, quod tempus cuique tempori aut congruit, aut antecedit aut succedit [11]). Tum animadvertendum est,

11) Successionem futurum tempus periphrasticum sic significat, ut additum verbum *esse* coniugationem fingat, futuri quidem

ıporis, quo res continentur, notationem suos habere ›s, qui ut mente denique discernantur, non tamen ssint omnes verbi forma indicari. Ut paucis rem ıficiamus, huc fere possunt rei antecedentis in pro- i et consequentis in apodosi contentiones, quae de niunctivi tempore eligendo incidere solent, revocari. ınc igitur ponam tabulam de coniunctivo periodi nditionalis.

PROTASIS	APODOSIS	
Tempus		*Modus potentialis.*
congruens	*antecedens*	
ıes. in praesenti *Si videas;*	Praeter. in praes. *Si videris;*	*doleas* vel *dolueris.*
ıes. in praeterito *Si videres;*	Praeter. in praet. *Si vidisses;*	*doleres* vel *doluisses.*
ıes. conditionale *Si videres;*	Praeter. condit. *Si vidisses;*	*doleres* vel *doluisses.*

De huius tabulae usu haec erunt observanda, ıae si tenueris, et recte possis, quin ad temporum ıallagen confugias, scriptorum veterum locos, qui ıc pertineant, interpretari et quo tempore utendum t cognoscere. Primum illud est, quod ad loquentis ntentiam referendus est delectus temporis, quo conquentem rem antecedenti comparet. Alterum hoc ıt, effectum, ut causam, sive finito tempore sive finito aut manentem aut transactum intelligi. Ma- ›ntem effectum praesenti tempore *doleas*, praeterito *›leres* significat, ut transactum effectum de praesenti ›mpore *dolueris*, de praeterito, *doluisses*. Atque uoniam principatus nunc causae nunc effectui tribui-

temporis finibus circumscriptam, sed formarum varietate reliquis verbis paene parem, ut Liv. I, 7. *si — compulisset* (Cacus), *ipsa vestigia quaerentem dominum eo deductura erant.* — Quare in tabula, quam de temporum relatione inter ipsa in coniunctivo quidem proposui, *visurus sis, esses* etc. praetermisi, praesertim cum esset eorum usus in conditionali periodo rarior.

tur; pro rei natura sententiaeque ratione aut quaedam vicissitudo temporis in protasi et apodosi nascitur, aut aequalitas temporum et formarum. Vicissitudinem habent haec: *Doleas, si videris*, quod est antecedens dolori: *Dolueris, si videas*, si congruere videndi actionem vis cum dolore. Similiter nunc reperies *Dolerem, si vidisses*, quod est praeterito dolori antecedens, nunc *Doluisses, si videres*, ut congruat videndi tempus cum praeterito dolore. Conspirationem vel aequalitatem formarum vel temporum deprehendis in his: *Doleas, si videas: Dolueris, si videris*, (quod saepe difficile est a futuro exacto distinguere etiam frequentiore) de dolore, quem praesenti tempore transactum cogitas sic, ut doloris effectus videatur certissimus. Pariter statuendum est de praeterito, ut *Doleres si videres: Doluisses, si vidisses*. Haec imperfecta sintne vulgaria praeterita imperfecta an praesentia conditionalia, non potest, nisi ex apodosi, qua protasis vel sumtionis enunciatio regitur [12]), intelligi. Interest vero ubique scire, utrum praesenti tempore videre rem non posse intelligaris, an praeterito tempore videndi opportunitatem factam tibi esse sumam. Tum hoc apparet, temporum diversitatem in periodi conditionalis protasi et apodosi ad eam temporum rationem esse comparatam, qua causa effectui antecedit. Quae antecessio in sumtione si plusquamperfecto *si vidisses* indicatur; *doleres* constantiam quandam effectus prae se feret, si est praesens con-

12) Cum de tota hac temporum comparatione, tum de imperfecto et plusquamperfecto conditionali, cf. Etzleri *Sprach-Erörterungen* §. 26. p. 178 et 179. „Ob also *si viderem* eine Gegenwart oder Vergangenheit bedeute, kann erst aus dem dabei stehenden Regierungssatze ersehen werden: *neque enim unquam maiores nostri sortitionem constituissent aedilitiam, nisi viderent accidere posse, ut* — Cic. p. Planc. 53. Das *constituissent* bezieht sich auf Vergangenheit; folglich wird *nisi viderent* als Congruenz derselben zu übersetzen seyn, *wofern sie nicht gesehen hätten.*“

tionale: sumtionis autem imperfectum *si videres* de praeterita, sequente *doluisses*, propterea nullum nstantiae indicium habebit, quia satis est miseriam terius uno quasi oculorum ictu comprehendere [13]). ro notionum igitur et rerum, quae sumuntur vel ncludendo sistuntur, natura est delectus habendus mporum. Huc pertinet Tusc. I, 37, 89. *quae* (mors) *idem si timeretur* (h. e. si solerent milites nostri mere) *non L. Brutus — in proelio concidisset.* Tum itis est saepe pro perfecto statu id dicere, quo sta- is efficitur, ibid. 39, 94. *nullis, si vita longior aretur, posset esse iucundior.* Quo loco non *data set* requiritur, sed, si premis, *data* intelligitur in podosi. Contra Tusc. I, 34. f. *certe, si ante occi- issemus, mors nos a malis, non a bonis abstraxisset,* pparet idem esse quod *videretur abstraxisse,* si com- aras ibid. 35, 85. de Priamo *Hic si vivis filiis, in- olumi regno occidisset; — utrum tandem a bonis, an a alis discessisset? tum profecto videretur a bonis* (dis- essisse). Verbum *videretur* significat: *man müsste lauben.* Adde Verr. II, 40, 99. *Si praesens Sthe- ius reus esset factus: si manifesto in maleficio tene- etur; tamen, cum accusator non adesset, Sthenium ondemnari non oporteret, hätte St. nicht dürfen ver- rtheilt werden,* vel etiam *durfte St. nicht v. w.* Illud nim tempus ostenditur, quo res agebatur. Etzlerus oc imperfectum l. c. p. 122. putat positum esse pro *portuisset,* ut plus necessitatis (Dringlichkeit) acce-

13) Recte Etzlerus (*Sprach-Erörterungen* p. 188.) adversus Krügeri librum sup. n. 1. commemoratum de hac re monuit: „Was S. 238. zu einiger Erklärung der in Rede stehenden Imperfecte beigebracht ist, dass sie nämlich etwas *in der Vergangenheit Dauerndes* bezeichnen sollen, kann man sich übrigens wohl gefallen lassen. In der That wird die Congruenz am leichtesten und natürlichsten zu denken seyn, wenn die Sumtion einen *Zustand* ausdrückt, innerhalb welchen der Conditionalsatz seine Handlung versetzt: *si viveret, testatus esset.*“

deret. In quo dissentio, siquidem plusquamperfectum non constantem officii vim, sed transactam indicaret. Lubentissime vero Latini potestatis, voluntatis, officii, necessitatis indicandae verba ad ipsum illud tempus referunt, quo praestanda res esse intelligitur, estque magnopere cavendum, ne Germanorum usus loquendi in constituendo verbi et tempore et modo nos fallat. Larga profecto copia est locorum, quibus interpretes vel grammatici male illi consuluisse videantur, qui ad enallagen temporum confugerent: at scriptionis fines pluribus de hac re disputare prohibent. Satis sit praesertim cum Etzleri et Ellendtii opera multa sint l. c. de tollenda enallages suspicione monita, illud extremo loco monuisse, de consecutione temporum, quae in conditionali periodo obtineat, ea, quae dixi, sufficere, si iudicio usus naturam et simplicitatem sequaris, quam latini sermonis scriptores secuti sunt: qua neglecta non poterunt quemquam sola grammaticorum praecepta ad eam rationem, quae latine valet, adducere, nec regere dubitantem.

X.

OMMENTATIO GRAMMATICA

DE

VI ET NATURA CONIUNCTIONIS UT.

Si dicendum est, quid fuerit, cur hac Com-
entationum grammaticarum particula de vi et natura
niunctionis *ut* disserere constituerim, Eduardi
Vunderi me commotum esse fateor sententia, quam
Schellero in *Observationibus in priscos scriptores*
205 seq. de coniunctione *ut*, quae posset post *in-*
grum est et *verisimile est* per *quomodo* explicari,
ucis commemoratam, in Iahnii Annalibus philolo-
cis Lipsiae editis, de anno 1827. V, 2. p. 150—163.
fendit, eam quidem, ut dicit p. 152, a me ad Ci-
ronis Laelium c. IV. §. 14. p. 36 seq. paucissimis
rbis repudiatam. Non enim lubebat ibi explicatius
cere sententiam ob eam causam, quae simplicissima
t, quia non idoneam hanc interpretationem ad illius
ci et locutionis rationem esse iudicabam. Nunc vero

facta scribendi opportunitate, quod illic praetermittendum fuit, faciam. Voluit autem E. Wunderus hanc significationem particulae *ut* etiam ultra obliquae et indirectae orationis fines, tamque late patere, ut conaretur persuadere, unam esse particulam *ut*, eamque comparativam, quae et in absolutis et in suspensis enunciationibus sive eventum sive finem *(eine Folge oder Absicht)* dicatur significare, coniunctivo latine praemittatur [1]). Nam G. Stallbaumius ad Ruddimanni *Institutiones grammaticae latinae* II. p. 234 seq. Corn. Nepotis verba (Hannib. 1, 1.): *Si verum est — ut populus Romanus omnes gentes virtute superarit* interpretatus fuerat *Si revera hic fuit eventus, ut.* Cui Viro D. ego in Laelii editione c. 4, 14. p. 36. ad verba *Sin autem illa veriora, ut idem interitus sit animorum et corporum* assentiens, haec denique addidi: „In *par est, aequum est, sequitur*, simil. duplex notio inest, eventus altera, seu transacti, seu futuri; altera iudicii, quod est de rei convenientia vel necessitate. Eventum *(die Thatsache)* qui spectat, *ut* sequi iubet; iudicii vis exprimitur accusativo cum infinitivo. Cf. infra c. 14, 50. *concedetur verum esse, ut bonos boni diligant.*“ Utrique nostrum Wunderus adversatus [2]) cum meliora

1) pag. 153. „Die Partikel *ut* hat ursprünglich *zur Vergleichung* gedient, und keine andere Bedeutung als die Griechische Partikel ὡς und die unsrige *wie* gehabt. Wenn wir dennoch nicht in jedem Falle *ut* mit *wie* übersetzen können, so ist der Grund davon nicht darin zu suchen, dass die Lateinische Partikel verschiedene Bedeutungen habe, sondern dass wir gewisse Gedanken anders als die Römer aufzufassen pflegen.“

2) Vid. Jahnii Jahrbücher für Philologie und Pädagogik. V. 2. p. 152. „Stallbaum setzt — die doppelte Bedeutung, die *ut*, mit dem Conjunctiv verbunden, habe, das ist die *der Folge* und *der Absicht*, aus einander, und meint, dass in solchen Beispielen, als *aequum est, verum est, verisimile est* und anderen die Partikel *ut* eine Folge bezeichne. Er erklärt daher das Cornelianische *si verum est, ut populum*

os l. c. docere vellet, illud quidem, particulae *ut* m comparativam ubique eandem servari, argutius uam verius iudicasse cuique aeque iudicanti videbitur.)uamquam Vir D. nactus est Raph. Kühnerum

R. omnes gentes virtute superarit auf folgende Weise: *Si rerum gestarum revera hic fuit eventus, ut p. R.*, oder, fügt er hinzu, *si revera testatum est atque certum, ut p. R.* etc. Nach dieser Erklärung müsste also allemal bei Beispielen der Art, *verisimile est, ut;* der Begriff *accidisse* vor *ut* supplirt werden, eine Annahme, die jeden Anfänger der Lat. Sprache veranlassen kann, auf alle Verba, die einen ähnlichen Gedanken, als *verisimile est* enthalten, *ut* folgen zu lassen, mit der Erklärung, dass er nach ihnen das Wort *accidisse* supplire. Doch davon abgesehen, so fragen wir Herrn Stallbaum, ob er wohl ernstlich glaube, dass die Römer für *evenit* oder *accidit* jemals *verisimile est* haben setzen können." Enimvero ut, ubi loci natura suadet, *verum* vel *verisimile* ad historicum veritatis genus h. e. ad facta referatur, id nos eodem iure fieri defendimus, quo ipse Censor p. 161. „Ja so ist in dem Satze (Cic. de imp. Cn. Pomp. XXI, 62.) *Quid tam incredibile, quam ut iterum eques R. ex senatusconsulto triumpharet?* offenbar *ut* nach *incredibile* blos desswegen gesetzt, weil Cicero hier von dem, was geschehen ist, spricht, und mithin unter *incredibile* ein *factum incredibile* verstanden wissen will." Sed ne Stallbaumium videamur adversus calumniosam verborum suorum interpretationem non vocati defendere velle, qui, si operae pretium esse putaverit, id ipse optime faciet, nos potius nostra tueamur. Nam cum ad Cic. Laelium 16, 56. *Nec enim illa prima* (sententia) *vera est, ut, quemadmodum in se quisque sic in amicum sit animatus* adnotassem: „Ne putes *ut* a *vera* pendere. *Sententia illa prima* praeceptum continet: hinc *ut* repetendum;" Wunderus l. c. p. 162. *vera* (sententia) *est ut.* interpretatur *vere fit, ut*, quasi Cicero scripserit *verum est, ut.* „Denn deutlich, inquit V. D., zeigt das Folgende, dass Cicero hier von dem, was der Fall ist, nicht von dem, was geschehen müsse, spricht." Neque ego negaverim, illos, quorum sententiam Cicero de constituendis diligendi finibus commemorat, sic, ut sentiant, agere, sed hoc apparere existimo, eosdem hunc esse velle finem ac terminum, qui sit in amicitia constituendus, atque cum Cicero aliquem terminum, qui probaretur, quaereret, eum tres istas sententias commemorasse,

secum sentientem ad Cic. Tusc. Disp. III, 3, 5; non item Ferd. Handium ad Th. Wopkensii *Lectiones Tullianas* p. 404.

Sed antequam, quid ipse de vi et natura particulae *ut* statuam, explicem, Ed. Wunderi sententiam exponam, quae fere huc videtur redire: Latinos comparativam particulam *ut* (germ. *wie*) non modo in obliqua et in indirecta oratione [3]) cum coniunctivo posuisse, sed etiam in absolutis et in suspensis enunciationibus, quae cum cogitatam rem continerent, per se coniunctivum modum requirerent. In absolutis tripliciter, cum aut aliquid optaretur, ut Ter. Adelph. IV, 7, 1. *Ut Syre te — perdat Iupiter;* aut in interrogatione Cic. in Cat. I, 9. *Te ut ulla res frangat? tu*

---

ut eas corrigeret et meliora denique, quam isti, praeciperet. Hanc meam rationem interpretandi postulant prima verba capitis 16. §. 56. *Constituendi sunt — termini diligendi. De quibus tres video sententias ferri, quarum nullam probo: unam, ut eodem modo erga amicos affecti simus, quo erga nosmetipsos. — Harum trium sententiarum nulli prorsus assentior.* An hoc esse V. D. opinatur, *neminem sic sentire et agere existimo?* Nullo pacto, sed (ut Cic. ait §. 59. *non est igitur amici talem esse — sed potius eniti et efficere ut* etc.) sic non esse diligendum, ut illi praecipiant, neque hunc terminum diligendi in amicitia constituendum. De voc. *sententia*, quae a *more* vel *consuetudine* probe est distinguenda, comp. Cic. Epist. ad Div. IV, 4. extr. *Adhuc in hac sum sententia, nihil ut faciamus* (h. e. nihil nobis esse faciendum), *nisi quod maxime Caesar velle videatur.* Meliora vero Cic. praecipit nostro loco §. 60. *Illud potius praecipiendum fuit, ut eam diligentiam adhiberemus* etc.

3) De utroque genere aptissimis V. D. exemplis utitur, ut Caes. bell. Gall. I, 14. *Ariovistus respondit, ut sibi concedi non oporteret — sic item nos esse iniquos —*: de indirecta oratione Cic. in Pis. 2, 3. *Sed omitto* (h. e. *non dico*), *ut sit factus uterque nostrum.* Paulo post pro *ut* Cic. dicit *quemadmodum.* Id. ad Att. I, 13. *Accedit eo, quod mihi non est notum, ut quisque in Epirum proficiscatur;* p. Cluentio 25, 67. de Fin. V, 18, 48. Ter. Andr. I, 1, 8. Eun. I, 2, 47.

unquam te corrigas? [4]) aut in concedendo, Cic. in ull. I, 8, 23. *Etenim ut circumspiciamus omnia* etc., bi *ut* cum coniunctivo primariam significationem *(wie uch mag, möge)* obtineret [5]). In suspensis enunationibus coniunctivum per se significare, aliquid sse *posse* aut *debere* [6]). Ad prius illud genus refert *I. D. vereor, ut.* Cic. in Rull. II, 22, 58. *veretur liempsal, ut satis firmum* (foedus) *sit et ratum.* Mox eddit *timeo, ut foedus ratum sit, „ich bin in Angst,*

4) Cum, ut ipse V. D. ait, coniunctivus interrogandi vim vel solus, omisso *ut*, habeat, ut Cic. Phil. VII, 2, sed mutato verborum, ut par erat, ordine: *Faveas tu hosti? — bonorum spem virtutemque debilites?* equidem non intelligo, quo pacto possit *ut* additum sententiam *Te ut ulla res frangat? (Dich sollte —?)* ad comparationis notationem ab eiusmodi locis alienam revocare. An Latinos credamus cogitasse *Quomodo te ulla res frangat? Wie sollte dich —?* aut *Quid? te u. r. frangat? Wie? Dich sollte —?* aut quoniam *Quamquam quid loquor?* praecedit, ut inde pendeat *wie dich — könnte oder sollte?* Non decet enim fingere Latinos, ut sana mente acuteque et eleganter cogitarunt, aliquid cogitasse, quod aut cum rei natura non conveniret, aut aliis verbis soleret dici. Non enim temere Cic. *Te* primo loco posuit, nihilque *Te ulla res frangat?* ab altero *Te ut ulla res frangat?* differre existimandum est, nisi quod *ut* id, quod quaeritur, admodum acuit et acerbius reddit, cum Cic., quae modo locutus fuerat, videri posset dixisse sperans fore, ut Catilina consulis verbis commotus ex urbe egrederetur.

5) Ad absolutos Coniunctivos referri debebat etiam p. Rosc. Am. 31, 87. interpositum *ut alia obliviscar*, quod ipse V. D. p. 160. reddit particula *damit* „zur Bezeichnung der Absicht — so dass Niemand an ihre ursprüngliche Bedeutung denkt.“ Latini quidem, quos, etiamsi particulam *ut* et finalem et comparativam esse voluerint, non tamen unquam crediderim consilium et comparationem adeo confudisse, ut ne cogitarent quidem, cum dicerent *ut alia obliviscar*, se alia consulto praetermissa velle excusare.

6) Wunderus l. c. p. 156. „Die abhängigen Sätze sind der Hauptsache nach doppelter Art, indem sie entweder *ein möglich Seyn*, oder *ein Sollen* bezeichnen.“ Nimirum quae cogitamus possunt esse, quatenus cogitamus.

wie das Bündniss bestehen kann“ [7]), quasi scriptum fuerit, *ut foedus ratum esse possit*, nihilque intersit inter eius timorem, qui nescit, quem eventum res sit habitura, et eum, qui se amissurum esse ea, quae cara sunt, suo iure suspicatur. An nobis Wunderus persuaserit, idem esse *timeo*, *ut haec explicari possint* cum illo Bruti in epist. ad Cic. XI, 10. *Haec quemadmodum explicari possint, aut, a te cum explicabuntur, ne impediantur, timeo?* nisi forte Romanorum subtilitatem putas rem et modum rei confudisse. — Tum Vir D. interpretatur *verisimile non est, ut* („*es ist nicht denkbar, wie*“) cum multis locis obvium, tum pro Rosc. Amer. 13, 121. *Non est ita profecto; non est verisimile, ut Chrysogonus horum litteras adamarit aut humanitatem* [8]). Sed vi-

7) Idem ibid. „Es ist uns fast unbegreiflich, wie man aus der Art zu reden *vereor*, *ut*, *timeo*, *ut*, nicht gesehen hat, dass *ut* mit dem Conjunctiv verbunden nimmermehr stets *die Absicht* oder *Folge*, sondern eigentlich nichts als die Art und Weise, wie etwas geschehen könne, bezeichne. Denn es leuchtet ein, dass in *timeo*, *ut* weder eine Absicht, noch eine Folge liege.“ Quidni vero *ut foedus ratum sit* rem optandam per se eodem iure significet, quo V. D. p. 155. *Ut te dii perduint* dixit id, quod velis, vel optes („*einen Wunsch*“), ipso coniunctivo exprimere? De qua re optanda v. cui rei si times, dicis te vereri, ut foedus ratum sit. Hanc interpretandi rationem suadet id, quod contrarium est *vereor, ne*, et quod denique idem est cum illo, *vereor, ne foedus non ratum sit.* Sed particulam *ne* V. D. in omni illa disputatione praetermisit, quae erat in hoc genere loquendi comparanda.

8) Vir D. l. c. pag. 157. „In beiden (Stellen, alterum locum intelligit pro Sestio 36, 78.) ist *ut* wie bei *metuo*, *ut* durch *wie* zu übersetzen, und der Conj. bezeichnet wie in den Sätzen, in denen *metuo*, *ut* steht, eine Möglichkeit. Die erste Stelle (pro Sestio) *An verisimile est, ut civis R. aut homo liber quisquam cum gladio in forum descenderit ante lucem* etc.) ist also zu übersetzen: *Oder ist es denkbar, wie ein Römischer Bürger oder irgend ein Freier vor Tagesanbruch mit dem Schwerdt auf den Markt habe gehen können* u. s. w. Cur, quaeso, non interpretatur *wie*

eat V. D. constanterne fecerit, qui, cum p. 161 et 62. de Orat. II, 36, 152. *Est, inquit, ut dicis, ut lerique philosophi nulla tradant praecepta dicendi,* erbum *est, ut* dixerit significare *fit, ut,* atque *verum st, ut populus R. omnes gentes virtute superarit* ger- anice reddiderit *es ist gegründet, es ist wirklich der Fall* (vere fit), idem *Non est ita — non est verisimile* h. e. ne speciem quidem habet veri) *ut — adamarit* d illud genus coniunctivi ablegarit, quo aliquid fieri osse significetur. Quod autem V. D. comparat Brut. 17, 69. *Non verisimile est, quam sit in utro- ue genere et creber et distinctus Cato;* Cicero negat ogitari posse gradum virtutis, non (quemadmodum i *ut* pro *quam* posuisset) ipsam eius praestantiam, amquam in facto positam. In eodem dicendi genere V. D. affert *adduci non possum, ut,* et Corn. Nep. Att. 8, 3. *Excogitatum est a quibusdam, ut (wie) rivatum aerarium — constitueretur.* Nobis videtur *Excogitatum est, ut* dici pro *faciendum esse cogitatum st, ut.* Eodem loco habetur *non potest probari, t*[9]) et *concedere ut,* quod cum sit *dicere fieri posse,*

---

ein R. B. — gegangen sey? aut ut p. 162 *an veri habet speciem quod a Sestio factum esse dicitur, ut,* aut *an cogitari potest factum esse, ut — descenderit?* Nam *descenderit* quis latine gnarus concedat dici pro *descendere potuerit.* Vid. not. 9.

9) ut Cic. de Fin. II, 33, 108. *Qui probari potest, ut is, qui propter me aliquid, plus quam ego ipse gaudeat.* „Diese Worte (sic ait Wund. l. c. p. 159.) sind also zu erklären: *es kann nicht bewiesen werden, wie sich einer mehr darüber freuen könne.*" Iam vero Tusc. III, 3, 5. quomodo V. D. reddet haec? *Qui vero probari potest, ut sibi mederi animus non possit, cum ipsam medicinam corporis animus invenerit?* Cum autem *probare* sit *docere* s. *argumentis efficere, consentaneum esse,* eaque vox p. 161. in eorum numero sit, in quibus verbum *fieri* lateat, cuius causa *ut* c. coniunctivo vim consecutivam *dass* habeat; apparet Viri D. sententiam non esse omni dubitatione superiorem.

ut de Finib. V, 26, 78. *Atqui, inquit, si Stoicis concedis, ut virtus sola, si adsit, vitam efficiat beatam* etc. assentiri Viro D. non possumus neganti, in his locis omnibus, quorum minorem tantum partem indicavimus, *ut* neque finalem neque consecutivam vim habere [10]). Ac nescio, an causa erroris, quem in harum locutionum finibus constituendis saepe est difficillimum fugere, in eo sita sit, quod V. D. in hac suspensarum enunciationum parte, in qua ne germanice quidem *ut* reddi *dass*, sed *wie*, liceret, locorum delectum ad coniunctivi vim *(können)* solam retulit, in altera parte, quam sumus descripturi, consecutivam et finalem vim particulae *ut* ex ea voce repetendam putavit, quae coniunctivo praecederet: quae si rei factae faciendaeve notationem continet, *ut* consecutivum vel finale *(dass)* sequitur. Nam ubi praecedens verbum sentiendi vel declarandi facultatem indicat, pro accusativo cum infinitivo ita demum *ut (wie)* cum coniunctivo ponitur, ut ostensivam vim habeat, quae est huius particulae propria et a comparatione distinguenda. Sed quomodo a comparatione ad consilii notationem transitum fuerit, id V. D. dicit cerni posse in verbis *curare, laborare, operam dare, id agere, prospicere, considerare, cogitare, videre*, seq. *ut, dass*. Curam nimirum eius modi, quo quid possit effici, non differre a rei alicuius efficiendae studio [11]). Eiusdem denique generis esse *ut, damit; Ludos fe-*

10) l. c. p. 158. seq. „In allen diesen Beispielen kann *ut* weder in der Bedeutung *der Absicht*, noch in der *der Folge* aufgeführt werden."

11) l. c. p. 159. „Denn alle diese (Verba) bezeichnen mit darauf folgendem *ut* und dem nachfolgenden Conjunctiv eigentlich nichts, als *ein Bestreben, wie etwas möglich zu machen sey*, was mit *dem Bestreben, dass etwas geschehe*, oder mit *der Beabsichtigung, dass etwas geschehe*, in eins zusammenläuft. Wenn also gesagt wird: *Ante senectutem curavi, ut bene viverem; in senectute, ut bene moriar*, so heisst diess eigentlich: *vor dem Greisenalter habe ich dafür gesorgt, wie ich gut leben könnte*" u. s. w.

— *ut populi favorem sibi conciliaret* et *id egit*, — *conciliaret*, utroque finem exponi, priore locu- ne etiam rem commemorari, qua sit finem con- cutus. Cum autem enunciatio consecutiva, quae n factam cum superioribus verbis coniungit, per non coniunctivum, sed indicativum requirat; quid- id consecutum esse dicatur, id latine pro consilio, o potitus sis [1 2]), accipi, neque quidquam interesse er *ut* et *ita ut*, nisi quod *ita ut (so dass)* praeter ectum etiam eam rem indicet, per quam illud ectum sit. Quo loco miramur praetermitti *ita* ante pro *hoc pacto* s. *hac lege*, *ut*, et pronomina de- nstrativa *hoc*, *id*, *illud*, et reliquas voculas *tam*, *is*, *tantus* al. quae *ut* cum coni. requirunt, quo adus rei vel praedicati declaretur. Nam p. 158. rba *Hoc vero novum et eiusmodi est, ut — credibile leatur, ut — diniserit* Vir D. interpretatur: *Diess aber neu und von der Art, dass es — glaublich eint, wie er — habe entlassen können.* — Ab illa ntus et consilii vel finis propositi contentione Vir p. 161. statim progreditur ad voces *aequum est*, *quitatem habet*, *par est*, *convenit*, *consentaneum* , *mos est*, *consuetudo est*, *integrum est*, *accedit*, *uitur*, *restat*, *relinquitur*, *reliquum est*, *extremum* , *inauditum est*, *inusitatum est*, *celebratum est*, *tum est*, *novum est*, *singulare est* simil., quae locu- nes, quoties particulam *ut* habeant sibi coniunctam, lionem verbi *fit*, v. *factum est* v. *fieri debet* v. *fieri lest* contineant. Hinc Cic. de Offic. II, 22, 79. *tam autem habet aequitatem, ut agrum — habeat* etc. D. interpretatur: *num fit secundum aequitatem*; *s est*, *ut*, item *ex more fit*, *ut*. *Accedit etiam ut* elligit *praeterea fit etiam*, *ut*, cet. Huc etiam rito refert *est* et *fuit*, quod utrumque paene par

1) l. c. p. 165. „Wir können diese Eigenheit des Lateinischen Sprachgebrauchs nur daher erklären, dass die Lateiner die Folge als *eine erreichte Absicht* aufgefasst haben."

est verbis *fit* et *factum est*, ut Cic. de Divin. II, 31, 66. *De ipso Roscio potest illud quidem esse falsum, ut („In Betreff des Roscius ist es vielleicht nicht der Fall, oder nicht gegründet, dass er") circumligatus fuerit angui.* Varro de. R. R. I, 2. *Fundanius aspicit ad Scrofam, et, tamen verum dicit, inquit, hic, ut hoc scripserit in agricultura?* quo loco pro *verum est, quod dicit, ut* contractius *verum dicit, ut* defendit esse scriptum. Sequuntur tres illi, quos supra (not. 2.) commemoravi, loci Cic. de Amic. 4, 14. 14, 50. 16, 56. et Corn. Nep. Hann. 1, 1. quibus *verum est, ut* idem esse contendit, quod *vere fit, ut* v. *factum est, ut.* Denique ubi coniunctivus officium *(ein Sollen)* significet, sequens *ut* comparativam vim suam, eamque primariam, conservare. Nam *admonuit me, ut quam primum Capuam liberarem* Latinos sic cogitasse: „*er ermahnte mich, wie ich vor allen Dingen Capua befreien sollte;*" atque etiam, omisso *ut*, dici *Syro ignoscas volo.* Cum Latini verbis, quae voluntatem vel rei faciendae mandatum imperiumve significent, *ut* cum coniunctivo adiicere consueverint; nihil esse offensionis in his, Cic. ad Att. X, 4. *Imprimis nihil esse certius* (pro *nihil esse magis decretum) quam ut omnes, qui lege Pompeia condemnati essent, restituerentur*, neque in verbis *Sententiam dixit, ut ipse — sortiretur* ap. Cic. ad Qu. Fr. II, 1, 2. Denique Vir D. commemorat elliptice adhibitum *ut* ante *plurimum, maxime, qui, quid*, ut *eius negotium sic velim suscipias, ut si esset res mea* pro *ut susciperes, si res mea esset.* Quam Wunderi disputationem antequam relinquerem, non potui non illud mirari, quod Vir D. de omissione particulae comparativae *ut* paucissimis absolvit. Qui enim potuerunt Latini *ut*, si *quomodo* cogitarent, ullo loco omittere? Quis unquam ullius generis adverbium (sunt autem *ut (wie)* et *quomodo, quemadmodum* qualitatis adverbia) intelligi voluerit, quod omisisset? Nam coniunctionis particula *(ut* vel *si)*, quae nexui duarum

nciationum inservit, non magnopere desiderabitur, ue intelligenda erit, ubi alterius verbi significa- ıe, alterius modo coniunctivo satis indicata nectendi o fuerit, et particula compensata, ut ap. Ter. *ım cognoris, omnes noris.* Tum verba *rogare, tulare* al., quae vim habent impellendi V. D. pauimis attigit parum curans, potuerintne Latini sana ıte in verbis *admonuit me, ut Capuam liberarem,* lligere *ut* comparativum pro *quomodo*, cum, si s esset, *docuit, ut (wie)* vel *quomodo Capuam rarem* vel aliud declarandi verbum suppeteret, mulque modus et officium liberandi inter se differrent. iidem cogitarunt II Verr. I, 29. *Rogat et orat labellam, ut de sua provincia decedat* comparatio- particulam *ut (wie)?* aut c. 30. *Adest, instat, et Dolabella, ut quam primum securi feriantur?* quid statuendum erit de particula *ne* in his: Di- in Caec. 1. *rogare et orare, ne illos supplices ernarer,* Putemusne hoc esse *orare, quomodo non?* d de *ut non* pro imp. Cn. Pomp. c. 2. *Non enim unt in civitate multi rem atque fortunas amittere, non plures secum in eandem calamitatem trahant?* d de *ut ne* in his: Epist. ad Div. II, 7. *Petivi ne per litteras non ut decernatur aliquid novi, sed ne quid novi decernatur?* Wunderus quidem rendcrit, prohibendi particulam peculiarem quandam inos habuisse; impellendi vim aliqua particula ıificandam, ut Graecos, qui ἵνα, ὅφρα praeter ὡς ὅπως habuerint, ne cogitasse quidem, sed quid- l nostrum *dass* et *damit* significet, ad comparais rationem revocasse, ut satis haberent *ut (wie)* ejusmodi enunciationibus cogitare et dicere. Nos) a misera et cultiore Latinorum sermone indigna plicitatis exigendae ratione alieni, nobis persuasum profitemur, eodem fere iure, quo *cum* nunc *wann,* c *als* vel *da* haud invita natura sermonis significet, as particulae *ut* significationes posse eo revocari, e consensus earum fiat. Sed altius res repetenda est.

Duo sunt autem in hac disputatione consideranda. Quorum priorem locum tenet coniunctivus Latinorum, qui aut absolute ponitur, aut est ex antecedente voce suspensus. Hinc licebit ad particulam *ut*, qua consequens coniunctivi enunciatio cum antecedente coniungitur, accedere.

Ac primum quidem cum omnium consensu *indicativus* modus, qui de quaque re id praedicat, quod, ut est animadversum, tamquam verum et certum pronunciandum est, ad veritatis significationem pertineat, *imperativus* autem necessitatem in voluntatis decreto positam declaret; medium inter utrumque locum apud Latinos *coniunctivus* occupat, quo res tamquam cogitata exprimitur. Et quoniam aliquam ob causam quisque cogitare quamque rem intelligitur; ea sententia, quam coniunctivo verbi expromseris, si minus veritatem, quam indicativus sibi vindicat, vel necessitatem imperativi propriam, certe probabilitatem habebit, ubi dicis, quid existimes esse, vel quid propter rerum conditionem aut convenientiam tuo iudicio mentisque sententia fieri possit, v. deceat, v. oporteat, v. debeat. Ita coniunctivus et indicativi gravitatem et imperativi asperitatem moderatione quadam iudicii mitigat, cum quid declarandum (h. e. affirmandum aut negandum), interrogandum, postulandumve fuerit. Atque propter hanc modi coniunctivi vim et naturam [13]) absolute saepe Latini coniunctivo, ne particula quidem praeposita, utuntur, sive quid sumant et fingant, sive quid optent, v. cupiant, sive excitent alterum, sive concedant et sinant fieri, sive interrogando deliberationem, dubitationem vel indignationem ipso verbi modo significare velint, vel quidquid cum rebus, ut sunt comparatae, tantum videtur con-

13) De qua re in *Commentatione grammat.* IV. exposui, veterum quidem scriptorum locis adhibitis, quibus nunc mihi videbar supersedere posse. De conditionalibus coniunctivi temporibus cf. *Comment. gr.* IX.

aire, ut facere licere vel decere vel necesse esse, ntiant. Ita apparet coniunctivum; cum id signifi- t, quod aliquo modo excitatur, ut existat, ut fiat, prodeat, ut quid agat, absolute positum sui iuris se, atque eiusmodi, ut neque altera enunciatione digeat, neque particula *ut*. — Sed cum ratio quae- ur, cur quid cogites vel velis fieri, aut quid sit, od ad agendum, ad prodeundum excitet et impel- t, aut ubi ipsa voluntas, studium, cura, permissio, stulatio acuenda est; tum altera quadam enuncia- ne antecedente opus est, quam coniunctivus ab illa spensus consequatur tamquam secundaria enunciatio imariam, aut certe addito verbo eodem, cuius notio ipso coniunctivo dici potest latere, vel particula , qua utriusque enunciationis nexus indicetur, ut *icat; Dicat, sino. Respondeas, volo; volo, ut re- ondeas.*

Primariae enunciationis cum coniunctivi enuncia- ne secundaria ratiocinando (cum aut causae adiicis fectum, aut effectum ad causam suam revocas) facta nsociatio quid coniunctivo absoluto de iure suo de- ahat, quid eius potestati addat, apparet. Fit enim liutor coniunctivus primariae enunciationis, cuius iqua pars sive subiectum sive obiectum sive condi- nis h. e. modi, quo quid fiat, vel causae, cur fiat, tatio aut periphrasi est explenda, aut definienda, illa pars aliqua voce fuerit indicata. Haec et pe- phrasis et definitio solet, si cogitata ad probabilita- m requiruntur, aut pronomine relativo intercedente ri, aut per coniunctionis particulam, ut *Sunt, qui cant*, cum periphrasi subiecti; vel causae in his: *on intelligo, cur dicas.* Tum in hac formula *Mire- r, qui sciat* pro *quicunque scit*, coniunctivus *sciat* se suscipit vagi scientium numeri notationem, quem xpresserit pronomen indefinitum *quicunque* cum indi- tivo, vel aliis locis *fortasse*, *paene* simil. Ex quo pparet, coniunctivi causam non modo in eo esse, uod cogitata cum probabilitate dicuntur, cum anim-

adversa veritatis notam ipso indicativo exprimant, sed etiam in eo, quod primaria sententia sibi subiectae v. secundariae enunciationi ipso hoc nexu aliquid veri vel certi ac definiti detrahit. Denique in oratione obliqua et indirecta relativae et interrogativae enunciationes, et quae aliqua particula munitae post verba sentiendi et declarandi interponuntur, sine ullo discrimine particulae coniunctivum induunt, quo alterius, cuius sententiam induxeris, iudicium a tuo scriptoris possit facile distingui. Particularum vero usus eodem fere loco habendus est, quo pronomina, quae solae per se relativa vi sua causae et effectus varietates, quibus peculiari vocula notandis coniunctiones adhibentur, saepe coniunctivo exprimunt, si non vera s. animadversa causa (per *quia*, *quod*, *quoniam*), sed cogitata, quam *cum* coniunctivo praefixum exprimit, significanda est. Eodem pertinet *ut* finale, quod aperiendae supremae agendi causae, vel ei rei, quam actione antecedente consequi velis, indicandae inservit: cuius locum relativum pronomen cum coniunctivo sustinet, si dixeris *Missi sunt, qui dicerent*, ut eiusdem in utraque parte subiecti indicium per pronomen fieret.

Sed quoniam eadem particula *ut*, ὡς, *vie* cum indicativo est qualitatis adverbium, quod cum incertam et alius vocabuli, quo referatur, consociatione definiendam conditionem notet, facile potest coniunctionibus adnumerari, quae non possunt, nisi ex aliquo cogitationum nexu, intelligi; equidem non dubito, quin sit *ut* comparativum et *ut* finale eadem, sed diversae potestatis vel significationis vocula. Quae diversitas repetenda est ex *modo* rei, qui praeter causam et loci vel temporis notationem *conditionis* voce continetur, quam, tamquam partem primariae enunciationis, secundaria enunciatione dixi non rarius esse aut periphrasi explendam, aut, si eius indicium aliqua voce factum sit, definiendam, quam subiectum vel obiectum. Iam cum quaeritur, qualis res sit,

) modo quid comparatum factumve sit, *modus* rei *descriptione* effectus eventusve, quem res habue- , declaratur, aut *comparatione* cum alia re notis- ia. Utrique rationi modum rei definiendi Latini uerunt inservire eandem particulam *(ut)* quae, si mam eius vim exploras, *modalis* appellari possit. *modo* igitur alicuius rei declarando convenit utra- e vis voculae *ut*, quae nunc cum indicativo alius *similitudinem* ostendit, unde cognoscas, qualis ea) sit, cuius modum velis cognoscere, nunc cum niunctivo *effectum* rei ostendit, ex quo rei modum elligas, h. e. quam vim res habeat, quid efficiat. raque vocula in antecedente enunciatione habet eas- m particulas correlativas, quas dicunt, h. e. demon- ativas *sic*, *ita*, quibus *ut* relativum respondet in nsequente. Quamquam saepe, ut *is* ante *qui* vel *tum* ante *quantum*, sic *ita* vel *sic* ante *ut* omitti- ', ubi non est, cur demonstrativa vocula compara- nem aut effectum acuas. Cic. Nat. D. I, 21, 59. *m igitur ille ut plerique, sed isto modo, ut tu, tincte, graviter, ornate.* Off. II, 15. *Non ita udenda est res familiaris, ut eam benignitas ape- e non possit:* quod probe distinguendum ab *ut ie) ea, quam benignitas aperire n. potest.*

Indicativo igitur praeposita particula *ut* primum mparationem duarum rerum pro *quemadmodum* v. *omodo* indicat. Quo etiam *ut* (exempli gratia) per- et et *ut*, ubi significat *pro eo quod:* Cic. in Pis. 25. *ces, ut es homo facetus*; et in temporum nota- ne [14]) pro *simulac* v. *ubi primum.* Liv. I, 12. *Hostus cecidit, confestim Romana inclinatur acies.*

) Ad locum indicandum poetica unius Catulli oratio *ut* aliquo- ties adhibuit, ut loci primum marginem, ipsum spatii ini- tium indicaret. V. Joh. Nic. Madvigii *epist. crit. ad* Casp. Orellium p. 105. ubi l. *Silligium* ad Catull. 11, 3.

Litus ut longe resonante Eoa
Fundítur unda.

et 17, 10.

A duarum rerum vel temporum comparatione *ut (wie)* transfertur ad unius rei modum, quem tamquam praesentem admireris vel lugeas, ostendendum, cum ipsam rei vel hominis speciem, habitum, gestum, motumve intuendum monstras. *Ut pudet victos!* et Cic. ad Attic. VII, 20. *Cnaeus autem noster (o rem miseram et incredibilem!) ut totus iacet!* Atque in nexu sententiarum si verbum sentiendi vel declarandi praecedit, quod modi, quo quid fiat, factumve sit, indicium tamquam obiectum accusativi loco requirit, *ut (wie)* cum coniunctivo ponitur. Hinc illud *Vides, ut alta stet nive candidum Soracte.* Cic. Nat. D. II, 49. *Iam vero illa etiam notiora, quanto se opere custodiant bestiae, ut in pastu circumspectent, ut in cubilibus delitescant.* Illustris locus est Fin. V, 18, 48. *Videmusne, ut pueri ne verberibus quidem a contemplandis rebus perquirendisque deterreantur? ut pulsi requirant, et aliquid scire se gaudeant? ut aliis narrare gestiant?* etc. Huc pertinent loci, quos Wunderus l. c. de obliqua et indirecta oratione attulit, ut Cic. in Pis. 2, 3. *Sed omitto, ut sit factus uterque nostrum.*

Et quoniam *ut* (quod *ostensivum* dixerim), quod a comparatione admodum discrepat, ex ipsa praesentis rei demonstratione refert aliquid concisi atque concitati; transitus in hac significatione reperiri possit ab animadversione rerum ad tertiam voculae *ut (so dass, dass)* significationem, qua *modus* rei ipso eius *effectu* vel etiam *eventu*, quem habuerit, declaratur. Nihil autem efficitur, nisi vi aliqua agitante vel impellente, quae est rebus in omnibus aliquid gignentibus vel efficientibus. Et quamquam in rerum humanarum dignitate iudicanda solet physicae legis necessitati obnoxius *effectus* a libera rationis mentisve agitatione, unde consilia et facta hominum proficiscuntur, distingui; Latini tamen sine discrimine quamcunque rem existentem, vel factam, vel prodituram tamquam eam, quae aliqua vi esset excitata, et ut esse inciperet et

tisteret impulsa, per *ut* et coniunctivum cum ante-
edente enunciatione, in qua vis illa naturae denique
onsilio agens et excitans vis lateret, nexam indica-
unt, eoque modo et ab iis rebus distinxerunt, quae
biectum essent perceptionis et animadversionis, cuius
eneris verba accusativum et infinitivum requirunt,
t ab iis, quae in causa viderentur esse animi aliquo
audii dolorisve sensu affecti, ut particula *quod* ad-
iberetur. Atque coniunctivi usus post *ut* in effectu
licuius rei aperiendo, ut in his *Sol efficit, ut terrae*
loreant, hoc etiam aptior videri debuit, quia rem
uidem effectam solemus sensu aliquo percipere,
exum vero causae et effectus non nisi ratiocinando
t colligendo intelligimus. — Ad effectus autem
imilitudinem accedit *eventus* vel quidquid dicitur ob-
curiore quodam ordine cum aliqua re, tamquam cum
ausa, nexum prodiisse, eamque rem consecutum
sse. Sunt enim omnia, quae fiunt et accidunt,
nter se arctius, quam sentimus, coniuncta [15]).

In latino quidem sermone accedit etiam *finis*
i. e. is effectus, qui est hominis ante, quam agat,

15) Finitimum esse eventum effectui, atque utriusque descriptionem ad modum rei efficientis recte referri, apparet ex Cic. Nat. D. I, 41, 115. *At quo modo in his loquitur* (Epicurus)? *Ut Coruncanium aut Scaevolam, pontifices maximos, te audire dicas.* Ibid. I, 3. pr. *benevolos obiurgatores placare et invidos vituperatores confutare possumus, ut alteros reprehendisse poeniteat, alteri didicisse se gaudeant.* Et de *ut non* Cic. Fin. II, 22, 71. *certeque malet existimari bonus vir, ut non sit, quam esse, ut non putetur.* Quo loco *ut* non est, ut Goerenzius interpretatur, *licet* sed *ita ut* s. *hoc pacto, ut (ut non* germ. *ohne zu)*, quae vis particulae non dissentit ab eventus vel consecutionis notatione. Hoc ratiocinationis genus, quod cernitur in concludendo et colligendo *(Folgerung)* illativa voce *Itaque, Quocirca* c. indicativo expressum, *ut* cum coniunctivo aperit Cic. Nat. D. III, 27, 69. qui l. triplex *ut* suppeditat. *Sentit domus — sentit curia, campus, socii, provinciae, ut* (ostensivum), *quemadmodum ratione recte fiat, sic ratione peccetur; alterumque et a paucis et raro, alterum et sem-*

consilio constitutus s. propositus, vel id, quod quisque agendo vult voluitve consequi. Ad finem actionis significandum eandem particulam *ut (damit, auf dass, dass)* cum coniunctivo adhiberi placuit, habetque haec dicendi forma cogitationis et ratiocinationis notam hoc etiam iustiorem, quod effectus mente propositus simul causam agendi v. efficiendi continet. Quare solet ab aliis *ut* finale in causalibus coniunctionibus numerari. At quamquam interpretis rerum nexum exigentis ratiocinatio, qua alterum esse ab altero effectum colligit, admodum differre videtur ab eius ratiocinatione, qui consilio, consideratque rerum natura aliquem finem sibi posuerit; tamen non nisi tempore et voluntate interpres effectus ab effectus auctore, si ratiocinationis munus inquiritur, discrepat. Nec mirum est, etiamsi graecarum coniunctionum varietatem praestare recte dixeris, Latinorum simplicitatem hoc quidem in genere in una particula *ut* substitisse, quia, quemadmodum non minus effectus quam similitudinis descriptionem ad *modum* tamquam ad genus superius retulerunt, sic partes effectus, quae physicae legis *(effectus, Wirkung, Thatsache, Fall)* et obscurioris rerum ordinis s. fortunae *(eventus, Ereigniss, Folge)*, et liberae voluntatis *(finis, Endzweck, Absicht)* discrimine differunt, in ipso sermone non particularum et modorum varietate distingui voluerunt, sed, ubi opus videretur, demonstrativis in antecedente enunciatione voculis. Nam effectum, quem res tamquam causa habuit, pronomine demonstrativo (*is, talis, eiusmodi* al.) vel gradum rei significandum requirente vocula (*ita, tam, tantus* al.) tantum non ubique praeparant [16]); ad consilium autem vel finem

per et a plurimis: ut (conclusivum) *satius fuerit nullam nobis a diis immort. datum esse rationem, quam — cum pernicie datam. Ut* (comparativum) *vinum aegrotis — nocet saepissime, — sic haud scio an melius fuerit etc.*

16) ut Cic. Offic. I, 14. *Talis est ordo adhibendus, ut in vita omnia sint apta inter se et convenientia.*

dicandum aditum saepe aperiunt per *idcirco*, *propterea*, *ea mente*, *eo consilio* [17]). In eventu vero vel consecutione aperienda Latini plerumque *ut* c. conjunctivo, nulla facta praeparatione v. demonstratione, antecedenti enunciationi adnectunt; scite profecto, quia quae consequuntur certe non apertam solent in antecedente parte causam habere [18]).

Sed non modo ea verba, quae excitandi efficiendi vim significant, ut *curare*, *rogare*, *suadere* al. per *ut* cum coniunctivo id, quod ut fiat excitatur, declarant, sed etiam verbum *fieri* vel *esse* (ut Cic. Orat. 59, 199. *Est*, *ut id maxime deceat*. Ter. Phorm. II, 1, 40.) ad huius coniunctionis usum apediendum satis est. Eodem pertinet ingens copia adiectivorum, quorum notio ad id, quod fieri debet, referenda est, ut *aequum est*, *par est*, *consentaneum est*; et substantivorum cum verbo *esse*, ut *lex*, *mos*, *sententia*, quae agendi rationem per *ut* c. coni. definiendam indicant; et verborum *sequitur*, *restat*, *extremum est* in ordine rei faciendae constituendo; et *verum est*, *credibile est*, *verisimile est*, *notum est* al., ubi id, quod ita comparatum esse dicitur, aliquo modo actam agendamve rem attingit [19]). Quid quod

---

7) Cic. p. Cluent. 53. *Legum idcirco omnes servi sumus, ut liberi esse possimus.*

8) Huc pertinet conclusio, qua alterum tamquam consequens ex altero colligis, Cic. de Fin. II, 32, 105. *Quid? si etiam iucunda memoria est praeteritorum malorum, ut proverbia nonnulla veriora sint, quam vestra dogmata.* Iam quamquam et quae res externae consequuntur (*Erfolge*) et quae mente consequi videntur (*Folgerungen*) eadem particula *ut* c. coni. exprimuntur; Latini tamen eam consecutionem, quae nullo causae nexu, sed temporis tantum ordine, constitueretur, probe distinxerunt. Hinc *Quo facto*, *tum*, *deinde*; et in duarum rerum comparatione *antequam*, *dum*, *postquam*.

9) Weissenbornius (*Syntax der lat. Sprache* 1835. §. 206. *Anmerk.*) concedendi vim deprehendit in istis locutionibus *verum*, *clarum*, *certum*, *manifestum est* etc. si *ut* sequatur. „Nicht allein das, was ein Einzelner einräumt, kann durch

coniunctioni *ut* praecedens aliquod pronomen demonstrativum vel vocula modalis *sic*, *ita*, *eiusmodi*, *talis*, *tantus* per se saepe sufficiunt, ubi nihil nisi effectus praesentis, praeteriti futurive declaratio exspectatur, ut Cic. in Pis. 32. *Habet hoc virtus, ut viros fortes species eius et pulcritudo etiam in hoste posita delectet.* Philipp. V, 18. *Ea natura rerum est, patres conscr., ut qui sensum verae gloriae ceperit, — nihil cum hac gloria comparandum putet.* Cic. Fin. I, 5, 14. *Nam illuc quidem adduci vix possum, ut ea, quae senserit ille, tibi non vera videantur.*

Recte igitur *ut*, hoc munere fungens, *declarativum* appellare possis h. e. ad cuiusvis temporis effectum et consecutionem vel notionem et vim alicuius rei declarandam unum aptissimum. Ad cuius latissime patentem usum vel levissimum efficientis, agentis, excitantis rei alicuius indicium in antece-

---

ut ausgedrückt werden, sondern auch ein Gedanke, den Alle oder Viele als wahr gelten lassen. In dieser Hinsicht steht *ut* bei manchen Worten, wo man den acc. c. infin. erwartet; aber immer mit einem nicht unbedeutenden Unterschied. So bezeichnet der acc. c. infin. nach *verum est*, dass Alle etwas glauben, s. §. 148, Anm. 2. *ut* aber, dass alle es als wahr gelten lassen, zugeben, dass es für wahr gehalten werde; es ist nur das allgemein bezeichnete *concedere.*" Recteque illud V. D. observavit, post *non verisimile*, *non credibile* sim. *ut* reperiri. ut Cic. Lael. 4. Nep. 23, 1. Cic. Attic. X, 4. *Solidum est, ut me Siculi maxime velint.* Caecin. 7. Ne illud *quidem est consentaneum, ut eo beatior quisque sit.* — A nobis dissentit A. Grotefendius, qui Wunderi rationem supra commemoratam hoc certe loco secutus, (*Lateinische Schulgrammatik* 1833. §. 399. *Anm.*) „Zuweilen findet sich, inquit, ein Satz mit *ut*, wo man den Acc. c. Inf. erwarten sollte, wo jedoch *ut* in der Bedeutung von *quemadmodum* aufzufassen ist. Z. B. *Verisimile non est, ut Heius religioni suae monumentisque maiorum pecuniam anteponeret* (quem locum paulo post integrum videbis) quod vertit: Es lässt sich nicht denken, wie H... hätte vorziehen sollen." Comparari iubet suum librum Ausführl. Gramm. §. 538.

dente enunciatione suppetit, ut Cic. de rep. I, 17, *quas ut vidisset, exclamavisse* (dicunt) *ut bono essent animo.* Nat. D. I, 4. extr. 10, 24. *Quae vero tribuitur vita isti rotundo deo? Nempe ut ea celeritate contorqueatur.* Ibid. II, 28, 71. *Cultus autem deorum est optimus — ut eos semper pura — mente et voce veneremur.* Caes. b. G. I, 44. *Genus esse pugnae militum Hispanorum, ut magno impetu primum procurrerent.* Ex quo apparet, *ut* modo coniunctivo efferendo nectendoque cum antecedente enunciatione inservire sic, ut denique *absoluto* coniunctivo praepositum *ut* huius modi vim, quae in dubitando et interrogando, in ponendo et concedendo, in desiderando et postulando cernitur, acuat et tamquam infinitae enunciationis finem efferat, quasi oppressa vox illa sit, quae in medio sermone solet coniunctivo praecedere, in qua nitatur, ad quam se applicet. Nimirum hanc vocem coniunctivus absolutus intelligendus est in sese continere. Ad absolute positum *ut* c. coniunctivo pertinet illud Cic. in Cat. I, 9. *te ut ulla res frangat?* quocum comparare iuvat accusativum c. infinitivo pro Cluent. 31. *Tene hoc, Atti, dicere, tali prudentia, etiam usu atque exercitatione praeditum?* Utrumque incredibile est. Illud vero est futuri temporis. *Te ulla re frangi?* diceretur, quasi videretur fractus qui fuerat validissimus. Atque Cic. Nat. D. II, 33. *Quorum utrumvis ut sit, sequitur natura mundum administrari* in concedendo, quemadmodum sine *ut* latine dicitur, *Sit* vel *fuerit*, ut prohibentis illud est Tusc. II, 5. *Ne sit sane summum malum dolor.* Cic. Orat. 29. *Ne fuerit.* De malorum imprecatione per *ut* c. coniunctivo absoluto expressa supra diximus. Absolute etiam illud dictum videbitur, Orat. I, 8, 33. *Ut vero ad illa summa veniamus* (scil. quae fuerunt nobis proposita) ut ibid. 32. *Age vero, ne semper forum — meditere* (quod parum conveniens fuerit) *quid esse potest* etc.; vero Quint. 21. extr. *Ut alia omittam, hoc satis est,*

quod idem, omisso *ut*, dici poterit *alia omittam, hoc satis est.* Nam posterior enunciatio causam, alias praetermissam, continet, cur existimet alia esse omittenda. Ut igitur omittat, conveniens esse sentit.

Quod autem ad *suspensum* coniunctivum attinet, qui intercedente *ut* tamquam consequens cum antecedente iungitur, vis ad agendum excitans, quae in absoluto coniunctivo propterea oppressa latet, quia in ipsa agentis mente ac voluntate denique posita est, aut peculiari verbo, ut *volo, permitto, opto, ut venias* indicatur, aut in alia re ut reperitur, sic verbis ponitur nunc integrae enunciationis, nunc mancae. Integra est antecedens sententia, cuius nullam partem desideras, ut Varr. I, 2. *Arboribus consita Italia est, ut tota pomorum videatur.* Consequentem partem *ut — videatur*, si abesset, non desiderares. Mancam dixeris sententiam, si aut necessaria pars deest, sive subiectum, sive obiectum, sive modus (cuius notatione dixi etiam finem s. consilium s. rem, quam agendo consequi velis, Latinorum quidem iudicio, contineri); aut si voce demonstrativa, sive pronomine, sive adverbio eam partem enunciationis, quae desideratur, infinite indicaveris, ut sit secundaria enunciatione definienda: ut Cic. Fin. V, 9. *Omne animal — id agit, ut se conservet.* Id. pro l. Manil. 5. (Mithridates) *ita regnat, ut se non Ponto — occultare velit.* Quorum locorum in priore obiecti definiendi exspectatio commota est pronomine *id*; in posteriore *ita* modum regnandi non declarat, sed tamen aditum aperit enunciationi secundariae. — Prorsus omissam in primaria enunciatione desiderabis *subiecti* vocem, quae sit in secundaria enunciatione per *ut* c. coniunctivo, ne locus partis necessariae vacuus sit, compensanda, locis in iis fere omnibus, ubi *fit, ut* (sic, ut *fit* sit praedicatum, *ut* c. coni. subiecti locum expleat pro nomine substantivo); *est ut, aequum est ut, mos est ut, sequitur ut*, similia, quae paulo ante indicavi, leguntur. Cic. Verr. IV, 6. *Quid, si magni-*

idine pecuniae persuasum est ei (Heio)? *Verisimile on est, ut ille homo tam locuples, tam honestus reli-oni suae monumentisque maiorum pecuniam ante-oneret*, (quod est tempus conditionale) pro *Illud, ! — pecuniam, si daretur, anteponeret, verisimile on est.* Epist. ad Famil. 7, 31. *Reliquum est ut fficiis certemus inter nos.* Huc etiam pertinet *non otest probari ut:* Cic. Fin. II, 33, 108. *Qui probari otest, ut is, qui propter me aliquid, plus quam ego se gaudeat?* Nec dubia res est de *longe abest ut* ic. Acad. II, 36. *Nae ille sapiens longe aberit ut rgumentis credat philosophorum:* structura verborum it: *ut sapiens credat arg. philos.* (id) *longe aberit;* im etiam de *tantum abest ut — ut*, sie quidem ut rius *ut* cum coniunctivo subiecti locum sustineat; terum *ut* c. coni. gradum distantiae describat, a *ntum* id quidem suspensum: Cic. Orat. 68. *Tan-m abest ut* (Henr. Meyer Codicum, qui nec multi ec optimi sunt de hoc libro collati, auctoritate, uod mireris, non imiteris, *tant. abest, ne* in quo it librarii inepta interpretatio ad sensum instituta) *ervetur oratio compositione verborum, ut aliter in i vis esse non possit.* Lael. 14. *Tantum abest ut nicitia propter indigentiam colatur, ut ii, qui opibus inime alterius indigeant, liberalissimi sint* [20]). In

---

[20]) In hac duarum rerum comparatione per substantivum cum praepositione exprimitur interdum ea res, a qua quis vel altera res abesse dicitur, variaeque formae sunt huius locutionis. Cic. de Orat. I, 60. *Equidem tantum absum ab ista sententia, ut non modo non arbitrer* etc., et Offic. I, 14.. *Id tantum abest ab officio* (vel, ut Cobd. suadent, omissa praepositione *ab) ut nihil magis officio possit esse contrarium*, Liv. XXV, 6. med. sine subiecti voce sic, ut duarum rerum discrimen tantum indicetur: *tamen tantum abfuit ab eo, ut ulla ignominia iis exercitibus quaereretur, ut et urbs Roma per eum exercitum, qui ab Allia Veios transfugerat, reciperaretur.* — Alterum *ut*, quod a *tantum* excitatur, omittitur Cic. Fin. V, 20, 57. *Qua in vita tantum abest, ut voluptates consectentur: etiam curas,*

hac enunciationum contentione apparet, primariam saepe enunciationem nihil nisi praedicatum continere secundariae, et ad nominum similitudinem, cum *ut* c. coniunctivo nominativi s. subiecti locum occupare videris, declinari posse; item post substantiva *lex est, mos est, consuetudo est* simil. ut Cic. Brut. 21. *Mos est hominum, ut nolint eundem pluribus rebus excellere.* Nat. D. II, 28, 71. *Obiecti* vero cum duplex genus sit, propioris alterum, quod accusativo casu solet exprimi, alterum remotioris, ubi dativus significat, quo actio referatur, cui res prosit vel obsit; *accusativi* locum sustinere vides *ut* cum coni. post verba *velle, rogare, praecipere, postulare, suadere, censere* alia plurima, quae impellendi vim habent, vel rei faciendae cogitationem indicant, ut Caes. b. c. I, 2. *Calidius censebat, ut Pompeius in provinciam proficisceretur.* Cic. Vatin. 12. *Equidem vellem, ut aliquando redires* (h. e. reditum tuum). Liv. XXVI, 8, 3. *Primo exspectarunt, ut — nomina profiterentur.* Cic. Tusc. I, 16, 32. *Quid in hac rep. tot tantosque viros, ob remp. interfectos, cogitasse arbitramur? üs-*

---

sollicitudines, vigilias perferunt: in quo non desideras gravitatem. Adde Cic. ad. Att. VI, 2. *Dixerim me vel plurima tecum summae coniunctionis optare: tantum abest, ut ego ex eo, quo adstricti sumus, laxari aliquid velim.* In his *tantum* ante *abest ut* ad superiora refertur, in quibus latet illud, quod reiectae sententiae *ut — velim* opponitur ex vera animi sententia, quae in vulgari huius locutionis usu alterum locum (*ut dixerim me — optare*) solet occupare. Schuppius (*Untersuchung über die lateinische Bindeformel non modo (non) — sed ne quidēm und über deren Synonyma. Hanau* 1825. p. 38. seq.) *tantum abest ut hoc audiam, ut non videam*, interpretatur: „i. e. quatenus oder prout hoc non video, eatenus oder itidem non audio *so weit dass* oder *als ich dieses nicht sehe, eben so weit entfernt ist es, dass ich es höre*, d. i. *so wenig ich dieses sehe, eben so wenig höre ich dieses.*“ At viderit V. D. quam recte paria haec esse dixerit, quasi *quantum abest ut — tantum abest ut* — non ab illo discrepet.

mne ut finibus nomen suum, quibus vita, termina-tur? Kühner *cogitasse* interpretatur *spectasse* [21]). equentia verba intelligi iubent praemium, quod spe-averint, cui contrarius nominis terminus per inter-rogationem: *iisdemne* etc. (qualis illa est: *Te ut ulla es frangat?*) reiicitur ut homine indignus. *Dativum* ero rei aut faciendae, aut propter caritatem tuendae, t regunt verba *operam dare*, *prospicere*, *cavere*, *tudere*, *timere*, ita eadem et his similia pro sub-

1) Comp. *ne* post *cogitare* pro *cavere* Cic. Epist. ad Fam. IV, 9. *Caput est illud, ut, si ista vita tibi commodior esse videatur, cogitandum tamen sit, ne tutior non sit* et *ut* post *excogitare* pro *decernere ut* Nep. Att. 8, 3. *Excogitatum est a quibusdam, ut privatum aerarium — constitueretur,* quem l. supra citavimus. De loco Tuscul. cf. Fr. A. Wolfs *Vorlesungen über die Tusculanen* in J. C. Orellii editione Tusculanarum disp. Turici 1829. p. 342. ad I, §. 32. *iisdemne ut finibus.* „Der Deutlichkeit wegen hat er die fehlerhafte Construction *cogitare ut* gesetzt, statt des Infinitivs. Dergleichen Stellen giebt es noch vier oder fünf.“ (Meinte Wolf — Orellii verba — etwa das wenigstens sechsmal vorkommende *verisimile ut* — —*?*) „Cicero hat hier weniger grammatisch richtig geschrieben, um desto deutlicher Latein zu schreiben: es ist ein vitium grammaticum perspicuitati remissum.“ Ad haec Orellius: „Ist es denn wirklich so viel als: *an, iisdem finibus nomen suum, quibus vita, terminatum iri?* oder nicht vielmehr die hier durch das Imperfect auf die Zeit jener Helden bezogene Frage des Nichtglaubens, nämlich: iisdem ut finibus nomen meum, quibus vita terminetur? „Wie? mein Name — sollte begränzt werden? Unmöglich!“ — „Ich wäre für letzteres.“ Equidem idem cum Orellio sentio. Non enim verba sentiendi et declarandi per se necessario accusativum c. infinitivo requirunt, sed obiectum, quod si continet rem mente sensuve percipiendam v. cognoscendam, accusativus c. inf. praesto est: sin autem rem, quae, praeterquam quod est cognitione digna, ad agendi rationem constituendam pertinet, aut in facto posita vel aliqua vi excitata esse intelligenda est, aut in qua interrogatio latet; *ut* c. coniunctivo aptius Latinis visum est. Quare certe per se est obiecti conditio et ratio ubique consideranda, antequam formam alterutram eligas.

stantivi dativo adsciscunt *ut* cum coniunctivo. Nam si contuleris Cic. Epist. ad Fam. III, 1. extr. *Melius enim ei cavere volo, quam ipse aliis solet*, et Ter. Andr. I, 3, 5. *Si illum relinquo, eius vitae timeo*, et II, 5, 8. Heaut. III, 2, 20. *tibi timui male*. Caes. b. civ. III, 13. *Pompeius — Dyrrhachio timens* (ut tueretur, aut ne amitteret Dyrrhachium). Cic. ad Att. VII, 6. *De republica valde timeo*. Caes. b. G. V, 9. *eo minus veritus navibus, quod in littore molli atque aperto deligatas ad ancoram relinquebat*. Plaut. Amphit. V, 1, 61. *metuens pueris, mihi formidans*: non miraberis *vereri*, *timere* seq. *ut* dativi locum sustinere, cum curam et amorem significet erga eum, cuius causa timeas; accusativi vero loco dici *vereor, ne*; nam *veremur, metuimus, timemus mala*. Cf. Cic. Offic. I, 39. *Caveamus ut ea, quae pertinent ad liberalem speciem et dignitatem, moderata sint*, et Ter. Heaut. II, 2, 6. *Etiam caves, ne videat forte hic te a patre aliquis exiens*, et Hecyr. I, 2, 25. *Sed firmae hae vereor ut sint nuptiae*. Andr. I, 5, 34. *Tum autem hoc timet, ne deseras se*. Cic. Epist. XIV, 2. *Omnes te labores excipere video, timeo ut sustineas*. Curam enim ex amore nasci cum ipso timore in aperto est, ut in utramque partem, ad tuenda bona fugiendaque mala, talia verba converti possint particulis *ut* aut *ne*, quas etiam verba, quae accusativum substantivi requirunt, ut *laborare, videre, curare* secum iungunt. *Ablativus* autem casus quoniam modi et causae et temporis et loci notationem in se recepit, ut interrogatus, quomodo v. cur v. quando v. ubi quid factum sit, eodem casu ablativo substantivorum respondere possis; nunc, ubi de enunciationum, *ut* c. coni. prae se ferentium, declinatione disseritur, praetermissis reliquis huius casus muneribus, illius locutionis contentio cum nominis declinatione ad *modum* potissimum revocanda erit, unde omnem nostram de coniunctione *ut* disputationem exorsi sumus. Ubi igitur modus quaeritur, quo facta

fuerit (apud Livium XXVIII, 3.) exercitus in tres partes divisio, ipse Livius addit: *ut una semper pars, quietis interim duabus, obpugnaret.* Mox ibidem effectum, quem *lupi in alios superne iniecti* habuerint, indicant verba *ut in periculo essent, ne suspensi in murum extraherentur.* Atque ut modus rei faciendae vel factae latissime patet, ita *ut* c. coniunctivo locum sustinet ablativi nominis, cuius brevitatem minus aptam duxeris, sive effectum significet, quem rei natura vel virium usus et contentio attulit (ut ibid. *Quae res tantum pavoris iniecit fessis — ut et oppidani moenia — desererent*) sive consequentem rei eventum vel id quod colligitur facta conclusione, (Cic. Nat. D. I, 15, 38. *At Persaeus — dicit — ipsas res utiles et salutares deorum esse vocabulis nuncupatos; ut ne hoc quidem diceret illa esse inventa deorum, sed ipsa divina*) sive finem s. effectum consilio agentis propositum, ut Liv. XXVIII, 5. *Philippus, ut — paratus ad omnes conatus esset, ipse Demetriadem ad mare descendit.* Hoc loco etiam commemoranda videtur locutio *tantum abest, ut — ut.* Nam quamquam prius *ut* c. coniunctivo post *tantum abest* subiecti vel nominativi locum sustinet, quocum certe habet plurimum similitudinis; tamen, quoniam etiam ablativi mentionem inieci, *ut* c. coni. certe ablativum interpretatur in his: Cic. Tusc. I, 31. *Tantum abest ab eo, ut malum mors sit, ut verear* etc. ubi *ut* ipsum hoc pronomen definit et declarat. Sublato autem ablativo *ab eo,* non videtur dici posse coniunctio *ut* c. coniunctivo in formula *tantum abest, ut* ablativi munus in se recipere. Nam prorsus mutata est structura verborum Offic. I, 4, 43. *Id tantum abest officio, ut* cet.

XI.

COMMENTATIO GRAMMATICA

DE

EMENDANDA RATIONE, QUA PUERI LINGUAE LATINAE COGNITIONE IMBUUNTUR.

Saepe multorum querelae audiuntur, qui puerorum non modo graecae, sed etiam latinae linguae cognitione imbuendorum sortem deplorandam putant, cum vel operae in memoriter discendis grammaticae regulis et infinito lexicorum usu molestiam ac fastidium, vel multorum annorum spatium, quod huius generis exercitatio requirat, cum exiguo fructu comparent, quem denique ex improbi laboris diuturnitate perceperint iuvenes: quibuscum praeclare actum debere videri, si non latine, sed grammatice vel sic scribant, ut soloecismis, germanismis, gallicismis stilus careat. Omnia vero Graecorum et Romanorum scriptorum opera qui semel, vel praestantiora iterum legerint, nostra aetate reperiri paucissimos: plerosque in limine antiquitatis substitisse. Cum

autem ii, qui in scholastica disciplina prope consenuerint, illam antiquae simplicitatis et elegantiae cultoribus promissam humanitatem vix attingere coeperint; in Academiam migrandum esse, ubi liberaliora ista studia a plerisque neglecta iaceant, quippe aliarum doctrinae partium utilitate vel necessitate occupatis. — Nec nova haec est scholasticae institutionis accusatio, nec desunt quae responderi possint iis, qui nesciunt, latine scribendi facultate triplex eloquentiae munus contineri, ut pura et sincera latina oratio explicetur perspicue ad docendum, suaviter ad delectandum, graviter ad commovendum. Hae autem virtutes non sunt in iuvenum, sed in virorum oratione quaerendae. Accedit quod multa pueri ac iuvenes eodem tempore discere coguntur, ut in singulis non possint omnes pariter proficere: praestantiorisque profecto ingenii fuerit cum variae doctrinae cognitione antiquarum et recentium linguarum scientiam et usum coniungere. Memoriae vero exercitationem non debebant conqueri nimiam, sed non satis commodam vel eam, quae vagam et incertam rerum scientiam afferret. Neque tarditas institutionis tam est reprehendenda, quam vana multorum et inutilis festinatio ad graviora, antequam elementa satis fuerint cognita et memoriae mandata. Nam quod superiore saeculo Iac. Facciolatus in Oratione I. p. 6. ed. Patav. scripsit: „tenellos angustosque puerorum animos immensa illa regularum, appendicum, scholiorum farragine terreri atque opprimi, ut ne respicere quidem possint, nedum se explicare, latineque interrogando, ac respondendo naviter audere," id quidem nostra aetate reprehendi eodem iure nequit. Neque Paulini a S. Iosepho Oratio *de neglectu literarum humaniorum et earum corruptela* nostri saeculi rationem docendi his verbis castigat: cum illa adeo perturbata, adeo obscura et inanium praeceptorum tricis undique implexa esse videatur, ut iam miseri adolescentes diutius grammaticae ambagibus, quam olim labyrintho Cre-

tensi Theseus, immorari cogantur.“ Haec et similia ab aliis de perverso grammaticae usu in puerorum institutione conclamata constat effecisse, ut qui vitare ista mala vellent, in contraria parte, philanthropicam, quam dicebant, disciplinam affectantes, peccarent. Eos autem intelligimus, qui acerbissimo in grammaticos et rhetores odio rerum potius, quae ad usum communem et ad vitam pertinerent, scientiam pueris, quam orationis et eloquentiae praecepta tradi voluerunt. Iidem statuerunt, quoniam latine scire oporteret, loquendi primum, sicut germanicam vel francogallicam pueri linguam domi a nutricibus discerent, periculum esse a ludorum magistris faciendum, deinde multos latini sermonis locos legendos, eaque via, nullis grammaticorum praeceptionibus et ambagibus impedita et obstructa, sermonis latini facultatem pueris afferendam. — Hinc natam culinariam quandam latinitatem vel animadvertentes vel metuentes alii mediam viam sequuntur, quae, cum commodioris grammatici compendii usum cum matura non loquendi, sed scribendi exercitatione coniungat, ab ista stili latini corruptione tantum absit, quantum ineptas grammaticorum controversias et spinas fugiat. Nec defuerunt huius rationis fructus apud eos pueros, qui et germanicae linguae elementa in schola percepissent, et bona mentis indole praediti, ardentiore latinae linguae discendae studio industriae ac diligentiae laudem expeterent. Sed quoniam non ita multi sic sentiunt, pauciores etiam vernaculae linguae non usum, sed scientiam afferunt; magnae discipulorum parti, in qua et leviora et fervidiora ingenia et his opposita tardiora sunt, haec ratio non satis videtur profuisse, eaque mala, quibus etiamnum latinae linguae disciplinam premi dicunt, attulisse.

Itaque quaerendum sane est, quid sit in ea scholasticae institutionis ratione, quam nunc plerique sequuntur, reprehendendum, et quae causae lateant depravationis, quibus sublatis possit et laetior fructus

diligentiae exspectari et taedium illud vitari, quod non pauci, nec ii inepti pueri ex linguae latinae institutione capiunt. Nihil enim in artibus tam est perfectum et perpurgatum, ut nusquam ulla labes resideat, redeundique ad naturae simplicitatem et veritatem via sit interclusa. — Atque ut a principio institutionis, qua latina lingua traditur, et a prima aetate, qua solent pueri ad huius generis disciplinam admitti, proficiscamur, duas potissimum causas mali videor mihi deprehendisse. Quarum *prima* est in tam immoderato grammaticae latinae usu, ut praeceptor non orationis latinae, sed grammaticae interpres fiat. *Altera* causa est in eo, quod quae in schola doceri debebant, domi discenda pueris traduntur, cum praepropere magistri postulent, ut discipuli parati ad interpretationem latini scriptoris veniant et germanice latina, latine germanica reddendi specimina domo afferant. Uterque et grammaticae et puerilis meditationis abusus debet ex nimia duplicis vitii vitandi cura repeti, in quod philanthropos incurrisse viderant. Nam istius disciplinae adversarii levitati et mollitiae, quae tenerae aetatis viribus parcens laboris severitatem fugeret, acriorem quidem, sed nescio an minus aptam memoriae exercitationem et domesticam assiduitatem opposuerunt, ut firmum et certum linguae discendae fundamentum poneretur. Quod ut consequerentur, cum non ex vitae communis consuetudine, ut domesticus sermo, sed ex libris peti latinae linguae, tamquam mortuae, cognitio posset; eo grammaticae compendio, quod ex multis commodissimum haberetur, et in elementis linguae latinae et in syntaxi utendum videbatur. In elementis grammatica multi sic utuntur, ut declinationes nominum pueris memoriter discendas tradant, tum coniugationes verborum cum utriusque generis anomalis. Haec pars grammaticae institutionis omni suavitate caret et animum pueri magis opprimit, quam excitat propterea, quod a lectione et interpretatione sermonis

latini seiungitur, magnamque varietatem formarum, quae solae per se et sine nexu ostenduntur, praebet memoriae mandandam: cuius usum et necessitatem pueri non ante intelligunt, quam, transacto labore, denique ad syntaxin et ad latini scriptoris lectionem pervenerint, quae partium orationis consociationem et cuiusque conformationis vim in media oratione aperiendam promittit. — Quamquam etiam in hac institutionis parte denuo a recta via multi aberrant, qui quam primum ordine quodam totam syntaxin comprehendi et regularum multitudinem memoria teneri volunt. Atque in syntaxi, quae consociandorum verborum iura et germanici sermonis discrepantiam describit, inprimis quoddam paucorum verborum imperium observari iubent, quod in casibus nominum praeter praepositiones a quibusdam adiectivis vel verbis, in modo autem coniunctivo a particulis coniunctionalibus sive expressis, sive in pronomine relativo vel in participii usu latentibus, exerceatur. Regularum ubi quaeque est secundum compendii ordinem puerorum memoriae mandata; eius usus in delectis et ad quemque locum comparatis enunciationibus seu formulis ostenditur. At mutato ordine debebat primum in ipsa enunciationis compositione expromta regulae vis monstrari, et ex ipsa notionum relatione casus vel modi cuiusque causa quaeri. Qua re neglecta saepe fit, ut grammaticae explicandae gratia omnis lectio scriptoris institui videatur, quasi grammaticae sit veterum oratio obnoxia, non ex horum operibus illa denique nata; et ut regula, quam pueri memoriter discere ante coguntur, quam eius vim et usum in medio sermone cognoverunt, non moveat animum, sed taedium afferat. — Sunt etiam qui, ad grammaticae cognitionem omnia referentes, locorum versionem, quae non possit ante, quam singula penitus perspexerint, effici, a principio interpretationis prohibeant: alii statim ab ipsis pueris volunt latina ad grammaticam constructionem germanice ex-

primi. Qui versionem ad ultimum locum interpretationis ablegant, in explicandis singulis vocabulis haerentes, quolibet nomine utuntur ad casuum conformationem, quam pueri didicerint, repetendam. Similiter verbi, si quod ocurrerit, pleraque tempora indicativi coniunctivi, activi passivi iubent recitari, ne quid memoria excidat. Nimio hoc abscissa corporis membra dissolvendi studio quidquid in enunciatione reliquum vitae est, id, cum tamquam scintillam excitare et nutrire debeant, inviti magistri exstinguunt et opprimunt. Haec omnis exercitatio, in elementis tradendis collocata, unum et alterum annum institutionis postulat, vel etiam propter fastidium et puerilis aetatis levitatem pigritiamve tertium annum. Tantum temporis spatium consumtum est opere, quod ipsum vita caret et mortuum rectius dici potest, quam lingua latina, quae, quia sunt ii, qui in ea nati et educati fuerant, mortui, non idcirco ipsa mortua est. Imo vivit lingua, si minus in ulla civitate, at in varia scriptorum veterum Romanorum oratione, et sic vivit, ut vox et sententia eorum, qui latine cogitata elocuti sunt, litteris expromta etiamnum possit percipi. Quare scriptis veterum Romanorum operibus non modo totis, sed singulis etiam enunciationibus sic est utendum, ut pueri, quos intelligere cultissimum antiquorum virorum sermonem volumus, ipsos loquentes audire sibi videantur. Nec vero quisquam, cum altero sententiam communicaturus, abrupta et, ut lexici index praebet, avulsa vocabula, sed nexa inter se et ad sententiae concentum collocata pronunciat, iisque formis vocabulorum utitur, quos sermonis requirit convenientia et notionum vel inter ipsas vel ad mentem et animum facta relatio. Est igitur unaquaeque, ut cuiusvis orationis, sic latinae enunciatio quodammodo arte factum opus. Quod qui ab ipso magistro germanice expressum audierit, eodemque duce sententiam explorarit, is demum enunciationis imaginem animo tenebit et (ut solent pueri eas res, quarum

speciem satis contemplati sint, ut interiora videant, dissolvere) ex crebra operis intuitione singularum enunciationis partium vim et constructionem grammaticam facilius et lubentius volet cognoscere.

Quod dixi ab ipso magistro primum debere latinam enunciationem germanice reddi, alterum vel eorum vitium volui caveri, qui teneriores nec satis instructos discipulos latinam quamlibet enunciationem iubent ad grammaticam verborum undique collectorum structuram et lexici auctoritatem in germanicum sermonem convertere. In qua domestica perscrutatione et vexatione loci, permutato scilicet magistri et discipuli munere, non levissimam infelicitatis ac taedii causam esse existimo. Ad tantam praepostere agendi perversitatem aberrarunt ii, qui quam primum non modo in scholis vellent puerorum mentes exerceri, sed etiam pensum habere, in quo privatum studium ante versaretur, quam praeceptoris voce frequentique usu ac repetitione didicissent et lexici thesauro recte commodeque uti et grammaticum verborum ordinem, in quo subiectum et praedicati verbum dominatur, a rhetorico, quo animi sententia pronunciata vel scripta est, distinguere. Iam se pueri ad subeundum convertendae et explicandae enunciationis periculum vocabulorum notitia e lexicis petenda domi instruunt, eaque suo iudicio provident, quibus muniti possint pensum germanice reddere, caveantque, ne in analysi interrogati temere respondeant. Nec mirum est, pueros, etsi multum sine duce sudantes ac deliberantes, saepe tamen a vero aberrare, cum neque grammatici, cuius librum consulunt, praecepta, neque lexicographi monita satis caute ad propositum locum referant. Hinc larga quotidie corrigendi castigandique copia fit magistro, novaque causa temporis a lectione et interpretatione ad ea mala tollenda transmittendi, quae in praeparatione aut nulla aut multo pauciora committerentur, si minus a puerorum sollertia exspectarentur ea, quae debent pueri ex magistri

ore primum audire, ac toties coram ipso repetere, ut denique in animis haereant, ignotaque quae fuerunt fiant nota. Haec domi puer secum animo iterum volvat, reputet et tradat memoriae: haec praeceptor in schola deinceps quaerat et audire velit. — Sed nimia ista domestici laboris puero imponendi cura etiam stili latini exercitationem mature iussit adhiberi, ut cuiusque nominis seu verbi ad declinationis vel coniugationis normam flectendi consuetudo ex frequenti scriptione contraheretur. Qua mente enunciationes seu formulas germanicas proponunt latine domi reddendas. Latinas voces aut ipsi magistri vel libri elementares suppeditant, aut e lexico, ut acrius exerceantur, peti iubent. Stato tempore manu scripta alii curae et diligentiae in delectu vocabulorum et formarum expromtae specimina magistro praebent corrigenda; alii levitatis, ut fit plerumque, vel negligentiae vitiis plena. Quas sordes quanta cum aegritudine et indignatione praeceptor perscrutatus, quoties repetita castigatio denique stilum pueri emendat, quam misere magna pars non modo privati studii, sed etiam temporis in schola ad lectionem impendendi frustra consumitur, quoniam meditationi puerorum plus tribuitur, quam aetatis ratio tulerit! Ea demum scribat puer, quae praesente moderatore fuerit elocutus, quae, dum pronunciabantur, vox praeceptoris emendarit, emendata saepe repeti iusserit, ne scriptionis menda se in animos insinuent, ne correctione ubique opus sit, ne et pueri pudor vel taedium, et magistri indignatio tempus et operam perdant. — Ubi maiora, quam par est, privatae curae ac diligentiae documenta exspectantur, ditiores parentes, quod miseret filii, alterum paedagogum advocant, qui id privatim faciat, quod est a praeceptore neglectum, qui pueri meditationem et laborem regat, ne tempus inepte quaerendis vocabulis inconsulto perdat, ne falsa pro veris habeat, discatve dedocenda. Hinc vero etiam doli et fraudes nascuntur, quibus saepe paedagogus

et praeceptorem fallit eiusque iudicium simulata discipuli sollertia pervertit, et pueri eruditioni non minus, quam moribus officit. Qui duce carent, si levioris vel tardioris sunt ingenii, in tot tantosque errores incidunt, ut frequens reprehensio speciminis certe non erigat animum, fastidium autem afferat etiam diligentioribus, meliusque sentientibus.

Desinant igitur tandem aliquando plura et maiora, quam aetatis et ingenii ratio fert, a tironibus exspectare et exercitatiorum opera ab iis, qui nondum sunt satis instructi, requirere. An illud, quod Cicero adultioribus, iisque eloquentiae laudem appetentibus de Orat. I, 33. recte praecipit, qui *stilus optimus*, inquit, *et praestantissimus dicendi effector ac magister*, in alienae linguae elementis observandum existimas? — Sed quoniam diximus sic esse legendum, ut ipse scriptor tecum loqui videatur; praeceptor, antequam scribere quidquam iubeat, latine loquendi copiam puero faciat, quod minutis interrogatiunculis fit facillime, si quae puer legerit, quae penitus perspexerit, mutato ordine ipsius scriptoris verbis pronuntiare iusserit, aut interrogatum, quomodo, cur, quo tempore res exposita gesta sit, respondere. Quod ut iucundum pueris est et ad grammaticam verborum constructionem cognoscendam aptissimum, sic excitat tirones, ut, si ex ipso libro respondere consueverint, mox ex memoria dicendi copiam non sine iudicio petere, vel germanice dicta latine reddere velint. Et ne quis obiiciat, multum temporis hanc rationem requirere; illud comprobatum est, pauca primum eaque certo cognita expromendi facultatem, si exercueris, animum et vires ad difficiliora confirmare et castitatem stili parere.

Sed ut ordine quodam, quam meliorem pueros latinae linguae cognitione instruendi rationem existimem, paucis dicam, prima magistri cura eo pertinebit, ut, si minus grammatica disciplina germanice, franco-gallice subactam facultatem adepti fuerint, eius

linguae, in qua nati sunt, scientia, quam mancam et minime ordinatam ex sermone domestico afferre solent, tam sit certa et promta, ut nomina, verba, particulas facile distinguant et coniugationis non minus, quam declinationis conformationem, germanici libri interpretatione adhibita, habeant cognitam. In qua lectione si tempora et modos verbi activi et passivi, intransitivi et transitivi pariter ac pronominis demonstrativi, interrogativi, relativi oppositionem et simplicis enunciationis membra, subiectum, praedicatum et copulam inter se distincta animadvertere nulloque negotio enucleare consueverint, tum demum rite parati ad linguae latinae doctrinam venire videbuntur.

Sed in hoc munere puerorum aetas non minus, quam rei tradendae natura flagitat, ut praeter ea, quae paulo ante monita sunt, haec potissimum praecepta diligentissime conserventur. Quorum *primum* est, ut, transacta recte pronunciandi exercitatione, a latini libri elementaris, qualem Fr. Iacobsius vel nuper Guil. Herm. Blumius, aliique multi ediderunt, lectione profectus ubique ignota notis, latina verba singula germanicis eo, quo leguntur, ordine premens, servataque prima cuiusque vocabuli significatione, illustres, conversaque repetas, donec pueri tua verba sine haesitatione possint reddere. *Alterum* praeceptum hoc est, ut latini scriptoris seu elementaris chrestomathiae lectio cum grammatica institutione arctissime coniuncta sit, nec aliis horis quotidie scriptorem, aliis grammaticam interpreteris, sed viva vox magistri, grammatici eiusdem et interpretis, ad utramque partem, prout opus fuerit et ratio suaserit, convertatur [1]). *Tertio* loco cavendum est, ne in sin-

1) Utrumque praeceptum cum admirabili, ac nescio an nimia quadam cura et constantia, etsi non eodem prorsus modo, sequuntur disciplinae Iacototi et Hamiltonis. Quarum de altera exposuit W. A. Durietz interprete I. P. Kriegero hoc libro: Iacotots *Methode, oder der allgemeine*

gulis locis omnia effundas, quae de [illegible]ie vocabuli natura et usu doceri possint. Hoc ipsum monuit, ut *tres* constituerem grammaticae institutionis fines vel

---

Unterricht, vollständig und für Jedermann fasslich dargestellt. Ein praktisches Haus- und Musterbuch, Hausvätern, Lehrern und Erziehern gewidmet von W. A. Dürietz. *Nach der fünften vermehrten Ausgabe des französischen Originals übersetzt* von I. P. Krieger. *Zweibrücken* 1830. — Hamiltonis rationem descriptam praebet: *Lehrbuch der lateinischen Sprache nach Hamiltonischen Grundsätzen* von *Dr.* Leonh. Tafel, *Oberreallehrer an dem Gymnasium in Ulm. Ulm* 1831. De Jacototi disciplina multorum virorum dd. iudicia in litterarii superioris anni ephemeridibus expromta sunt. — Accedit tertia quaedam disciplina Lemarii, quam ex eius disputatione „*de la manière d'apprendre les langues*," quae praemissa est eiusdem viri d. operi, quod inscribitur „*Cours de la langue latine*" germanice reddidit „*Ueber die Art und Weise Sprachen zu erlernen, aus dem Französischen des* Lemaire *übersetzt* von Karl Baur, *Subconrector Gymnasii Darmstadiensis* 1831. 4. Qui V. D. ad phrasium memoriae mandatarum usum omnem latine loquendi facultatem revocat, p. 13. „*Sobald man eine Sprache oder einen Theil derselben erlernt hat, und zwar durch das einzige Mittel, wodurch sie sich erlernen lässt, durch Uebersetzung von Phrasen: so giebt man sich Rechenschaft von dem Erlernten; man bringt die individuellen Erscheinungen unter einen allgemeinen Gesichtspunkt. Dies nennt man, sich Regeln bilden, sich eine Theorie machen.*" — — „*Der praktische Cursus enthält beinahe* 4000 *Citate, die fast alle von einer Lateral-Uebersetzung begleitet sind. Hier ist ihre Eintheilung:* A. *Für die Lexigraphie* 1200 Phrasen (quae ad declinationem et coniugationem pertinent); B. *Für die Syntax* 2400; C. *Für die Nomenclatur* 250" intelliguntur tertio loco „*Phrasen der Vor- und Nachsylben.*" Conf. p. 19. „*Jede unsrer Phrasen ist ein fester Punkt, der, einmal sicher gefasst, sich immer mit Leichtigkeit wieder findet, sobald das Bedürfniss nach demselben fühlbar wird.*" Cum his conf. quae de Jacototi ratione l. l. leguntur p. 144. „*Wir beginnen damit, sagt* Jacotot, *die Epitome historiae sacrae auswendig lernen zu lassen. Diese Uebung ist die einzige, welche den Zögling ermüden könnte; das Uebrige ist nur ein Spiel; die Reflexion vollendet, was*

rsus in ipsa lectione tenendos. Quorum *primus* in nformatione nominum et verborum potissimum ver- ɔitur; *secundus* in enucleanda relationis ratione, a singula verba Latini nexa inter se esse cogita- nt, quam constructione verborum expresserunt, ut unciatio fieret tamquam totum, cuius membra se t ad subiectum, aut ad praedicati verbum applica- nt. In *tertio* denique cursu relatio enunciationum er ipsas, earumque constructio sic aperietur, ut undariam enunciationem vario modo cum primaria unciatione iunctam ostendas. — Quos cursus vel adus grammaticae institutionis, eius quidem non ntinuae, sed in scriptoris interpretatione disiectae, antum per huius scriptionis angustias fieri potest, ucis describam.

Quod ad *primum* cursum attinet, puerum fingi- us germanicae grammaticae cognitione, qua carere n potest, satis instructum venire ad latinorum rborum pronunciationem sedulo exercendam et ad ctionem libri latini elementaris, cuius singulas enun- ationes, verba verbis germanicis ad propriam signi- ationem cuiusque vocabuli accommodatis premens aeceptor ore suo convertet, idemque clara voce cere iubebit tirones. Cuius versionis vestigia secuti ieri statim partes orationis facile aut ipsi aut prae- nte magistro distinguent, quippe germanice id facere nsueti. Atque primae declinationis casus, quos spersos in lectione viderint, in grammaticae com-

das Gedächtniss begonnen hat." Ex iis, quae Tafelius de Hamiltonis disciplina l. l. monuit, haec satis sit excerpta dare. p. XIII. „*Das Uebersetzen ist demnach das erste, was der Hamiltonsche Schüler gelehrt wird.* — — „*Von solcher Wichtigkeit ist ihm diese buchstäbliche Uebersetzung, dass der ganze Bau und der Genius der Muttersprache, wo es nöthig ist, geopfert, ihre Eleganz, selbst die Deutlichkeit hintangesetzt, neue Wörter geschaffen, selbst Barbarismen, wo immer diese Aushülfsmittel erforderlich sind, aufgenommen werden.*"

pendio collectos et in ordinem redactos monstrabit: quod schema in schola recitatum et germanicae declinationis ope explanatum ubi domi memoriter didicerint, proximo die explorata huius pensi cognitione superioris lectionis exemplis vel novis primae declinationis formas iterum praebebit in media oratione intuendas. Neque ante progrediendum ad alteram est declinationem, quam prima ab omnibus cognita sit et memoriae tradita. Eodem modo ex accurata aliarum enunciationum, quae secundae et deinceps reliquarum declinationum casus varios exhibent, conversione transitur ad grammaticae schemata sic, ut verborum nunc nulla, nisi in germanica interpretatione, ratio habeatur. Ad verbi coniugationem demum fit transitus, ubi cuiusque generis nomina substantiva, adiectiva, pronomina memoriae infixa haerere tibi persuaseris. Hoc pacto primum verbi *esse* utrumque modum, tempora absoluta et relativa cum cuiusque temporis personis et numero in grammaticae schemate monstrabis, postquam in multorum, quos ante legerant, locorum usu repetito huius verbi disiectas formas intuiti fuerint. Ita nova in dies pensa constituentur, quorum iusta repetitione conformationis cognitio confirmatur, ut verbi transitivi coniugationes, suo quaeque loco, monstrentur primum in media oratione, tum, quando iam prope nota sunt, in ordinem digestae memoriter discantur. Et hoc etiam certior et firmior erit cognitio, si non ante relinquas locum, quam ea, quae nunc intersit scire, docendo, interrogando explanaveris, ut omnia nota pueris esse tibi persuaseris, quae docueris, sive significationem sive conformationem vocabulorum exquiras, sive notissimam quamque totam enunciationem audire velis germanice redditam, vel latine conversam, ubi germanice praeieris. Talia si ore recte et celeriter pronunciarint, pronunciata scribendi opportunitatem facies: qua pueri utentur non sine voluptate, quae hoc maior erit, quo se sentient ad scriptionem aptiores.

In *altero* cursu huius institutionis germanice latina convertendi periculum ita tirones in se lubenter suscipient, si vim et significationem vocabulorum, in primo cursu lectionis obviam factorum, tenuerint eoque pervenerint, ut enunciationis verba ad grammaticum ordinem consociare possint. Ubi vero frequenti et iterata lectione conformatio partium orationis expedita fuerit, redeundum erit ad verborum relationem cognoscendam, eam intelligo, quae casuum et modorum causam habet internam. Nam genitivo ea res exprimitur, unde pendet alia primum cognationis iure, unde nata vox est genitivi, ut *filius regis*; hinc auctoris *signa Polycleti*; possessoris, et subiecti *robur leonis*, et obiecti *educatio liberorum*. Ex hoc fonte causa et vis genitivi, si quem constans scriptoris latini lectio obtulerit, repeti poterit, etiamsi in adiectivum vel in verbum cum genitivo iunctum incideris. Nam si sententiam exploras, genitivus potiorem habet notionem; si grammaticam rationem consideras, e nomine addito pendere videbitur. Accusativo res indicatur, quae tota omnem vim actionis sic patitur, ut eius conditio mutetur, cum dativi res vel persona, effectum sentiens, suae conditionis libertatem conservet. Hinc alterum seu remotius obiectum dativo exprimi dicunt. Et quatenus effectus ex alicuius rei vi oritur, ablativi casu causae, modi, temporis, loci notationes indicantur, unde possunt reliquae et ea affinitas repeti, quae ablativum inter et adverbium intercedit. Nec vero una serie sunt in hac elementari institutione, quamquam syntaxin iam attingere coeperit, omnia verba vel adiectiva, quae ablativum vel alium casum adsciscant, enumeranda, sed quoties in eius generis locutionem interpretatio incurrerit, subsistendum erit, ut ex casus cuiusque natura eam relationis rationem ducas, qua Latini nomen cum huius generis praedicato coniunctum cogitarint. Huc pertinent praepositiones, quae casuum, accusativi et ablativi, adiutrices externam quandam contentionis,

directionis, vicinitatis notationem a copula suspensam afferunt.

Hoc loco licet quaeri, regulisne Grammaticorum non paucis supersedere possis, quae e libidinosa germanicae linguae comparatione ducuntur, et ad lexicorum synonyma, non ad grammaticam praescriptionem pertinent, si germanicam locutionem ad primam latini verbi significationem constanter accommodaveris, ut *iuvare*, *adiuvare* non interpreteris *helfen*, quod dativum requirit, sed *unterstützen*; *sequi* non *folgen*, sed *zu erreichen suchen*, *consequi erreichen*. Neque illa ablativi regula videri possit opus esse, qua *utor*, *fruor* al. continentur, si verteris, quotiesqumque talis vox pueris occurrerit, *Gebrauch machen*, *Genuss haben von etwas*. Ut enim nunc fit, in prima syntaxis doctrina unius verbi commemoratio reliquorum similium cohortem in interpretatione habet comitem, ut qui verbum *utor* in scriptore latino deprehenderit, reliquorum iubeatur recordari, quae constanter ablativum postulant. Sed etiamsi satius esse duxerim haec et alia, ut verba imperson. *poenitet*, *pudet*, *taedet*, *miseret*, quae genitivum rei et accusativum personae requirunt, in grammaticae compendio collecta monstrare, quod brevitatis (vix enim ubique idoneam germanici sermonis locutionem repereris, quae latinam prorsus exprimat, eundemque casum cum illa ferre possit) et similitudinis habet commendationem; illud tamen non probaverim, quod multi faciunt, ut in hoc institutionis cursu omnes regulas, primum eas, quae ad genitivum, deinde eas, quae ad dativum, vel accusativum vel ablativum pertinent, una serie interpretentur, sed adhibendum est grammatici compendii adiumentum in ipsa scriptoris interpretatione, tantumque, quantum quoque loco opus est, ex ista regularum collectione adferendum. Ita, quoties opus fuerit et lectio scriptoris suaserit, regulam aliquam de ablativo nunc, nunc de genitivo vel alio casu, in quem forte interpres inciderit, e gram-

maticae compendio conferet et, quantum potest, internam structurae causam in relationis ratione, quam latini cogitarunt et secuti sunt, explanabit. Ut *pudet me rei* dicitur brevius pro *pudor rei me movet*, et *recordari rem* et *rei* dicitur, alterum, cum intelligant *rei memoriam repetere*; in altero latet *repetere rem memoria*. Cuius generis interpretatio et germanicae linguae comparatio ad mentem excitandam acuendamque et ad linguae cognitionem utilissima est et, si naturae simplicitatem et cogitandae relationis varietatem sequeris, modumque tenere consueveris, pueris iucundissima. Similiter pronominum significationem, qua interrogativa, demonstrativa, relativa inter se differunt, sibique opponuntur, et reflexivorum usum *se*, *sibi*, *ipse*, distingues, sicubi scriptoris interpretatio copiam fecerit. — *Coniunctivi* autem ratio habenda ante erit, quam particularum coniunctionalium, ne diutius coniunctivi causa externa quaedam habeatur, quae in coniunctionis imperio posita sit, sed ut tirones utriusque modi vim et naturam distinguant. Satius autem erit ab infinitivo, cuius formam et tempora iam dudum puer noverit, tamquam verbali substantivo, in quo nuda latet verbi notio, ad subiecti universalis vel infiniti accessionem, participio expressam, progredi, hinc ad tres personas indicativi. Qui modus externam speciem rei notat, quam animadverteris; coniunctivus internam habet relationis rationem in animi cogitatione, remque commemorat non quatenus vel qualis est, sed qualis quatenusve cogitatur. Quo fit, ut absolutus coniunctivus in potentialem, optativum et conditionalem dividatur, relativus autem, quem subiunctivum appellare licet, e primaria enunciatione pendeat. Nam *Orator videat inprimis, quibus de rebus loquatur*, priorem habet optativum, quo etiam praeceptum continetur; posteriorem subiunctivum *(loquatur)* ex ea cogitatione, quam *videat* requirit, in indirecta oratione suspensum. Haec et alia multa, in primo institutionis cursu consulto praeter-

missa, praeceptoris est opportunissimo quoque loco in media scriptoris interpretatione inserere, ut sensim et pedetentim syntaxin disiectis praeceptis grammaticis, quorum iustam et crebram copiam facere solet lectio, conficiat. — Ut de *coniunctionibus* pauca disseramus, copulativas, disiunctivas, adversativas, quae pares enunciationes iungunt, puerum nostrum iam dudum nosse fingimus et centies animadvertisse particulas illativas, ut causales *Nam*, *enim* et consecutivas *Itaque*, *igitur* sim. Nunc vero inprimis particulam *ut*, quae modum sic significat, ut eadem comparativam, ostensivam, consecutivam, finalem, concessivam vim aliam aliis locis habeat, diligentius praeceptor considerare docebit, ut tales voculas puer eodem fere iure ad coniunctivum verbi acuendum et accuratius definiendum accedere intelligat, quo praepositiones ad nominis casum. Inserviunt enim coniunctiones inprimis modo subiunctivo in enunciationum nexu, ne quae interno quodam cogitationis vinculo nexae sunt, externo signo, quod saepe causae et effectus varietas flagitat, careant. Acuto autem magistri iudicio opus est in distinguenda notatione temporis, *(quando, cum)* causae *(quod, quia)* et rationis *(cum)*, quae, quatenus cogitatur, coniunctivum adsciscit. De conditionali *si* sunt distinguenda tria sumtionis genera, de quibus in IX. Commentatione disputavi. His finitimum est pronomen relativum, ubi ante coniunctivum particulae alicuius vim leniendam quasi in sinum suum receperit. Tectior est modi causaeve notatio in *participii* usu, quod mox simpliciter adiectivi vicem gerit, temporis eam quidem notatione augendam, mox contractam relativae enunciationis auctoritatem in se recipit. Sed de contrahendis enunciationibus in hac, quam describimus, grammatica institutione tum denique in media interpretatione, praecipiendum erit, cum enunciationum duarum vel etiam plurium constructionem tironibus exposueris.

Hic autem locus ad *tertium* cursum, quem huic institutioni praescribere conati sumus, pertinet. De quo quid sentiam paucis dicam. Maiorem enim quam pro huius scriptionis finibus res disputationem flagitat. Intelligimus autem non eas enunciationes, quarum quaeque sui iuris est, etiamsi sit per aliquam consociationis, disiunctionis, adversationis particulam cum altera enunciatione coniuncta, sed nostra disputatio in iis enunciationibus versabitur, quae ab alia enunciatione sic sunt suspensae, ut secundaria aliquam primariae partem definiat, aut si necessariae partis vacuus locus est, hunc compleat. In quo opere artis pleno, quod Commentatione VII. descripsi, considerando nunc pueri institutio sic versabitur, ut pro subiecti et obiecti et conditionis diversitate attributivas et coniunctionales seu obiectivas enunciationes distinguat: qua mentis puerilis agitatione nihil est in hoc cursu praestantius. Ita primariae enunciationis compositio ut integra sit, saepe subiectae sibi vel secundariae adiumentum hoc etiam magis requirit, si forte substantivi casus vel adiectivi vox vel ad conditionem praedicati definiendam adverbium parum conveniens esse, aut omnino deesse videatur. Secundarias enunciationes viri doctissimi post Herlingium, Kriegerum al., praetermisso logicae doctrinae usu, unam grammaticam causam secuti in *substantivas*, *adverbiales* et *adiectivas* dividunt, non eandem illi quidem in ipsa rei expositione rationem secuti [2]). De

2) Utilissima plurima ad hunc locum attulit: *Neue Darstellung der verschiedenen Satzarten und Satzverbindungen der lateinischen Sprache, für den Unterricht entworfen* von D. L. Grieben, *Oberlehrer am Gymnasium zu Cöslin. Berlin* 1831. *In der Naukschen Buchhandlung.* Qui V. D. rem sic exposuit, ut ea, quae nos secundo cursu grammaticae institutionis contineri diximus, partim, (ut quae de casibus monenda erant) praetermitteret, partim brevius, quam par erat, in introductione, vel in prima parte, quae est de non suspensis enunciationibus, explicaret. Tum praeter alia, quae

enunciationum constructione cum quinque abhinc annis disputassem [3]) eamque satis habuissem ad primariam enunciationem pro subiecti, obiecti et conditionis necessitate vel opportunitate aut per periphrasin explendam aut definiendam revocare; nunc, cum de emendanda ratione, qua pueri latinae linguae cognitione imbuuntur, scribere constituissem, iterata quaestione sic statuendum putavi, grammaticam illam enunciationis secundariae divisionem, quam Herlingius et Krügerus commendarunt, hoc certe praebere commodi, quod est in brevitate distinguendi et nominandi h. e. in substantivi, adiectivi et adverbii discrimine. Quae enunciationum divisio quamquam non

---

de adverbialis enunciationis finibus monuit, illud mihi non comprobandum videtur, quod substantivam enunciationem non nisi ad casum subiecti et obiecti, nominativum et accusativum retulit, quam latius patere egregie docuit Beckerus: *Schulgrammatik der deutschen Sprache* von D. Karl Ferd. Becker, *Mitglied des Frankfurter Gelehrtenvereins für deutsche Sprache. Frankfurt a. M.* 1831. *I. Ch. Hermann'sche Buchhandlung.* — De coordinatis, quae dicuntur, enunciationibus, in quo numero suspensae non minus, quam non suspensae esse possunt, iure suo Griebenius in fine libri exposuit, postremo de permutatione formarum, quibus enunciationes distinguuntur, aliena ab Herlingio et Krügero ratione.

3) Vid. Commentat. gramm. VII. ubi praeter Herlingii et Krügeri rationem enunciationes secundarias seu suspensas discernendi in notis huic editioni Commentationum additis novissimam etiam eam commemoravi, quam ab illa dissentientem Etzlerus, A. Grotefendius et Weissenbornius suo quisque modo secuti sunt. Enunciationum aliunde suspensarum nomina Etzlerus a pronomine relativo et coniunctione repetit; hinc natae sunt *relativae* et *coniunctionales* enunciationes. Aug. Grotefendio et Weissenbornio placuit *attributivas* et *obiectivas* ad logicam rationem distinguere sic quidem, ut de attributivis propemodum consentiant, obiectivarum nomina Grotefendius a coniunctionum discrimine potissimum repetat, Weissenbornius a casuum, quibus obiecti nomina declinantur, significatione ad enunciationes obiectivas transferat.

llere debet logicam artem, quae notionum et rela-
nis curam ubique requirit; tamen videtur in tertio
ıtitutionis cursu, si cautio adhibeatur et moderatus
us sit, ad relationis, qua enunciationes nectuntur,
ndicationem in interpretando et scribendo aliquid
onibus afferre et adiumenti et suavitatis. Hac enim
tione, peritissimo duce seu interprete, ubique loco-
m cognoscent, quanta varietate pro quolibet unius
bstantivi casu, qui non raro Germanis sufficit, vel
iectivi adverbiive loco secundaria enunciatio finga-
r, et quo affinitatis iure sit quaeque cum primaria,
ıde orta est, enunciatione coniuncta. Non enim
ınc externa enunciationis secundariae species et
rma tam consideratur, quam logica vis eius et
ntentia: neque adhibendum istud exercitationis ge-
ıs sic erit, ut contorqueas oratiohem scriptoris aut
isere discerpas et dilaceres, sed ubi loci natura et
ımpositionis ratio facillimum huius compendiariae
visionis usum suppeditat ad perspicuitatis et varie-
tis, qua linguae cultioris sermo praestat, admira-
ɔnem [4]). Quae si tenueris, gravitatem vel concin-

---

l) Ne quis me mente mutata Herlingianam rationem arguat defendere, quam Commentatione VII. repudiaverim, paucis nunc addam sic me sentire, ut certa ratione ac disciplina istam divisionem enunciationem grammaticam carere existimem, si amplissimam illam doctrinae grammaticae partem, quae enunciationum varietatem complectitur, iusto ordine ad ea genera velis revocare, quae et logicae arti satisfaciant et grammaticas sermonis formas, quibus enunciationes distinguuntur, apte et convenienter colligant. Hanc distinguendi et dividendi curam et ordinis constituti perspicuitatem et simplicitatem A. Grotefendii ratio commemorata prae se fert, ut grammaticae doctrinae peritus contentus esse possit, eaque ratione in instituendis pueris prosperius uti videatur, quam Weissenbornii difficiliore dividendi norma, quae ex descriptione minus evasit explicata ad perspicuitatem. In puerorum vero institutione si Grotefendio duce, vel illam simpliciorem, quam ipse l. c. proposui, rationem secutus enunciationes secundarias relationis discrimine ubique considerato

nitatem dicendi simul senties, ubi quaeritur, quid ad primariae enunciationis integritatem et amplificationem secundaria quaeque conferat. In quo ne existimes, ut illi, qui grammaticam Krügeri divisionem enunciationum sequuntur, nihil interesse, utrum demonstrativa aliqua vocula praecedat, ad quam definiendam secundaria referatur, an non praeparata et excitata enunciatio veniat: utrum, inquam, dixerit Cic. ad Qu. Fr. I, 1. *Illud te oro, ut in munere tuo diligentissimus sis*, an *Oro te, ut — dil. sis.* in quibus verbis *(ut — sis)* est obiecti periphrasis. — Atque *substantiva* enunciatio saepe per pronomen relat. vel coniunctionalem particulam effertur. Quod si acciderit, qui substantivi notionem dicunt adiectivae vel adverbialis enunciationis speciem prae se ferre, ii pueris quidem rem, per se non ita facilem, clariorem reddunt, quam ii, qui adiectivam vel adverbialem enunciationem pro substantiva enunciatione positam esse persuadent. Est autem primariae enunciationis cuiusque ea natura, ut aut *declaret* aliquid, aut *interroget*, aut *postulet*: unde nomina ducuntur germanica *Aussagesatz*, *Fragsatz*, *Heischesatz*. Qualiscunque enunciatio quamdiu indicativo aut coniunctivo potentiali vel optativo verbi efficitur, directa oratio solet appellari. Secundariae autem enunciationes eam rem, quae declaratur, interrogatur, postulatur, indirecte, ut solent dicere, vario modo significant. Simplicissima ratio enunciationis pro substantivo conformandae haec fuerit, si pro nominativo subiecti

distinxeris, tum demum illud comparandi genus adhibere iuvabit, quod Herlingii divisio suppeditat, quatenus substantivi, adiectivi, adverbii notio et brevitas similitudinis quaerendae et ostendendae praebet et utilitatem et tamquam ludendi iucunditatem. Ubi vero implicatior res est, satius erit abstinere isto ludo, ne premendo et exigendo inepta aucupatio et misera torquendi libido temeritatem et tristitiam ipsi instituendi muneri afferat, quae naturam et convenientem ubique rationem debet conservare.

ım verbo *esse* dixeris: *Sunt qui dicant.* At si ixeris: *Sunt cives, qui dicant;* verba *qui dicant* on, ut illic, substantivi vacuum locum complent, ed subiectum *cives* definiunt ad adiectivi similitudinem. Subiecti locum sustinet infinitivus c. accus. *Difficile est satiram non scribere;* obiecti accusativus . inf. *Spero, nostram amicitiam non egere testibus.* Eodem pertinent haec: *Videmus, lunam — solis lumen ccipere,* nec minus: *Videmus, ut* (wie) *luna — accipiat.* [5]) — ad Attic. 5, 11. *Nunc redeo ad quae mihi ıandas;* contractius diceret: *ad mandata tua;* comp. d Div. VII, 2. *Mandatum tuum curabo.* Sed *quae ıandas* ex ipsis Attici litteris, ut quae in manu ssent, scriptum videtur. Cat. M. 6. *Ad Appii Cl. enectutem accedebat, ut caecus esset* (caecitas). Corn. Iep. 12, 3. *Est hoc commune vitium — ut invidia loriae comes sit;* in quibus verbis est vitii definitio. Liv. 6, 31. *Tantum abfuit, ut civilia certamina terror externus cohiberet,* (si premis et substantivum xigis, nullo modo tamen concinnitatem horum verborum assequi poterit *cohibitio certaminum civ. per errorem externum*) *ut eo violentior potestas trib. esset.* Posterior enunciatio *tantum — ut — esset* adverbialis ippellabitur per *tantum* excitata. Verr. I, 45. *Dum*

5) Griebenius l. c. p. 113. §. 176. eiusmodi enunciationem: *Non ignoratis, iudices, ut etiam bestiae — revertantur* in adverbialibus enunc. numerat. Ita vero nihil haberemus, nisi *ignoratis* h. l. et *videmus* illic cum adverbio. Cum nollet V. D. illam enunciationum vel potius formarum, quae substantiva, adiectiva et adverbialis enunciatio quaeque induere potest, permutationem et nominum, quibus illas Herlingius distinguit, usum, (ut ipse Grieb. ait p. V. et VI.) imitari, quae ratio h. l. substantivam enunc. adverbiali cessisse vel huius formam induisse dici iuberet; non plus debebat tribuere ostensivae voculae *ut*, quam obiecti necessitati, quo carere verbum *videmus* non potest. Similia reprehendendi larga, si id nunc ageretur, copia in Grieb. libro suppeteret.

est, unde ius civile discatur [6]), *adolescentes in disciplinam tradite.* Nam *unde — discatur* locum vel fontem iuris civ. per periphrasin significat. Eodemque iure, quo subiecti nominativus casus vel accusativus obiecti per enunciationem secundariam compensatur, remotioris obiecti seu dativi loco illud habueris *Dabo operam, ut te videam.* Mancum est enim per se *Dabo operam*, quod aut dativum, aut si substantivi voce sententiam non possis commode exprimere, enunciationem (*ut te videam*) requirit, ut genitivum compensatum vides in his: Cic. Fat. 9. *nec est causa* (cuius rei?), *cur Epicurus fatum extimescat*, et *Improbi sunt in metu*, (cuius rei?) *ne poena afficiantur* et *In eo hominis dignitas posita est, quod ratione utitur:* pro *in eo quod r. utitur* non sine formae utriusque enunciationis laesione dixeris contractius *in rationis usu.* Interrogatio indirecta frequens est, ut: *Nescio* (quid?), *quo me vertam* v. *ubi fueris.* Verr. II, 77, 188. *Postulo, Carpinatius mihi respondeat, qui sit ille Verrutius:* indirectam interrogationem [7]) extrema continent; prioris partis verba *Carpin. — respondeat* id indicant, quod postulatur.

Proximum a substantiva enunciatione locum *adverbialis* enunciatio propterea occupat, quia cum ablativo casu nominis multum similitudinis habent adverbia, quibus solet conditio praedicati describi. Sed ut dicas, quomodo, cur, quo tempore quis quid fecerit; particulae modalis vel causalis vel temporalis

---

6) Haec verba *unde — discatur* Griebenius relativis enunciationibus, quas adiectivas dicit, adscripserit. Sed haec ipsa relativa forma est substantivae enunciationis et subiecti quidem, quam enunciationis dignitatem Vir D. praetermittit.

7) Illud bene Griebenius l. c. instituit, ut distingueret statim ab initio operis §. 18. „A. *Unabhängige Sätze:* 1) *directe Aussage*, 2) *directe Frage*, 3) *directes Verlangen.* B. *Abhängige (subordinirte oder Neben-) Sätze:* 1) *indirecte Aussage*, 2) *indirecte Frage*, 3) *indirectes Verlangen.*“ Hinc multa utiliter ad nostram rationem peti possunt.

ope saepe utendum est; cum praepositiones *propter*, *per*, *ante* vel *post* simil. cum substantivo non sufficiant. Hinc frequentia correlativorum *ibi — ubi*; *eo — quo*; *inde — unde*; *tam — quam*; *tum — cum*; *ita — ut*; *propterea — quod* sim. cuius generis enunciationes alii adiectivis alii adverbialibus enunciationibus adscribunt. Equidem talia praetermittenda puto. An non ineptum est Cic. Ep. ad Fam. XII, 2. *Idcirco abestis, ut sitis in tuto*, adverbium *idcirco*, quod illi negligunt, non curare, *ut sitis in tuto* adverbii loco habere? de Offic. I. *Qui non defendit iniuriam, neque propulsat, cum potest, iniuste facit.* Postremo loco positum praedicatum pro unius substantivi voce subiecti loco habet enunciationem *Qui non def. ini.* eique additur altera paene par, sed negative expressa et ex superiore complenda *neque propulsat.* Accedit adverbialis enunciatio *cum potest.* Huc pertinere videri possit frequens illa periodorum protasis, ut ab initio Miltiadis apud Corn. Nep., ubi, ut fit, enunciationi adverbiali: *Quum et antiquitate generis, et gloria maiorum, et sua modestia unus omnium maxime floreret* addita est altera: *eaque esset aetate*, ex qua nascitur tertia huius loci: *ut iam non solum de eo bene sperare, sed etiam confidere cives possent sui.* At quis triadem hanc adverbiorum aequo animo tulerit? Hoc igitur exemplo deterrere volui ab importuno illius doctrinae usu, quem Deus a scholis avertat. Apud Nepotem statim sequitur substantiva enunciatio (accusativi c. infin.), qua quid certo sperare cives potuerint, significetur, *talem futurum, qualem cognitum iudicarunt:* quae una est, etsi per correlativum pron. *talem — qualem* exposita pro *futurum parem iudicio.* Nam *futurum* est praedicati copula; subiectum *eum* mente repetendum ex superioribus verbis *de eo;* praedicatum continetur verbis *talem qualem — iudicarunt.* Haec igitur protasis est; in apodosi *accidit, ut Athenienses Chersonesum colonos vellent mittere* est substantiva enunciatio pro eo, quod latine

non licet dicere, *voluntas colonos — mittendi accidit.* Sed haec ipsa barbaries, in quam facile est incidere, si imperitus interpres ad huius rationis usum accedere voluerit, graviter monet, ne quis in hoc formas enunciationum comparandi ludo committat, ut pueri ipso similitudinis quaerendae studio ad barbarae brevitatis vitium abripiantur. Adverbialis generis esse dicunt omnes ad locum, tempus, modum, causam rei gestae gerendaeve notandam comparatas enunciationes, quarum quae dicuntur causam indicare, sunt causales, quae solent *quia, quoniam* al. prae se ferre; vel effectum finemve humanae divinaeve menti propositum (finales) indicantes per *ut*, vel conditionales *(si)* vel concessivae *(etsi, quamvis* al.*)* vel effectum restringentes *(dummodo* al.*)*. Ad modum rei declarandum pertinent comparativae *(quemadmodum, ut—ita)*. Huc etiam referendum *ut* consecutivum, ubi modus rei per effectum describitur, p. Marc. *Quos amissimus cives, eos Martis vis perculit, non ira victoriae: ut dubitare nemo debeat.* Haec vero nomina distinctarum enunciationum, quae ipso coniunctionis usu ab adverbiorum natura prorsus discedunt, videri debent sufficere. Quid iuvare poterit ad ieiunam adverbii comparationem descendere, cum ne possit quidem unquam pro *si* — vel *quamvis* cum coniunctivo adverbium adhiberi?

Hic locus nos duxit ad *adiectivi* loco positam enunciationem. Nam superiora verba *Quos amissimus* adiectivam efficiunt enunciationem, quam etiam contractius dixeris per participium *amissos.* Sed hic locus hoc etiam habet proprium et observandum, quod *cives* a demonstrativo *eos* seiunctum et ad praepositam secundariam enunciationem attractum est. Ut autem adiectivum se ad substantivum applicat, ita etiam enunciatio adiectiva non nisi ad substantivum, quod in primaria enunciatione legitur, referri debebit, ut Cic. in Verr. *Habeo testimonium tuum, quod apud Neronem dixisti.* Ita substantivum primariae

amquam per adiectivum definitur vel amplificatur, vel rnatur, de Leg. I, 14. *Quid faciet is homo in teneris, qui nihil timet nisi testem et iudicem?* Secus tatuendum erit Cic. de Fin. III, 7, 23. *Sed quemdmodum saepe fit, ut is, qui commendatus sit alicui, luris eum faciat, cui commendatus sit, quam illum, quo sit; sic minime mirum est* —. In his est trilex enunciatio *(is, qui — sit; eum, cui — sit; illum, quo sit,)* non adiectiva, sed substantiva (substantivi ominis periphrasis), quarum pro nominativo *homo ommendatus* posita prima est, altera et tertia pro ccusativo. Saepe vero pro relativo pronomine paricula cum substantivo iungitur, ut *Fuit tempus, cum ura colerent homines,* ubi *cum* pro *quo* latine dicitur, it insequens enunciatio sit adiectivo par habenda. Eiusdem generis est *Nemo Lilybaei fuit* (qualis?) *uin* (pro *qui non*) *viderit.* Eiusmodi enunciationem rammaticae divisionis enunciationum auctores non ossunt non, ut sibi constent, dicere adverbialem ro adiectiva. Quid, quaeso, id affert commodi?

Sed quae ortae sunt enunciationes secundariae x amplificatione alicuius membri enunciationis priariae, eaedem saepe ad brevitatem revocantur per ontractionem, quam propriam quandam habet usus articipii, cuius speciem non raro et adverbialis et diectiva enunciatio (quam coniunctionalem alteram, lteram relativam rectius dixeris) induit. Res est otissima [8]), etiam illud tritum, si secundaria enunciatio nullum reperiat in primaria nomen, quo referri

8) Vid. Griebenii l. c. p. 159 — 202. „Verkürzte Nebensätze. §. 226. Nebensätze oder subordinirte Sätze lassen sich zu blossen Satztheilen ihres Hauptsatzes *verkürzen*. Dies geschieht im Allgemeinen dadurch, dass die Coniunction, das fragende oder relative Pronomen wegfällt und das Tempus finitum dafür in entsprechende Infinitive oder Participien, oder in ein Gerundium, oder Supinum verwandelt, oder auch durch entsprechende Substantive, Adjective und Adverbien vertreten wird."

possit, sed proprium subiectum habeat, ablativis absolutis utendum esse. Eiusmodi enim enunciationes dicunt adverbiales, quamquam adverbia pleraque nata sunt ex ablativo, qui loci, temporis, modi, causaeve habet notationem. Brevitatem quandam affert etiam gerundium vel gerundivum apud Cic. de Offic. I, 8. *Quis est, qui nullis officii praeceptis tradendis* (in quo concessiva particula latet) *philosophum se audeat dicere?* Cum autem ipse sermo latinus solutiorem enunciationem *etiamsi nulla officii praecepta tradat* et participii et ablativi usu satis contraxerit, cur ad adverbii similitudinem confugiamus?

Sed grammaticae, quotquot sunt in triplici, quem paucis descripsimus, institutionis cursu, rationes non sunt, ut saepius dicam, ex grammaticae compendio discendae, sed inter legendum in media oratione, quantum quoque loco decuerit, pro puerorum facultate et eruditionis incrementis ab ipso interprete explicandae, et quae ex frequenti lectione notissima sunt, in imitationis periculo primum loquendi, tum scribendi exercitatione confirmanda. Nam ubi grammaticas notationes et regulas, suo quamque loco, observatas intuitus puer fuerit et usum latini sermonis ex frequenti lectione multaque repetitione cognoverit, tum denique decebit et iucundum erit disiecta illa membra eo ordine, quem optimum quodque grammaticae compendium constituerit, colligere, ut totius syntaxis tamquam aedificium exstruatur. Sic fere instituta prima latinae linguae doctrina tirones reddet ad stili exercitationem et aptiores et promtiores, quia, contracta latini scriptoris familiaritate, quidquid loquendo expromendum fuerit, latine cogitare consueverunt.

XII.

COMMENTATIO GRAMMATICA

DE

CAUTIONIBUS QUIBUSDAM IN SCHOLASTICA VETERUM SCRIPTORUM INTERPRETATIONE ADHIBENDIS.

Cum superiore anno in *Commentatione grammatica XI. de emendanda ratione, qua pueri linguae latinae cognitione imbuuntur*, grammaticam institutionem in scholis eam esse dixissem oportere, ut latinae syntaxis regulae, quae a germanici sermonis ratione discederent, non statim continuo compendii ordine collectae traderentur, sed primum in media latinae orationis interpretatione e verborum connexione et structura ducerentur; nunc mihi visum est de ipsa interpretatione quid sentirem dicere, quae ut ad rei scholasticae prosperitatem plurimum confert, ita facillime in vitia incurrit. Quae sunt hoc magis fugienda, quod non modo eam utilitatem, quam idonea scriptorum veterum tractatio in excolendis ingeniis praestare potest, imminuunt vel tollunt, sed etiam antiquitatis

despiciendae et ex Gymnasiis pedetentim exterminandae possunt praebere praebueruntque opportunitatem. Nam qui nunc sunt multi non moderati rerum iudices, sed cupidi invidique praeteritorum osores, tandem aliquando percipiendum esse existimant fructum diuturnae interpretationis assiduique laboris, quem per tria saecula viri docti in veterum scriptorum cognitione et imitatione posuerint. Domi nunc meliora nasci, ut carere facile possimus istis remotissimae aetatis et alienissimae gentis graecae et romanae reliquiis, ni forte in omne tempus tamquam fato damnatis ex antiquitatis obscuritate putemus improbo labore hauriendum nobis esse, quod nostra aetas cultior tulit promtum et paratum. Dissipatae nunc sunt, sic aiunt, mediae aetatis tenebrae ac superstitiones, liberalior in Germania viget cogitandi et statuendi ratio, nostrique populi eruditio ex infantia est per antiquitatis velut almae nutricis ubertatem ad virilem constantiam progressa, quam decet, quidquid ad communem salutem opus est, magis ex suo thesauro praesentisque temporis copia expromere, quam ex praeteritorum memoria repetere. Fruantur igitur filii et nepotes de veterum lumine accensi luminis et humanitatis beneficio, ad quos nunquam redibit barbaries.

Verum quo magis nostrae sortis praestantia gaudemus, clarioremque diei lucem nobis obortam gratulamur, hoc modestius eam nostram esse intelligentiam et doctrinam ostendamus, ut et quantum restet, et quam lubrico loco simus positi, videamus et caveamus, ne superstitionis iugo, quod media aetas imposuerat, abiecto et rationis iure vindicato, in alia vitia incurramus nostra vel temeritate vel cupiditate: quarum altera ad quaestum omnia studia revocat, altera vanitatem et sensuum illecebras in artis operibus maxime admiratur et expetit. Ad lucrum si iuvenum institutionem referre coeperimus, ut ea tantum doceantur, quae aliquando sint numos allatura; mox, mihi crede, ipsam virtutem post numos ponent. Inania

:m et vana amantes qui specie se falli patiuntur
:imumque tribuunt corporis voluntati, in illis fru-
quaeres dignitatem, gravitatem, simplicitatem,
tatem, fidem, in quibus est fundamentum salutis
licae et privatorum. Quocirca quemadmodum
rorum ac iuvenum corpora gymnasticis ludis et
:aminibus fatigari volumus, ut nervos habeant
dos et firmatos; sic etiam animi sunt labore et
tentione ad fortitudinem et temperantiam addu-
di, veri honesti et pulcri amore et studio im-
ndi et ingenii vires excitandae, agitandae, acuen-
, ut mens sana sit in corpore sano. Ad quam
ıtis animique exercitationem in puerorum institu-
e nihil est accommodatius, quam frequenti vete-
ı scriptorum lectione contracta quaedam verae
:ritudinis et simplicitatis consuetudo, quo firmis-
ɔ praesidio puerorum animi adversus praesentis
poris vitia et morum corruptionem muniuntur.
n omnis doctrinae, quae in Germania maxima
ı cura et subtilitate colitur, ea ratio est, ut
:cae latinaeque linguae et cultioris antiquitatis
ırus nemo possit in ulla litterarum parte laudem
parere, cavendumque sit, ne maiorum studia
ıo sermone ad omnis doctrinae incrementa frustra
:antur collata. Illi enim, quae exploratis maximis
ıs sentirent, hac mente exposuerunt, ut sua vesti-
sequentes nepotes in omni artium genere prof-
:nt et meliora docerent, si denuo quisque idoneus
rpres ex communi litterarum fonte hauriret et
ıordia artium repeteret. Atque etiamsi, quod
quam fiet, aliquando eo perventum fuerit, ut et
i et profani scriptores veteres ad unum omnes
nanica versione sic sint expressi, ut, omni de
ɔis et sententiis eorum lite et controversia sublata,
sit diutius, cur ex ipso antiquitatis thesauro
trinam philosophiae vel historiarum, religionis,
s, medicae artis petamus; tamen ad puerorum et
:num mentes excolendas et acuendas, ad veri pul-

crique iudicium subigendum, ad cer... rationis et argumentationis vim ponderandam, ad formae et materiae discrimina definienda, omnemque dicendi varietatem et artem cognoscendam nullum genus exercitationis erit aptius ducendum, quam quod in cultissimae utriusque gentis monumentis et in accurata veterum scriptorum interpretatione cernitur. Numquam enim pueri, vel omni disciplinarum varietate imbuti, iidem erunt illico viri; sed ab imo singulis ad altiores gradus sapientiae ascendendum est; nec licet cuiquam ab altero partis bonis sine labore ac studio frui, ut messem habeat qui semina nulla sparserit. Neque tam interest plurimos habere viros sic doctos, ut multarum rerum scientiam et sententiarum, decretorum, praeceptorum bona fide acceptorum copiam memoria complectantur, quam ut veri cognoscendi vim exercitatam, subactam iudicandi facultatem, aciemque mentis cum honesti ac decori studio coniunctam ad doctorum virorum munera afferant, et quidquid agant, re penitus cognita et explorata, consilio et ratione faciant. Quod si quando requirere desierimus et ab illa severitate disciplinae deflexerimus, quae viribus suis contendere et fortiter eniti iubet iuvenes; verendum est, ne mox apud nos illud, quod in Naevii ludo percontantibus

Cedo, qui vestram rempublicam tantam amisistis tam cito?

respondendum sit:

Provehebantur ad res novi stulti adolescentuli.

Et quoniam veteres scriptores classici in maxima orationis varietate tam apte et dilucide ad docendum, tam simpliciter et graviter ad commovendum, tamque suaviter ad delectandum scripserunt, ut cognitione et imitatione videantur dignissimi; accurata eorum lectio, etsi non omnes eorum sententiae et opiniones comprobandae sunt, magnam tamen in animis iuvenum erudiendis vim exercet et ad humanitatem impellit, sine qua plurimarum rerum scientia nihil communitati hominum profuerit. Atque hoc magis iudicandi

ıltas ad veri pulcrique sensum excolendum veterum
ptorum studio acuitur, quo magis a nostris mori-
atque usitata statuendi ratione, quae tenacis con-
tudinis vi firmiter in indoctorum animis haerere
ɔt, prisca illa tempora discedunt, quae qui recte
noverit, prava apud nos emendandi conatum non
ere repudiabit. Est etiam illud animadvertendum,
ıd in diiudicandis veterum opinionibus et placitis
la cupiditas, nullum partium studium, nulla aequa-
ı vel invidia vel admiratio lectoris animum et
ıcandi munus corrumpit, rectiusque et aequius,
ı verum pulcrumque sit, in veterum operibus
timus, quam in nostrorum libris: de quibus alii
ignius cupidiusve statuunt, alii quantum possunt
lis detrahere non erubescunt. Quare diligenter
ıdum est illis sapientiae veteris monumentis, ut ab
ıis doctrinae virtutis et elegantiae initiis egressa
trinae studiosa iuventus, praeteritorum temporum
et experientia instructa, ad praesentem suae ae-
ɜ conditionem emendandam et perficiendam pro-
diatur, sensuque veri, honesti et pulcri excitato,
ɔrruptum animum et multarum rerum cognitionem
corrigenda recentioris aetatis vitia afferat. Nos
n non ii sumus, qui pueros a vita communi, ad
m nati sunt, in qua vivunt, a praesentium rerum
et cognitione et a sui sermonis libris legendis
ıotos velimus, et patriae ignaros nihil scire nisi
ɜterita vel antiqua. Sed cum etiam perversis suae
ıtis moribus et opinionibus vel domestica educa-
ıis vitiis incultorumve hominum consuetudine et
non honestissima sentiendi, statuendi loquendique
one mature imbuantur; scholae hoc erit relinquen-
ı, ut cum bona cuiusque generis institutione ac
iplina, tum antiquitatis cognitione sapere discant
ıd amplioris doctrinae partes tractandas bene prae-
ıto pectore et satis instructa mente veniant. Ad
c verae humanitatis finem veterum scriptorum
ione pueris ac iuvenibus impertiendum opus est

interpretatione, quae ut recte comparata sit, ad prosperum scholasticae institutionis eventum plurimum interest; cavendumque, ne interpretandi perversitate non modo pueris taedium afferatur, sed etiam omnis graecorum et latinorum scriptorum tractatio in invidiam et odium incurrat eorum, qui iure suo quaerunt, rectene pueri nostra aetate ad litterarum studium adducantur, et quid sit in usitata linguae utriusque discendae ratione et in veterum scriptorum usu emendandum.

Interpretatio in eo versatur, ut quidquid in alterius oratione sit obscuritatis illustrando et explicando tollat, quo sublato denique intelligi oratio et movere animum poterit. Cum autem verba, quibus illa continetur, notionum et cogitationum signa sint; quid verbis significetur, interpretis est docere et, ut sententiam non minus quam formam, qua ab auctore cogitata proponuntur, intelligas, efficere. Quemadmodum autem sententia nulla potest nisi orationis sive poeticae ad animum oblectandum sive pedestris, quae rerum cognitione vult mentem instruere, adiumento expromi neque intelligi; sic orationis vis et elocutionis gravitas ac suavitas omnis denique e rerum seu notionum, iudiciorum et sententiarum veritate et pulcritudine ducitur. Obscuritatis autem culpa est aut scriptoris, qui rem non satis perspexerit vel minus dilucide sententiam exposuerit, aut eius, qui ad lectionem non affert eam, quam par est, vel linguae et usus loquendi cognitionem vel rerum scientiam eamque eruditionem, qua praeditos auctor lectores ad se venire voluit. Nec raro accusanda est veteris monumenti depravatio, quae sensum aliquo modo corrupit et a vera animi sententia avertit. Sed quidquid est obscuritatis vel offensionis, id animadvertendum et sive in verborum usu et significatione, sive in rerum ad historiam doctrinaeve aliquam partem pertinentium commemoratione, sive in sententiae discrepantia a nostris moribus et placitis positam du-

bitandi causam videris, tollenda vel certe levanda est interpretis opera, ut in clara luce denique possit scriptoris sententia conspici et, quid ille dicere et intelligi voluerit, intelligi. Triplex autem interpretationis genus distinguitur, quorum primum, quod *grammaticum* (grammatico-rhetoricum et poeticum) dicitur, in grammaticae rationis difficultatibus expediendis cernitur, quae sunt in eruenda et singulorum et iunctorum verborum vi et sententia ad linguae rationem, loquendi usum dicendique causam et finem expressa et conformata: alterum *historicum* dicunt, quod ex historia et antiquitatis notitia quantum opus est luminis ad locum intelligendum affundit: tertio loco *philosophicum* sententiae cuiusque vel argumenti, fictionis, placitive rationem et probabilitatem perpendit et diiudicat. Sed haec genera interpretationis, ad varias tollendae obscuritatis partes comparata, cogitatione magis et arte interpretis, quam usu et exercitatione, distinguenda sunt. Nec ullum genus solum erit in regenda cuiuscunque scriptoris lectione tenendum, reliqua praetermittenda, sed quamquam pro ingenti et rerum et dictionis varietate in aliis ligatae solutaeve orationis locis crebriora sunt ea intelligendi impedimenta, quae a verborum usu et locutionum concinnitate ornatuve obstant, in aliis quidquid desideratur luminis, ex historiarum et antiquarum rerum notitia, aut a sentiendi statuendique ratione seu philosophia scriptoris petendum est; tamen cuiusvis generis interpretationi ubique fere, etsi non pariter, oblata reperitur sive necessitas sive opportunitas. Sed quoniam a verbis et enunciationibus sententiae cognitio debet egredi; et ipsius lectionis causa et tironum inscientia requirit, ut grammatica interpretatio primum locum occupet. Hac ratione id fiet, quod in superiore commentatione dixi fieri debere, ut ex ipsa interpretatione grammatica pueri syntaxis causas discant, leges, quibus verba in enunciatione iunguntur, iterum iterumque cognoscant et

frequenti usu in medio lectionis cursu propriam cuiusque linguae rationem usumque loquendi cum patrio sermone comparatum mente ac memoria comprehendant: quae qui ignorant, cuiusquam linguae scriptorem intelligere nequeunt. Sua igitur arte interpres efficere debebit, ut possit qui legit, eo duce, verborum sententiarumque gravitatem et pulcritudinem perspicere et idem denique cum ipso auctore cogitare; quo facto quam vere recteque ille iudicarit et dixerit, licet disceptare. Quanta ars esset et quanto cum labore coniuncta philologi, qui iuventuti interpres veterum librorum praeire vellet, id cum non huius loci esset exponere [1]); ad cautiones in interpretando adhibendas progrediendum putavi, quae ex fine institutionis et interpretationis ducerentur.

Triplex autem potissimum fructus est, quem scite et prudenter instituta interpretatio promittit et praestat ad iuvenilis aetatis levitatem ac temeritatem regendam utilissimum. Primum enim linguae, qua locus interpretandus continetur, cognitionem tradit, quae et reliqua eiusdem linguae ac generis opera recte et facile intelligendi facultatem praebet, et germanicae linguae doctrinam et usum omnisque cultioris orationis intelligentiam sustentat et auget. Tum rerum plurimarum scientiam iusta interpretatio iuvenibus suppeditat, qua instructi praesentem litterarum et artium conditionem variamque de iisdem rebus sentiendi, statuendi agendique rationem rectius possunt diiudicare, priscos mores cum nostris comparare et quae meliora vel deteriora nunc sint, in omni rerum humanarum et divinarum parte cognoscere. Nam quidquid est

1) Exposuit Christianus Daniel Beckius, cuius praeceptoris mei memoriam grato pioque animo recolo, in *Commentationibus academicis de interpretatione veterum scriptorum atque monumentorum ad sensum veri et pulcri facilem atque subtilem excitandum acuendumque recte instituendo. Lipsiae in bibliopolio Gleditschio* 1791. 4.

sublime et perfectum, id ita demum poterit a pueris intelligi, si egregia illa specie pulcritudinis indutum ostenditur, quam cuiusque praestantiae simulacra in antiquae artis monumentis prae se ferunt: virtutisque omnis praecepta, qualia in hominum excellentium vita et actione expromuntur, facilius in animos intrant ardentemque amorem sui excitant, ubi tamquam ex coelo humana specie induta descenderunt, ut oculis possint conspici quae sunt in praeclaris poetarum, historicorum, oratorum, philosophorum ingeniis nata, venustaque vel gravi oratione proposita. Denique diligens veterum scriptorum interpretatio quantum affert ad mentis vires exercendas, iudicandique facultatem excitandam et acuendam, ad animum veri, honesti, pulcri sensu imbuendum, ut quodcunque vitae genus, quamcunque doctrinae partem aliquando viri tractent et colant, recte possint cogitare, subtiliter iudicare et quid aptum, rectum conveniensque sit ab inepta, falsa, contorta, speciosa et fallaci opinione non minus quam ficta, simulata, tecta a veris, genuinis, apertis distinguere, causas rerum videre, consequentia cernere, omnemque logicae et dialecticae artis argumentationem in ipsa oratione ante cognoscere et explorare, quam ad eius disciplinam in Academia admittantur.

Sed quo maiora videri debent ea emolumenta et adiumenta, quae ad scholasticam puerorum institutionem recta affert veterum scriptorum interpretatio; eo magis vitanda vitia sunt, in quae doctissimus quisque philologus facile incidit.

I. Cavendum autem primum est, ne per tricas et ambages, seu longiore et difficiliore via, qua ipse antiquitatis plenam et perfectam scientiam et veterum scriptorum cognitionem consequi studuit, ducere interpres velit pueros ac iuvenes, qui ex accurata optimorum scriptorum lectione et interpretatione cupiunt cultioris antiquitatis et linguae utriusque cognitionem et scripta recte intelligendi facultatem, sensum veri

et venusti excitatum, iudicandique vim subactam cum sermonis germanici et latini, quo uti debebunt, castitate ad ampliora litterarum cuiusvis generis studia in Academia capessenda afferre. Videbit igitur interpres, ne artis criticae quaestiones eodem modo, quo ipse instituerit, in scholis aperiat, ne in exquirendis causis corruptionis, aliorumque interpretum vel criticorum coniecturis refutandis, dissentientium iudicia et quasi historiam interpretationis vel emendationis cuiusque loci prolixius exponat, neve in iis, quae ipsi graviora et difficiliora visa sunt, pariter haerere iubeat iuvenes, qui non sunt nec omnes, nec statim ex schola evasuri philologi. Facit enim philologiae studium saepe ad grammaticas, metricas, archaeologicas, historicas, philosophicas disquisitiones opportunitatem, qua qui excurrendo in interpretatione utitur, is non tam puerorum erudiendorum curam gerere videbitur, quam se ipsum suaque privata studia amare et cum discipulis eo consilio communicare, ut habeat, quibus cogitata et multo labore collecta possit exponere, vel ut suae doctrinae moveat apud incultos admirationem. Quamquam sagaciores iuvenes non inviti lectionis vitium, si quod aut ipsi animadverterint, aut a magistro indicatum audierint, ex linguae legibus, usu loquendi, logica verborum et enunciationum ratione, pulcrive sensu, ubi interpretis fax praeierit, investigant et, quid ab auctore scriptum sit, ex lectionis varietate ad probabilitatem lubentissime exquirunt et constituunt [2]). Quae exercitatio si iustis finibus continetur, habetque non emendandi cupidum, sed scitum et cautum moderatorem, multum praebet provectioribus iuvenibus ipso lucis admovendae studio et iudicandi libertate iucunditatis, eamque affert facultatem, qua viro docto in omni

2) Pluribus de hac re disserui in *Descriptione artis criticae in interpretatione veterum scriptorum scholastica tuendae. Lipsiae e libr. Aug. Lebr. Reinickii* 1801. 8.

litterarum parte opus est, cum frequens opportunitas vel necessitas sit dubias res explorandi, quae sunt, cum iis, quae esse debent, comparandi, vitia indagandi, corrigendi vel emendationis rationem exquirendi. Quo usque autem in hoc mentis exercendae genere progredi liceat, id non tam praecipi potest, quam a prudentia et moderatione interpretis exspectandum, ut et obscuritatis genera, quae moram quoque loco afferunt, certo iudicio distinguat, et eorum, quibus dux praeire voluerit, aetatem, intelligendi facultatem, partamque eruditionem consideret. Quae etiam in scriptorum, quos interpretari velis, delectu spectanda sunt, ne tironum imbecillitati locos proponas impeditiores et difficiliores, in quibus haerere et torqueri inopes non possunt sine fastidio et aegritudine, neve praestantissimi cuiusque scriptoris dignitatem ad imum grammaticae institutionis locum ableges, et Ciceronis, Livii, aliorum elegantiam, tamquam praedam singulorum verborum analysi discerpendam, rudibus pueris proiicias. In quod vitium nostra aetate multi incurrerunt eorum, qui varios latinae orationis locos in chrestomathia, quam dicunt, collectos ederent.

II. Altera cautio, quam in scholastica scriptorum veterum interpretatione velim adhiberi, ad syntheticam et analyticam rationem pertinet. *Syntheticam* interpretandi rationem intelligo ipsam versionem, qua in usitatum patriumque sermonem integrum scriptoris locum sic transferre solemus, ut totius sententiae et formae simulacrum efficiatur. Quod cum fieri nequeat, nisi omnibus loci partibus cognitis, postquam singula construendi et intelligendi impedimenta sive a verbis sive a rebus obiecta sustuleris; apparet, syntheticam rationem, quae interpretationem a versionis periculo orditur, non ad imbecilliores tirones, sed ad peritiores et exercitatiores pertinere. Sed quoniam imperiti pueri singulorum verborum vim et

structuram ita demum facile intelligent, si non abruptas voces easque e reliquorum verborum coniunctione excerptas proposueris [3]); in prima graecae latinaeve linguae institutione, quam ab enunciationum interpretatione seiunctam esse nolim, ipse interpres primum versione totum locum exprimat, cuius sententia cognita, facilius et certius singulas partes explicabit. Ita tenerrimos discipulos a toto ad partes recte traducet, efficietque ut, quo vinculo unumquodque vocabulum cum tota enunciatione iunctum sit, perspiciant, antequam separatum considerent. — *Analysis* ab ignotis loci verbis cognoscendis ad totam enunciationem vel periodum progreditur, eaque explicandi loci ratio aptior videbitur etiam in eorum institutione, qui, ut sunt linguae peritiores, facilius possint summam verborum per se, sine duce logicam structuram secuti, mente comprehendere, etiamsi non raro fallantur. Quorum ut explorata et certa sit partium cognitio, primum operam interpres dabit, ut, quae in verborum structura et in grammatica ratione et in rebus sententiisve locorum obscuriora fuerint, illustret et quamcunque difficultatem ante tollat, quam totum locum versione exprimendi periculum facere iubeat. Quodsi tres ponimus puerorum ordines, quorum in primo sunt rudes et linguae prorsus ignari, in altero ii, qui, verborum iuncturam et grammaticum ordinem explorandi consuetudine contracta, totius periodi sententiam Lexici ope adiuti possint exquirere; tertio ordine ii sunt habendi, quibus non magnopere quidquam in graeci latinive scriptoris loco tantum non difficillimo impedimenti obstat, quominus privato studio totius loci sententiam e verbis erutam intelligant. Ad primum et tertium ordinem a synthesi profecta (synthetico-analytica) interpretandi ratio per-

3) Vid. *Commentationum grammaticarum particulam XI.* quam superiore anno scripsi *de emendanda ratione, qua pueri linguae latinae cognitione imbuuntur.*

tinebit hoc discrimine, ut imperitis pueris interpres, totius loci versione ab ipso proposita, ad singulas partes seu ad grammaticam rationem verborum explicandam aditum aperiat, tertii ordinis iuvenes, eos quidem satis exercitatos, ipsos iubeat primum patrio sermone latina vel graeca reddere, ut, quatenus locum intellexerint, cognoscat. Qui medio loco relinquuntur, ab analysi rectius h. e. ab explicatione verborum et enunciationum debebunt ad convertendi loci periculum adduci, quo praeceptor sibi persuadeat, nihil esse difficultatis et obscuritatis relictum, totiusque loci rationem et sententiam ab omnibus, qui audiunt, perspectam.

III. Haec ipsa disputatio tertium quendam cavendi locum monstrat. Nam versionis germanico sermone conficiendae non unum genus est, et plures tamquam gradus ad simulacri, quod alieno sermone scriptam orationem exprimat, perfectionem. Quae cernitur in imagine loci sic expressi, ut casto limatoque sermone patrio redditus talis evadat, qualis a viro utriusque sermonis peritissimo intelligitur, servato proprio germanici sermonis usu, nullaque ad naturam loci sententiaeque vim necessaria parte neglecta, ut videri possit auctor, si potuisset, cogitata non aliis germanici sermonis verbis nec alio ordine aliave compositione orationis exprimere voluisse. Sed cum ad summam convertendae orationis facultatem, in qua linguarum subacta cognitio, acre exercitatumque pulcri iudicium et ad concinnitatem sentiendam et imitandam comparata dicendi velocitas expromitur, pedetentim accedere liceat; in scholastica rudium puerorum institutione sunt, qui velint primum latinae vel graecae enunciationis verba singula singulis germanicis vocabulis reddi, verborumque ordinem et primam cuiusque significationem tanta cum fide premi, ut servilis imitatio in eligendis, componendis formandisque vocabulis ne barbariae quidem speciem

fugiat [4]). — Altera ratio, eaque propter maiorem quandam germanici sermonis reverentiam probabilior, subiecti et praedicati ordine diligentissime observando logico-grammaticam constructionem sequitur, a qua solet rhetorica et cuiusque sermonis propria verborum collocatio recedere. Neque habet haec rhetorici ordinis perturbatio tantum offensionis, quantum commodi, si velis pueris eam rationem, qua verba inter se, alterum ex altero, nexa sunt, et tamquam clavem grammaticae interpretationis tradere. Nam illud elegantiae et concinnitatis genus, quod rhetoricum verborum ordinem fingit, latinae eum quidem vel graecae orationis non eodem modo proprium, non poterit a pueris statim intelligi: respuerent vero Germanorum aures versionem Hamiltonianam, qua e. g. Cornelii Nep. verba: *Cuius victoriae non alienum videtur quale praemium Miltiadi sit tributum, docere*, singula verba premens reddidisses. Aptius igitur fuerit eam enunciationis formam, quam mente primum concipiendam communis omnium cogitandi ratio requirit, investigare et subiectum, quod primaria voce *docere* et inde suspensis indirectae interrogationis verbis *quale praemium huius victoriae tributum sit Miltiadi* continetur, a praedicato *videtur non alienum* distinguere. Quo facto decebit ad germanicam collocationem verborum paulo liberiorem transgredi: *Welche*

4) Unum huius insolentiae exemplum sufficiet, qua Tafelius totum Evangelium Ioannis interlineari versione instructum edidit. Lehrbuch der lateiniſchen Sprache nach Hamiltoniſchen Grundſätzen von Dr. Leonhard Tafel. Ulm 1831. p. 123. Ev. Ioan. 18, 32. So gemacht iſt, daß von dem Herauskunft freueten, welche Jeſus von der Tod Geſchlechte bezeichnet hatte, wodurch ſelber wäre durchgehen werdend.
Ita factum est, ut eventu gauderent, quae Iesus de mortis genere significaverat, quo ipse esset periturus.

Belohnung für diesen Sieg dem Miltiades ertheilt worden sey, scheint nicht unangemessen zu erwähnen. Ita denique relinquitur, ut doceas et genitivi, quem germanice praepositione cum accusativo expresseris, et relativi pronominis *cuius* usum et locum ad superiorem victoriae descriptionem cum proximis iungendam esse aptiorem. Hac ratione, quidquid est latinae orationis proprium, quoque loco cognoscitur. Et quod grammaticae doctrinae praecepta dixi mediae esse interpretationi inserenda, non opus erit omnes de genitivi *(victoriae)* vel dativi *(Miltiadi)* vel coniunctivi, infinitivi, interrogativi pronominis usu regulas exponere, sed ipsa germanici sermonis similitudo vel discrepantia observata horum casuum vel relationum causas facili negotio aperiet. Vehementer enim cavendum est, ne in notissimis rebus et vernaculo sermoni simillimis locutionibus praeter modum commorando interpres lectionem retardet, sed satius erit iterata repetitione certam latini et germanice redditi loci imaginem menti infigere et recti, apti, consentanei sensum in puerorum animis excitare. In omni autem convertendi periculo Latinismi et Graecismi, quos dicunt, vel aliena a nostro sermone aliarum linguarum idiomata et contorte vel barbare loquendi ratio maxime fugienda; magisque decuerit, si brevitate non possis, explicatione gravitatem vel venustatem assequi, quam, ut ne minimum quidem in versione neglexisse videaris, tormenta adhibere.

IV. His illud addendum est, quod a multis parum observatur, ut, cum singulorum verborum et enunciationum vim et sententiam interpretando dilucidam reddideris, nihilque in elocutione vel rerum cognitione obscurum esse passus fueris, periodorum seriem intuendam praebeas, et ad totam alicuius rei descriptionem vel narrationem vel argumentationem et probationem consociatas verborum comprehensiones conferas. Eiusmodi disputationis continuatio, etsi integri libri pars, tamen, tamquam arte factum opus,

sic est intuenda, ut compositionis pulcritudinem et dicendi concinnitatem iuvenes, iterata lectione, sentire et diiudicare possint; qua totius operis contemplatione ea efficitur in animo commotio, quam in excolendis ingeniis maxime quaerimus, quae ad humanitatis studium excitandum, verique et pulcri amorem incendendum valet plurimum. Eaque potissimum veterum scriptorum admirabilis praestantia est, qua percelli non possint animi, nisi, quae particulatim cognita fuerint, uno quasi obtutu comprehendere consueverint. Huc etiam summarii conficiendi commendatio referenda est, quod genus exercitationis ut necessaria a secundariis distinguit et iis admodum prodest, qui in scholis Academicorum audita consignare, vel transacto illo studiorum cursu, in senatu iudiciove pronunciata referre in publicas tabulas velint, sic non tam ad aperiendam alicuius libri vel orationis vel carminis interpretationem pertinet, quam ad absolvendam. Atque neutrum genus lectionis, quoniam cursoriam statariae opponunt, hac repetitione et partium complexione poterit carere. Nam statariae interpretationis tarditas cum fracta et minuta praebeat, verendum est, ne, si ad finem orationis pervenerint, nesciant pueri quid principio legerint, habeantque denique rerum discerptarum et sententiarum copiam, cuius digerendae ordinem et quasi filum nisi retexuerint, complecti mente totum nequeant. Cursoriam autem rationem secuti prae festinatione, quod nulla difficultas moram attulerit, inanes solent, quales venerunt, vel sine magno mentis et animi emolumento redire, ut qui romanensis fabulae vernacule scriptae lectionem paucis horis confecerunt. In quo citatiore cursu cum multa transilierint aut non animadverterint, falluntur opinione, nihil se non intellexisse eorum, quae parum intellexerunt. Praeceptoris igitur cura providebit, ut pueri ne perfunctoria lectione decepti incognita pro cognitis habeant, et difficultatibus praetermittendis in vanitatem et arrogantiae plenam teme-

ritatem incurrant. Tum ratio habenda est non modo verborum et rerum cognitionis, quam si exilem pueri afferunt, frequens erit causa morandi et cursum intercipiendi, sed etiam scriptoris, cuius oratio primum solet omnibus impeditior videri et interpretationis lumen saepius requirere, quam si contracta consuetudo fuerit. Interpres igitur ubique circumspiciat quid facto opus sit, ubi tardius, ubi celerius ire deceat, quando sit colligendo et repetendo efficiendum, ut tirones totum continuo ordine possint intueri.

V. Sed quoniam in alienae linguae opere, vel optimi interpretis arte collustrato, difficile est multaeque exercitationis et praeclarae facultatis, longiorem seriem orationis vel totum carmen iterata lectione mente complecti et, quantum sit in opere praestantiae, animo percipere; videndum est, ne satis esse putemus optima veterum scriptorum opera nosse, cum etiam germanicorum scriptorum delectus habendus sit et praestantissimi cuiusque interpretatio praeter graecos et latinos in scholis nostris usurpanda. Hic enim pauciora obstant a verbis et enunciationum vel periodorum iunctura impedimenta, quominus disputationem totam animo comprehendas, et gravitatem venustatemve fictionis, narrationis, argumentationis sentias et diiudices. Nec opus est verborum translatione in alium sermonem vel conversione, quam graeci et latini scriptores, quos intelligi velis, requirunt, sed integram, meram et incorruptam vim carminis vel orationis cuiusvis sentire pueri facilius poterunt, eam quidem non distractam et minutam analysi. Iidem promtius intelligent, quanta cum cura vel notissima verba ad sententiam exprimendam eligi et collocari debeant, ut totius orationis vel carminis compositio apta et dilucida et ornata evadat, aut quid sit, unde verba eloquentiae vel poeticae artis laudem referant. In quibus dicendi virtutibus ostendendis si interpretis opera versabitur, a levitate et nimia festinatione lectio erit aliena: neque quamlibet sententiam et locutionem

comprobabit, sed dignitatis rerum et diligentiae vel elegantiae in dispositione et elocutione expromtae vel neglectae iudicium acuet. Quo fiet, ut illud assequamur, quod nostra aetate in tanta morum mollitie et voluptatis cupidine maxime videndum est, ut iuvenes mature ex immensa germanice ad excitandam libidinem scriptorum librorum copia non quidlibet expromant, legant, comprobent, sed ut vaniloquentiam et ieiunitatem inepte omnia effutientem non minus respuant, quam libidinosa, obscoena, scurrilia, proterva, indecora fingentem et ostentantem scriptorem reiiciant. Nec vero est consentaneum, cultioris aetatis et populi iuvenes, cum alieno sermone conscriptos libros diligentissime legere consueverint, patrii sermonis praestantiam dicendique genera non ex optimis notissimae linguae operibus cognoscere, rudesque esse in sui agri finibus multa et egregia germanicae artis monumenta continentibus eos, qui graecis et romanis litteris et antiquitatibus magnam iuventutis partem multumque laboris impenderunt. Sed ne quis facile negotium esse existimet patrii sermonis scriptorem recte interpretari. Videndum est enim, ne, ubi nota sunt pleraque, aut nihil esse existimes, quo convertenda mentis et iudicii acies videatur, aut plana ac dilucida quaestiunculis et annotationibus contorqueas misereve dilaceres, aut concinnitatem et gravitatem orationis verborum multitudine diluas vel opprimas. Acriores enim habebis ipsos pueros interpretationis tuae iudices in vernaculi sermonis consuetudine, quam in graeci latinive scriptoris obscuritate. Rhetoricae igitur potissimum et dialecticae artis in prosa oratione vel poeticae in carminibus indicia erunt observanda, ut propositae dicendi causae rationem et finem ostendas, partium et argumentorum ordinem diligenter sequaris et, quidquid ponderis ad quaestionis controversiam dirimendam vel ad docendum, persuadendum, commovendum additur, alterum ex altero perpendas et diiudices. Ad hanc exercitationem apparet primum

breviores et ligati et soluti sermonis narrationes, descriptiones, disputationes esse aptissimas, ut mente comprehendendi facilitas pueris afferatur, qua praediti deinceps longiora vel carmina vel orationes et dissertationes rectius intelligent. Atque vehementer optamus, ut ex optimis nostris etiam prosae orationis scriptoribus scite factae aptissimarum et commentationum et orationum collectiones publice edantur, quae scholis sic inserviant, ut exiguo pretio emtae iuvenibus tradi possint. Parum enim profuerit litterarum opera ab uno, reliquis audientibus, praelegi vel memoriter pronuntiari. Sed quamquam hoc genus recitationis ad memoriae vim exercendam et confirmandam non minus quam ad vocis moderationem admodum commendaverim; tamen, ubi germanici scriptoris interpretatio, de qua nunc dicendum fuit, quaeritur, non modo ut auribus artis opus percipiatur, sed ut etiam in eorum, qui discere volunt, manibus liber sit, ego quidem auctor fuerim.

XIII.

DE SCRIBENDIS LEGIBUS SCHOLASTICIS PROLUSIO.

In plerisque iuvenum ad humanitatem adducendorum scholis publicis, sic constat iam dudum esse institutum, ut formulae quaedam, quae, typis exaratae, officia discipulis praescripta continebant, si minus in manum cuiusque in scholam rite recipiendi tironis traderentur, tamen certis temporibus publice recitando in iuvenum memoriam revocarentur. Quae leges scholasticae cum non omnes temporum ac morum, vel consiliorum mutationi sustinendae pares essent, ad suaeque tantum aetatis propriam sentiendi statuendique rationem accommodatae, ex vetustate ususque diuturnitate non plus gravitatis et firmitatis retulissent, sed tenuitatis vel asperitatis notam contraxissent; nonnulli ludorum moderatores maluerunt tirones in scholam recipiendos, quid observandum esset, pau-

cis moneri, reliquarum legum eas tantum, quae experientia spectatae essent, ab illis usu cognosci et tacitas strenue observari, quam recitatas, cum nullo delectu apta, inepta clamarent, irrideri et impune negligi. Neque negari potest, superiore vel tertio abhinc saeculo factas legum scholasticarum collectiones non paucas vitiis laborare, quae non tam in horridiore vel prolixiore sermone, quo sunt illae compositae, deprehenderim, (habet enim priscus ille sermo aliquid gravitatis ex antiquitate) quam in migratis legum scribendarum finibus, parumque considerata iuvenilis aetatis natura, cum aut iusto plura praeciperent, aut iniquiora, aut inutiliora, aut ea, quae ne poterant quidem omni tempore observari. Quod intelligentes ii, qui scholarum curam gerebant, mutandas istas legum formulas putarunt et aptiora praecipienda, iuvenili quidem aetati, vel studiorum rationi, ac disciplinae magis consentanea. Quamquam non pauci, dum legislationis vitia alia cavebant, in alia incurrerunt, scilicet non magnopere quaerentes, quid in scholastica disciplina esset constans et perpetuum, quid mutabile, quid praeceptorum ore tradendae monitioni relinquendum. Quapropter quidam haud imperiti scholarum rectores, obsoletis istis legum formulis praetermissis, ne desiderarunt quidem novas tabulas, quotannis eas vel aliquoties publice recitandas, et tironi in manum tradendas; nimirum non temere confisi contracta quadam officiorum discipulis praestandorum consuetudine, quae leges, suo quamque loco, observandas tueretur, etiamsi non uno tenore omnes subinde essent repetitae. Atque in promtu sane est, hanc obsequendi consuetudinem gigni et confirmari praeceptorum vigilantia, quae hortando, monendo, laesamque legem vindicando in scholarum ordine ac disciplinae usu tantum valet, ut, cura et severitate praeceptorum sublata, nihil per se efficere possint legum formulae, his praetermissis, solo magistrorum muncre et officio salus possit

scholae conservari. Hic enim in disciplina exercenda vigor, hoc prudens consilium, haec vigilantia nihil patitur, quod non licitum sit, impune committi, nec monendo et castigando fatigatur, nec vitiis et peccatis laxatur, sed exercitatione potius restringitur et acuitur. Est etiam optimus quisque puerorum ac iuvenum magister tamquam legis simulacrum fidelissimum, aut viva lex, quam intuentes vel audientes quotidie discipuli, etiam recens recepti, possint, quid sit faciendum, cognoscere et imitando evadere laude dignissimi. Quid? quod scholasticus usus postulat, ut magister, qui multa fere quotidie monere et praecipere denuo debeat, legislator idem et legis vindex iustissimus habeatur.

Neque opponi velim, legem esse debere magistro superiorem, haud obnoxiam praeceptorum libidini, nisi velis per inconstantiam vel temeritatem eorum legis auctoritatem tolli, scholasque multum detrimenti capere. Enimvero si ineptum, cupide faventem, scurriliter iocantem, aut stomachosum, difficilem, morosum, maledicta ex trivio arripientem, fingis praeceptorem, haec vitia tantum abest, ut legum scholasticarum tabulis propositis et iterum iterumque recitatis corrigantur, ut, verbis gravissimarum legum comparatis, istud quantumcunque partium studium, ista iracundia vel imbecillitas praeceptoris etiam magis appareat, plusque habeat apud iuvenes recti et decori sensu praeditos offensionis. Neque videri sibi putandus est optimus quisque ludi magister aliud munus gerere, quam illud, ut, cum quid fieri velit dicit, aut minis cogit imperata facere, summae rationis, constantis ordinis, divinaeque legis praeceptum interpretetur, nec suae sit libidinis, sed summi imperii vindex. Atque eae leges, ut sunt ad puerorum ac iuvenum institutionem et emendationem accommodatissimae, ita ex communi rationis fonte, causaque scholarum potissimum ductae, discipulis ore melius traduntur, quam per litteras, quarum ope

solent civiles leges publice tradi adultioribus. Tum etiam hoc animadvertendum est, habere iuvenum in scholis regendorum rationem multum cum domestica educatione similitudinis, ut deceat magistrum patris loco haberi, qui quae fieri velit filii nullis litteris consignata observare solent, cuius indignationem metuunt, a quo cupiunt laudari. Ex hac ipsa autem domestica disciplina ad praeceptorem, quasi alterum parentem, pueri ac iuvenes deducuntur, praeclareque actum cum schola videbitur, si non una legis voce moniti magistrum colunt et observant, sed quodam amoris et reverentiae sensu ducti fidelissimum iudicant esse suae iuventutis amicum, qui non libidinose dominetur, sed quae honesta sunt et ipsis salutaria moneat, et ut praestentur, diligentissime curet. Hoc amoris et verecundiae vinculo qui coniuncti discipuli sunt, non ea demum praestabunt, quae scripta legerint, sed quae sentiant cum magistri voluntate et monitis consentanea, cum ordinis ac disciplinae necessitate coniuncta et per se recta, honesta, decora; nec erunt iidem, si legis formulam manu teneant, idcirco magis morigeri et obtemperantes. Sunt etiam multa in scholis observanda iuvenibus pro classium et ordinum non minus, quam pro temporum ratione diversa, nec raro mutanda vel definienda. His ipsis ut pareant, quoniam discipulos lex obstringere debet, in promtu est, in eius recitatione non posse servari verborum constantiam, aut opus esse tabularum interprete vel correctore, hic illic monita adspergente: quo nihil est scriptae legis gravitati magis contrarium. Denique, quae summa ars est disciplinae recte exercendae, propter aetatis vel imbecillitatem vel levitatem, aut naturae, quae sua cuiusque est, diversitatem, propriamque animi indolem adhibenda est quaedam in emendandis moribus et vitiis corrigendis prudentia. Quam artem, a qua tristior nunc, nunc lenior sentiendi ratio partiumque studium cum cupiditate, favore, iracundia abesse debet, tantum non

omnem tollere videntur legum scriptarum formulae, quae poenam cuique legi violatae proponunt definitam et descriptam, quasi cum viris agendum sit vel civibus, qui publica lege non sunt emendandi et educandi, sed coercendi, ne quid committant, quod sit communi saluti contrarium. Quae publicae disciplinae et legislationis imitatio nostra aetate hoc etiam magis est fugienda, quo saepius educationis domesticae perversitas pueros gignit praecoci sapientia et arrogantia importunos.

Quae, quamquam vere moneantur; nihilominus tamen e re scholastica esse, et Gymnasiorum disciplinae convenientissimum iudicaverim, aliquot legum formulis uti, tamquam disciplinae fundamento, et quantumvis multorum et diversorum iuvenum ad eundem denique humanitatis finem adducendorum vinculo. Quos etsi scholae spatia, velut unius familiae domus, coniungunt; non eadem tamen est, quae domi, iuvenum in scholis conditio, sed ea, quae ad publicam civium disciplinam quodammodo accedat et medio loco sit inter utramque posita. Itaque multa quidem sunt praeceptoris iudicio et prudentiae permittenda, verum etiam efficiendum, ut scholastica disciplina plus referat severitatis et ordinis; eamque normam par est lege constitui, cui consuescant iuvenes sese submittere propter ipsius gravitatem et auctoritatem, etiamsi nolint aut sua ipsorum causa, aut magistri amore ducti recte agere. Est enim in legum tabulis superior quaedam et ad omnes discipulos pariter pertinens ratio descripta, cui sese obnoxium sentire debet iuvenis, quem ad adultioris aetatis honestatem adspirare et, quam se puerilis levitas dedeceat, intelligere velimus. Nec equidem dubito, quin discipuli in scholis non minus sint certa officiorum descriptione continendi, quam quaevis alia hominum ad finem quendam facta consociatio, in qua quae virium diversissimarum fit contentio, moderanda est: describendoque illo, quod suo cuique loco sit propositum, fines sunt consti-

tuendi, quibus neglectis causa et salus societatis tolli existimanda est.

Scholarum autem, quas intelligimus, finis non est nisi in excolendis iuvenibus, quorum mentes volumus exerceri et certa litterarum cognitione instrui, animos vero ad honestatem et ad religionem adduci. Hoc in triplici genere studium positum est humanitatis, ad quam adspirare in scholis debent iuvenes, qui aliquando sunt viri docti evasuri, ut veri, pulcri, honestique sensus ipsa institutione excitetur, acuatur et confirmetur. Et quoniam reipublicae plurimum interesse debet habere iuventutem et virtutis studiosissimam, et ad gravissima munera aliquando bene gerenda satis praeparatam; non minus curandum erit, ut iuvenum instituendorum ratio sit illi scholarum causae accommodatissima, quam impensis publicis efficiendum, ut facta sit optimorum studiorum opportunitas. Cuius rationis servandae munus maximam quidem partem ad praeceptorum peritiam et prudentiam pertinet, eorumque curae et studio illud potissimum est demandandum, ut quantum honestatis ac diligentiae studium pro sua quisque facultate ingeniique modo possit, instillare iuvenum animis velit. Sed cum etiam regulis quibusdam discipulorum officia possint contineri et describi; videndum est, ut iuvenes scholae disciplinae traditi leges cognoscant, in quibus observandis scholae salus, suaeque institutionis conditio posita sit, et ut intelligant, eas leges esse ab ipsa civitate, vel principe civitatis latas. Praecipit autem lex ea, quae facienda sunt, vetatque contraria sic, ut omnes discipuli et *communi* quodam iuventutis officio obligati sint, in eoque pariter omnes retinendi, et alia scholae quidem *propria* officia praescribenda, quae non possunt nisi ab iis, qui scholae disciplina utuntur, conservari. Ita duplex, ut officiorum, sic legum genus est.

Et quoniam ad communem illam honestatem iuvenes vel domi iam ante, quam scholam frequentarent,

adducti sunt, vel scholastica ipsa institutione adducendi; non opus est communia illa officia singulatim praescribantur omnia, sed paucis verbis comprehensa in memoriam revocentur: cetera sic sunt exponenda, ut non possint calumniosa interpretatione perverti, neque neglecta ignorantiae nomine excusari. In altero officiorum genere, quod ex ipsa scholae publicae notione et causa ducitur, non nisi ea, quae sunt perpetua et constantia, lege constituenda sunt: hoc enim legis gravitas et temporis et hominum vicissitudine superior postulat. In quo est cautio adhibenda, ne plura praecipiantur, quam scholae causa requirit, neque minutiora, ut constans et perpetua in animis iuvenum maneat legis reverentia, quae paratissimum habet obsequium. Est etiam opera danda, ut paucis verbis multa complectamur, quandoquidem a gravitate nihil est quam prolixior sermo alienius. Inprimis autem cavendum, ne praescribas, poenave proposita postules, quae aut observari strenue, aut neglecta animadverti et notari nequeunt. Nam qui deteriora sequuntur, minus etiam migrare legem dubitant, cuius facile est fallere vindicem, legeque se sentiunt per calliditatem superiores. Quamquam non pauca sunt iuvenum officia eiusmodi, ut, nisi continua custodia septi sint, non possit, quam diligenter serventur, certo cognosci. Haec ut pueri sponte sequantur, verecundia, quo nullus est morum custos diligentior, honestique et decori sensus praesidio muniendi sunt, qui turpitudine magis, quam metu a vitiis deterretur, nec alienum vigilem requirit, sed ipse, ne quid sese indignum committat, diligenter cavet. Ad hoc facile et acutum honesti iudicium si pietas, vel summi numinis reverentia accedit, quo inscio nihil ullo loco committi posse existimes; tum firmior quaedam honeste agendi consuetudo lubenter sese finibus circumscribi patitur non arctioribus, quam quibus optimus quisque continetur a natura ac ratione propositis. In his iuvenibus illud consecuta lex videbitur, quo nihil

est humana natura et educatione dignius, ut ipsa lege vix opus esse videatur. Sed tamen quoniam non decet maiora sperare, quam pro humanae ac iuvenilis aetatis imbecillitate et inconstantia; tantum abest, ut optimi, summaeque obedientiae studiosi iuvenes nulla legis formula continendi sint, nec vigilantia opus sit, ut lex ex diligentissima observatione plurimum auctoritatis capiat, curaque acuenda sit, ne qua labes clam irrepat, et gregi contagione noceat.

Sed quod dixi, non esse scripta lege postulandum, quod impune possit negligi; et legis auctoritati consultum volui, et locum aperire adhortationi, admonitioni et persuasioni, quae non minus ad excitandum et acuendum honesti sensum pertinet, quam ad virtutis studium incendendum. Itaque Platoni assentior, qui de legibus IV, c. 12. Cicerone quidem interprete (de leg. II, 6.) „*hoc quoque legis putavit esse, persuadere aliquid, non omnia vi ac minis cogere.*“ Nam quae persuadentur iuvenibus, quae monendo hortandoque sic in animos sese insinuant, ut virtutis amore incenso, eorum voluntatem ad propositum officium convertant, ea radices agunt, et fructus probitatis ferunt laetissimos. Tum etiam persuadendo facilius possunt praecepta suo cuiusque ingenio et sentiendi rationi accommodari, causisque adiunctis, et impedimentis, quae lex scripta non curat, remotis, ad honestatem dirigi animus poterit certius, praesertim si praeceptor parentis animum induit, ut eum diligenter observata vitia privatim notare non pigeat. Est enim magna ingeniorum diversitas, nec par in omnibus officii servandi studium; neque apertos facere vi ac minis poteris omnium iuvenum animos, vitiorumque causas perspicere, quibus sublatis demum ad honestatem patet aditus. Certum hoc est, scholarum institutionem et disciplinam non ita oportere esse publicam, ut nihil privatim moneas, neminem, remotis arbitris, vituperes: sed ut privatum litterarum studium in multis domi facilius, quam

praesentibus commilitonibus incenditur; sic pudori iuvenum illud concedendum est, ut non satis putes leges scribere, poenaeque metu deterrere a vitiis, sed ore animum et privata monitione si minus commode ad otium et animi languorem, at aptius tamen et gravius et prosperiore eventu moveas, recteque agendi studium incendas. Quo loco adhibendum est quod Cicero l. l. monet: „Serendi etiam mores, nec scriptis omnia sancienda.“ Mores autem seruntur non modo magistri voce et adhortatione, sed etiam probissimo multorum exemplo, quos ceteri imitantur, quorum auctoritatem lubenter sequuntur. Quare in scholis videndum est, ut qui primum cuiusque classis et ordinis locum tenent, sint diligentiae, probitatisque expeditissimi praesules. Tales principes si classis quaeque et singuli ordines habuerint, eos quidem et acerrimo litterarum studio excellentes, et loci dignitatisque suae tuendae cupidissimos, qui cum ipsi cavent, ne quid indecore, inhonesteque faciant, etiam reliquos optimi exempli auctoritate ducunt; praeclare cum moribus et disciplina actum videatur. Ita qui mores in scholis seri dicuntur, non sunt ii quidem lege datis scriptisque praeceptis oppositi, sed eodem loco habendi, quo civium vel urbanitas, vel temperantia, simplicitas, liberalitas, aliae virtutes, quae lege praescriptae minus habere solent obsequii in civium animis, quam si principes civitatis sunt earum virtutum cultores paratissimi et constantissimi. Latissime enim patet boni exempli vis, ac nescio, an honesti studium etiam certius concilietur exempli suavitate, et gravitate, quam scriptis legum formulis.

Est igitur hoc prudentiae videre, quo legislatio progredi debeat, quid moribus, et tacito quodam usu in scholas introducendum: diligentissimae autem vigilantiae consiliique est, non legis tantum esse iustissimum vindicem, sed etiam mores iuvenum sapienter regere et tueri. Sed ne quis me putet eum esse, qui amore ac lenitate omnia in scholis velim effici,

aut humanae naturae bonitati tantum confidam, ut persuadendo putem posse nequitiam et istam paene incredibilem multorum levitatem expelli. Ut nihil temere, sine consilio, sine ratione fieri debet; sic in iuvenum animis regendis utendum iis subsidiis est, quae aetatis ratio et ingenii natura postulat. Qui igitur disciplinae tuendae munus recte gerere velit, huic saepe poena adhibenda est, metuque iuvenum levitas a scelere deterrenda. Est autem poenae necessitas cum legis gravitate sic coniuncta, ut neglectae legis culpa tantum mali contrahat, quantum vel illatae aliis iniuriae, vel certe turpitudini comparatum fuerit. Iam vero quamquam lex quaeque hoc demum pacto vigere et valere poterit, si impune negligi nequit; tamen, quoniam non viri, sed pueri ac iuvenes disciplina emendandi et regendi sunt, diligenterque quoque loco iudicandum non modo, quid sit et quoties commissum, sed etiam quibus rebus incitantibus, qua mente, quove consilio migrata lex fuerit, in plerisque causis satius erit praeceptorum iustitiae committere, ut videant, quo modo castigandus is sit, qui contra legem fecerit. Quamobrem legis formulae equidem poenae acerbitatem, quam daturus sit qui legem neglexerit, descriptam addi nolim; siquidem quae poenae lege propositae sunt, iudicis arbitrio neque levari debent, neque exacerbari. Culpae vero magnitudo pro ingeniorum natura ac depravatione iudicanda est, et in eadem causa non raro alius alio modo castigandus. Namque ut mentes excolendae iuvenum non eodem modo exercentur, sic animi et mores plus etiam iudicii, cautionis, moderationis requirunt, si poena eos velis emendatos. Inprimis autem animadvertendum est, ut mentes acuendae sint et veri cognoscendi, iudicandique facultas subigenda, sic subtiliorem et faciliorem evadere e disciplina debere honesti decorique sensum, efficique in animis turpitudinis aversationem. Quod si contigerit, non laxior disciplina habebitur, sed in maiore severitate,

quae nullum vitium, nihil male factum negligit, lenioris poenae usus in sinceris animis non minus valebit, quam castigandi asperitas apud incultiores et ferociores iuvenes: acerbitatisque sensus cum honesti sensu sic fingitur et acuitur, ut sine contumelia facta reprehensio maiorem vim habeat in emendandis animis, quam corporis verberatio, aut ignominiae plena obiurgatio. Praeclare igitur Cicero de offic. I, 88. ubi monet, obiurgationes etiam nonnunquam incidere necessarias, iramque procul iubet abesse, cum qua nihil recte fieri, nihil considerate possit, „magna autem, inquit, parte clementi castigatione licet uti, gravitate tamen adiuncta, ut et severitas adhibeatur, et contumelia repellatur. Atque etiam illud ipsum, quod acerbitatis habet obiurgatio, significandum est, ipsius id causa qui obiurgetur, susceptum esse.“ Atque in disciplina et educatione, quoniam obsequium lex postulat, vim legis et auctoritatem sic tueri decet, ut appareat, non tam praemio dignum esse qui legem servarit, quam plectendum qui violarit. Officia enim qui praestitit, tantum profecit in moribus, ut nullum exspectet praemium, acceptoque praemio in laudis plus, quam in virtutis studio iuvetur. Quid? quod in probissimorum iuvenum non satis temperata laudatione, et in praemiorum largitione facilis est ad vitia quaedam aditus. Satis enim fecisse sibi saepe multi iuvenes videntur, qui integritatis vel diligentiae doctrinaeve laudem publice tulerint; docetque experientia, plures non iustissima laude elatos, perversa de se ipsorum existimatione, ea, qua progredi coeperant, via substitisse, quam ad acrius studium incensos esse.

Quae autem scholasticae leges prudenter, concinneque scriptae fuerint, ea tantum officia, quae tam certa et explorata sunt, quam ipsius scholae causa, ad quam pertinent, continebunt, eo quidem delectu habito, ut communia illa, quae cuicunque

eni proposita esse debent, praefationis loco, gravi idem sermone comprehensa, ipsis legibus praecent; quae autem pro cuiusque classis, vel ordinis, l singulorum iuvenum diversitate ore potius ab ipso igistro praecipienda sunt, non temere occupentur, l ab huius prudentia, iustitia, moderatione exspe entur. Hac ratione confectae, et publica auctorie sancitae leges scholasticae equidem suaserim, ut pis exaratae cuique discipulo in manum tradantur, ae et morum et studiorum rationem doceant, unde renis litteris dediti officia ducuntur, quorum in obrvatione eius scholae, cui adscriptus est, salus est sita. Ita iuvenes meminerint, operam dandam esse, , quemadmodum, transacta pueritia, iuvenilis aetas oxime absit ab adolescentia, virique constantia, sic blicae disciplinae traditi gravissimo civitatis instito, curaque Principis sese praestent dignissimos, sque, in quibus egregia spes civitatis de salute blica conservanda et augenda sit collocata.

XIV.

PROLUSIO, QUA RECOGNOSCUNTUR EA, QUAE CICERO IN LAELIO DE AMICITIA DISPUTAVIT.

Cur in hac scriptione, ad quam me aliquot iuvenum e Gymnasii nostri disciplina in litterarum Universitatem rite dimittendorum solemnitas impellebat, ea potissimum, quae Cicero in Laelio, seu libro de amicitia, disputavit, recognoscenda sumserim, nemo mirabitur, qui hunc librum, in suo genere aequorum iudicum consensu prope singularem [1]),

1) Satis sit commemorasse, quae nuper de Gagern scripsit in hoc libro: *Die Resultate der Sittengeschichte*, qui apud Cottam prostat, P. V. p. 22. „*Cicero in jener gehaltreichen Abhandlung wog, mit tiefem Blick in das menschliche Herz, den Werth der Freundschaft und ihre Grade ab, und wie es recht ist, mit vordringender Vaterlandsliebe.* Ibid. p. 37. *Wie gross und erhaben, wie reich und voll, wie fein, wie tiefgedacht, wie belehrend, wie sittlich sind seine Ideen in jener Abhandlung.*

venilibus latini sermonis studiis meminerit et sententiarum gravitate, et elocutionis suavitate plurimum ilitatis afferre ac delectationis. Tum, nescio quo-odo, id me movit, quod, cum perfectae illius amitiae exempla omni tempore paucissima exstiterint, nostra aetate vix ull reperiantur [2]), ad illud men, quod summum es in amicitia, ut quasi unus t ex duobus, honesta illa, qua optimus quisque ademiae civis fruitur, sententiarum, consiliorum, udiorum libertas egregie videtur esse comparata. ullus enim alius locus, nulla vitae pars tantam

---

1) Idem V. D. ibid. p. 27. ubi paucorum illorum fidelissimam amicitiam antiquitati invidet, nostraeque aetatis rationem deplorat, quae se perfectae amicitiae munere facile carere posse putet, aut vix par illi esse existimanda sit. „*Wir vernachlässigen den Palmbaum der Freundschaft, und pflanzen die übrigen Früchte. Hohe Freundschaft harmonirt nicht mehr mit unsern Sitten. Es sind andere Dinge, bessre vielleicht, an ihre Stelle getreten. — Ein Freund kann uns selten mehr dienen, wenn wir gleich sind, und die Freundschaft hinkt unter den ungleichen.*“ — Idem p. 20. „*Es wollen uns jetzt viele wohl. Die Verbindungen sind zahlreicher geworden, Vergessenheit, Entfernung, Tod raubt uns nur einen. Selbst die Klage über Falschheit und Untreue sind eitle und grundlose Klagen. Man legt den Vertrag einseitig aus.*“ Perfectae amicitiae propriis opportunitatibus etsi cultiore nostra aetate, eaque quibusvis artium plurimarum praesidiis et adiumentis stipata, caremus; levata tamen ista inopia et imbecillitate, vera amicitia ab iis, quorum animi ad eius vim sentiendam comparati sunt, nostro non minus quam prisco tempore per se et propter se expetitur et colitur, cum, perspecta alterius virtute et morum similitudine, inter se coniuncti sint mutua benevolentia, parique studio, fide, constantia. Quodsi apud nos minus valet amicorum benevolentia in rebus publice gerendis; privata tamen vita non idcirco caret iis fructibus, qui percipiuntur ex eius, qui diligitur, vel natura et ingenio, vel doctrina et arte, vel comitate et facilitate. Quamquam amicitiae vim et usum et necessitatem maior quaedam et cultioribus moribus dignior coniugiorum prosperitas et alterius generis observantia aliquantum videtur imminuisse.

habet aequalium, qui similia sentiunt, cogitant et agunt, multitudinem, tantam animorum cognoscendorum, seque ad eum, quem quisque diligat, adiungendi opportunitatem; ut non difficile sit aliquem nancisci, cuius virtus et bonitas perspecta illum amorem moveat, qui usu et convictu ad morum studiorumque similitudinem adhibito, mutuae caritatis et benevolentiae quandam gignit magnitudinem, cuius certe iucundissima memoria, si minus perpetua amici consuetudine frui possunt, ad extremum vitae solet permanere.

Ciceronis quidem disputatio de amicitia, in verborum interpretatione, si quaeris, nihil magnopere habet difficultatis; sin eorum, quae in ea traduntur, veritatem, vel ordinem, vel aequabilitatem exploras, non desunt loci, in quibus haereas. Est sane is cum aliorum veterum scriptorum, tum Ciceronis mos, tantum non in omnibus, quos scripsit, libris servatus, ut, si de qua philosophiae parte, inprimis ea, quae ad morum disciplinam pertinet, disputat, familiaris sermonis consuetudinem imitetur, velitque videri ea tantum expromere, quae rei subito propositae cogitatio et usus suppeditaverit. Ita fit, ut omnis etiam haec Ciceronis de amicitia disputatio faciliorem ac liberiorem formam referat, habeatque quandam rei non cumulate perfectae et absolutae excusationem. Accedit quod, cum Laelii persona visa esset idonea, quae de amicitia disputaret, is sermo fuit sic instituendus, ut huius viri sapientissimi et amicissimi animo et desiderii ex Scipionis morte concepti pleno, et verae amicitiae admiratione elato, non minus, quam aetati, qua ille floruisset, conveniret, ei quidem non tam Graecorum doctrinae et artis dialecticae, quam simplicitatis et gravitatis laudem expetenti. Accepit etiam hic sermo aliquid vigoris, et quandam controversiae speciem ipsa illa indignatione, qua amicitiae dignitas adversus eos defendenda videbatur, qui ut omnia aut voluptate, aut utilitate metiuntur, propter imbecillitatem atque inopiam desiderari amicitiam di-

cerent, vel commodissimum putarent esse quam laxissimas habenas habere amicitiae. Hanc propriam huius sermonis formam, eumque, quem Cicero secutus est, sententiarum ordinem qui non acriore mente tenuerit, is temere reprehendat vel definiendae amicitiae rationem cap. 6 et 17. vel saepe, etsi non iisdem verbis, repetitam naturae, virtutis, amoris et benevolentiae cum suis opportunitatibus praedicationem, vel eorum, qui de amicitia dissentiant, reprehensionem capp. 5, 10, 15, 17, 21. Idem notabit sententiarum et praeceptorum ordinem non accuratissime servatum, mirumque in modum disiunctas causae partes inde a c. 10. Quo loco postquam Cicero de fatis amicitiae impendentibus dixit, eodem videtur redire c. 21. De colendis amicitiis, leviter rem intuitus mireris prius exponi, quam de amicorum delectu c. 17, de eoque iterum c. 21. praecipi; fines autem, qui sint in amicitia, et quasi terminos diligendi constituendos esse dici c. 16. cum c. 11, 12 et 13. expositum esset, quatenus amor in amicitia progredi deberet. Quod Laelius plurimas et maximas cum amicitia coniunctas utilitates non vult tamen expeti aut sperari c. 9, 6, 14, 9. al. l. vix videatur cum molliore et lucri cupidiore nostrae aetatis sensu convenire. "Neque omnes istam morum similitudinem unam iungendae amicitiae causam (c. 14.) esse largientur, cum amicorum saepe inter se sint admodum dissimiles animi, etsi caritate coniuncti; aut minus iustas amicorum voluntates adiuvandas esse, quod gravissimus ille neglectae virtutis vindex c. 17. praecipiat. Ut praecidam: crebrae sunt in hoc libro offensiones apud eum, qui huius sermonis naturam, Laelii ingenium, et illius aetatis sentiendi statuendique rationem minus considerans, de amicitia ita demum recte disputari autumat, si a communi hominum natura profectus scriptor, idemque aliquam philosophiae disciplinam et populorum historiam secutus, superiorum philosophorum, qui de amicitia scripserunt, placitis et testimoniis comparatis,

exponat, quomodo a latius patente hominum societate, aut vitae tuendae necessitate, aut utilitatis vel voluptatis vel honestatis augendae studio, aut admirabili quodam amoris impetu pro animorum, studiorum, generis, aetatis, conditionis diversitate res in angustum concludatur. His addenda putes esse amicorum in utramque partem et eorum, qui diligunt, et eorum, qui diliguntur, officia cum iis officiis, quae aliis debentur, collata, ut primum de eligendis, tum de colendis et servandis paribus, vel aliqua ratione disparibus, amicis praecipiatur, denique de casibus et calamitatibus ab aetatis aut fortunae aut morum ac studiorum commutatione impendentibus, ex quibus ducantur cautiones et praecepta dimittendae amicitiae [3]).

3) Alias offensionis causas in Ciceronis disputatione de amicitia deprehendisse sibi visus est C. A. G. Schreiber, qui vernaculae huius libri versioni Halae A. 1799. editae praefixit dissertationem, cuius pagina 5. sqq. illud primum reprehendit, quod Cicero praecepta dederit cultioris generis hominibus, inferioris ordinis amicos praetermiserit. Nimirum exempla potissimum V. D. intelligit ex nobiliorum virorum ordine sumta, consulum, praetorum, magistratuum. In quo debebat V. D. animadvertere Romanorum morum a nostris diversitatem, privatae plebeiorum vitae obscuritatem et ignobilitatem, atque exemplorum, quibus in hac disputatione opus erat, usum. Exemplorum enim vis hoc etiam maior est ad id, quod volueris, efficiendum, in quo clariore luce ii versati sunt, quorum exempla adhibeas. Leviorum autem amicitiarum, eorumque, quae notanda erant, vitiorum exempla e scena Ciceronis humanitas satius habuit, quam e vita privatorum hominum repetere. Eodem paene referenda *altera* est vituperatio, cum Ciceronem queritur Stoicorum de summo bono sententiam contemsisse, quorum disciplinam in libris de officiis secutus esset. Ad haec supra responsum est, cum dicerem Laelii, a doctrinae arrogantia alieni, sapientiam decuisse, non quid alii de amicitia statuissent, exponere, sed quid ipse sentiret et praecipiendum putaret. Neque praetermittendum est, de officiis Ciceronem sic disputare voluisse, ut Panaetii Stoici libros interpretaretur. *Tertio* loco Schreiberus amicitiae definitionem, c. 6. pro-

Ad hanc normam, quam ratiocinativae et collectivae quaestionis cupidissimus quisque exspectare solet, tantum abest, ut Cicero, quae de amicitia sentiret, eloqui voluerit, ut philosophorum et scholarum argutiis aliquando exemtus, eam disceptandi rationem sequi constituisse videatur, quam verae simplicitatis et humanitatis sensus, liberalioris et cultioris ingenii vis, atque fidelissimae non mentis sola cogitatione, sed usu cognitae eius amicitiae, quae ipsi cum Attico iuncta erat (vid. Epist. ad Att. I, 17 et 18.), dignitas flagitaret. Quibus consideratis, quaecunque movere et erigere animum in hac causa possunt, et ad expetendam colendamque veram amicitiam impellere, in media saepe disputandi vel argumentandi aequabilitate et mediocritate interposita orationis lumina videbis, ut sensa et cogitata pronuntiandi

---

positam, virtutis conditione carere arbitretur. Parum autem V. D. consideravit illud, c. 6, 5. esse positum, nisi in bonis amicitiam esse non posse. Qualium igitur virorum consensio illa esset, c. 6. non dicendum putavit, sed quam late paterent eae res, in quibus amici consentirent. *Divinae* autem et *humanae res* ipsum illud continent, quod veri et honesti studium dicimus, quod quidem V. D. in illa definitione iudicat deesse. Nam idem Cicero de Fin. II, 12. *sapientiam* definit *scientiam divinarum et humanarum rerum*. Quod V. D. amorem *quarto* loco desiderat, non perpendit, de amore, ex quo oriatur amicitia, placuisse c. 8 et 9. disputare; benevolentiam autem et caritatem in illa definitione non esse neglectam. — Neque debebat V. D. postulare, ut Cicero civitatum formas et conditionum varietates omnes distingueret, quantumque quaeque ad iungendas amicitias conferret. Romanae enim virtutis, patriaeque reverentia non cessisse putanda est studio amplitudinis et subtilitatis disputandi, neque par est, quae nostrae aetatis ratio flagitat, in veterum operibus requirere. Postremo V. D. non audiendus est, cum de adulatione et assentatione a Cicerone c. 25 et 26. minus subtiliter et diligenter disputatum esse queritur, quam a Plutarcho de discrimine amici et adulatoris, qui hanc Ciceroniani libri partem, eam quidem pro instituto minimam, egregie et abunde explicaverit.

varietatem, alacritatem et facilitatem admireris. Nullus vel doctrinae vel facetiarum vel argutiarum splendor operose quaesitus: nihil eorum, quae oblectare animum lectoris possint, abunde effusum aut cumulatum, sed, ut in amoenissima regione, et rerum et verborum concinnitate et suavitate retineris, cum incidis modo in iucundissimam dictorum vel aeterum, ut capp. 10, 14, 25, 27. recordationem, modo in exempla tum antiquioris, tum Laelii temporis, sive e vita communi, sive e scena repetita ut capp. 11, 12, 15, 19, 20, 25, 26. Acute dicta et proverbia quam multa, quam ad rem apta, ad gravitatem idonea capp. 16, 17, 19, 20, 22, 24. Et si quando sermonis vigor a via deflexerit, facilis ad eam, si opus est, patet reditus, contemta ea familiaris sermonis levitate, quae, ut fit, ab alia re ad aliam aberrans nihil perficit, sed quidlibet vix tactum relinquit.

Sed antequam ipsum illum, quem Cicero in hoc libro secutus est, ordinem exponam, illud videtur animadvertendum esse, quod Cicero Laelium suum fecit sic de amicitia loquentem, ut, aliorum philosophorum placitis praetermissis, suum potius iudicium sequeretur; id quod sane spectatam Laelii sapientiam non a philosophis acceptam, sed natura duce ex ipso rerum usu vitaque communi petitam decebat. Qua mente Laelius, repudiata dialectica Graecorum arte et arrogantia (c. 3, 2.), istam Stoicorum sapientiam (c. 5, 6.), quam mortalis nemo est consecutus, contemnens, ea spectat, quae sunt in usu vitaque communi, virosque bonos, inter quos vera amicitia esse possit, appellandos esse eos putat, qui sequuntur, quantum homines possunt, naturam, optimam bene vivendi ducem. Neque virtus solumne, an summum bonum sit, Laelius, qui nulli philosophorum disciplinae addictus est, inquirit, sed c. 6, 2. qui autem, inquit, in virtute summum bonum ponunt, praeclare illi quidem, sed haec ipsa virtus amicitiam et gignit

et continet, nec sine virtute esse illo pacto potest. Idem a Stoicis admodum dissentiens, in sapientem animi dolorem cadere dicit, p. 13, 9, nisi velis eius animo exstirpatam benevolentiam, ut laetetur bonis rebus, doleat contrariis. Beatam vero vitam non, ut Stoici, una virtute vult contineri, sed in amicitia omnia c. 22, 6. inesse dicit, quae putant homines expetenda, honestatem, gloriam, tranquillitatem animi atque iucunditatem, ut cum haec adsint, beata vita sit, et sine his esse non possit. Ne Pythagoram quidem, illius dicti auctorem (cf. de Offic. I, 17. de Leg. I, 12.), amicorum esse omnia communia, Laelius sequitur, quamquam amicitiam in omnium rerum communitate ponit (c. 17.). Nimirum iudicandus est Laelius suo iudicio et amicitiae usu hoc cognovisse pariter atque illud, ut amicus sit alter idem (c. 21, 14. 25, 3.), quod acute dictum eidem Pythagorae videtur deberi, quamquam Diog. Laert. VII, 23. Zenoni Cittieo tribuit; vid. Beyerus ad Cic. de Offic. I, 17. Cum igitur Cicero Laelium vellet suum iudicium sequi, nihilque aliunde petitum, sed quae ipse sentiret de amicitia exponere; quidquid Laelius, qui dicitur de Fin. II, 8. Diogenem Stoicum et Panaetium audivisse, graecarum litterarum didicerit, in hoc sermone praetermittit, cum etiam modestia sic iubeat, ne illam doctrinae et sapientiae laudem, quam generi c. 2. ipsi tribuerunt, sibi arrogare videatur. Quare ut Stoicorum et Pythagorae nomina tacentur, sic nulla sit mentio Aristotelis, qui Ethic. ad Nicomachum librum VIII et IX. de amicitia scripsit, nulla Xenophontis Memorab. Socr. I, II. c. 4—7. Quamquam Ciceronem non latuisse videri debent, quae Aristoteles, quae Xenophon, quae Theophrastus de amicitia docuissent. Nam etsi alia fuerit huius instituti ratio, negari tamen nequit, Ciceronem multa ex superiorum philosophorum libris in suum usum suo iudicio convertisse, ut capp. 6, 11, 15, 17. si Xenophontem comparaveris. Nam cum Aristotele permul-

tis locis consentit. Theophrasti librum A. Gellio licuit comparare.

Ordinem autem disputandi Cicero hunc esse voluit, ut proposita c. 4. eius, quae Laelio cum Scipione fuit, amicitiae imagine, perfectae amicitiae vim et praestantiam c. 5—7, ortum vero eius describeret c. 8 et 9, deinde de colendis bonorum virorum, seu mediocribus amicitiis praecepta daret c. 10—20. denique de vulgaribus, et de dissuendis, aut cavendis, aut ferendis leviorum hominum amicitiis moneret c. 21—26. Utrumque hunc locum similima ratione aperit, cum c. 10. de periculis, quae impendeant bonorum virorum amicitiis, exponit; quae pericula ut vitentur, leges et fines constituit diligendi, quibus praeceptis cum etiam prudentia amicos eligendi continetur c. 17, 4. aditus fit ad inaequalium amicorum officia usque ad c. 20. Tum commemorata dimittendae vel potius dissuendae amicitiae necessitate, cuius causa est in amicorum vitiis, cautionem omnem refert partim ad amicorum delectum, partim ad prudentiam in levium amicorum usu. Quarta denique pars totum hunc sermonem concludit, cum se Laelius, ad prima illa rediens, ex vulgaris amicitiae considerandae molestia praeclara illa virtutis et verae amicitiae imagine, repetitaque Scipionis memoria quasi recreat.

Quae in prima illa parte c. 6—10 ponit amicitiae iungendae quasi fundamenta, duo sunt. Quorum alterum est, ipsa virtute amicitiam gigni et contineri, nihilque amabilius esse virtute. Alterum hoc est: Natura nihil esse appetentius sui simillium. Hinc deinceps ea ducuntur, quibus amicitia efficitur, quae quidem sunt per totam hanc disputationem sic diffusa, ut etiam inde a. c. 10, si qua e superiore parte repetuntur, novi tamen aliquid addatur. Nam duo illa coniuncta vides, cum sensus amoris in viro bono exstitit, si quem nactus fuerit, cuius cum moribus congruat, quod in eo quasi lumen aliquod probitatis

et virtutis perspicere videatur. Ad illum primum motum amoris (c. 9, 2.) accedit benevolentia, ut sit inter amicos honesta certatio. Ita quasi exstructam amicitiam est, cur c. 17, 1. dicat omnium rerum, consiliorum, voluntatum, studiorum communitatem, quam c. 6. omnium rerum consensionem dixerat, antequam ad agendum mutuamque benevolentiam perduxisset. Summum gradum amoris significat c. 21, 14. cum efficitur, ut amicus sit alter idem; virtutis vero vim maximam in amicitia declarat c. 22, 6.: in qua beata vita insit. Haec autem amicitiae quasi tela pertexitur, aut absoluta ostenditur in Laelii et Scipionis amicitia c. 27. recolenda.

Haec qui observarit, ut bene diligenterque institutam a Cicerone huius sermonis rationem et viam videbit, sic ipsa sententiarum serie considerata, quam iusto loco singula locata sint, quantaque artis laus in ipsa disputationis facilitate et simplicitate insit, apparebit. Quare totius libri argumentum eo quidem modo persequar, ut singulorum nexum accuratius, quam ab aliis interpretibus factum vidi, indicem. Cui adumbrationi addentur denique quae ad offensiones istas, quas diximus, et ad alias levandas notanda videbuntur.

Quae Cicero de huius libri instituendi ratione ad Atticum c. 1. scribit, fere haec sunt: Laelii sermonem de amicitia cum Q. Mucio Scaevola et cum altero genero, C. Fannio, paucis diebus post mortem Scipionis Africani habitum, Q. Mucius augur exposuerat, cum Cicero apud eum esset. Eius disputationis sententias memoriae mandatas Cicero se dicit hoc libro, ut prodesset multis, Attici rogatu exposuisse suo arbitratu. Itaque C. Fannium c. 2. facit laudantem Laelii sapientiam. Quam cum Scaevola dixisset se in morte Scipionis, cuius dolorem Laelius moderate ferret, animadvertisse; Laelius, ut modeste de se sentit, causam moderationis suae in eo dicit esse c. 3, quod nihil mali Scipioni accidisse putet,

qui ex summo dignitatis gradu ad superos videatur potius, quam ad inferos pervenisse. Hinc suscitato desiderii sensu, et amicitiae Scipionis recordatione elatum Laelium c. 4 ext. rogant adolescentes, ut de amicitia disputet quid sentiat, qualem existimet, quae praecepta det. Quos, frustra excusatus, c. 5, 3. se tantum hortari posse dicit, ut amicitiam omnibus rebus humanis anteponant. His verbis et animi sui, amicitiae laude pleni, commotionem expromsit, et aditum patefecit ad id, quod c. 5, 5. addit, nisi in bonis viris amicitiam esse non posse [4]). Quam virorum

4) Eandem denique Cicero pluribus locis, mutatisque verbis fingit amicitiae c. 6. perfectae, c. 17. mediocris, tum in sensu, tum in actione magis positam notionem, vel potius imaginem, ut fontem, vel initia, vel necessitatem, vel fructus eius describat. Latiore sensu quae dicitur amicitiam contractius dicit c. 7, 5. *benevolentiae coniunctionem*, ut Aristoteles Ethic. ad Nicom. VIII, 2. ἔννοιαν ἐν ἀντιπεπονθόσι. Quam autem *omnium divinarum humanarumque rerum cum benevolentia et caritate summam consensionem* dixit, eam ad agendum magis convertit c. 17. Et ut superiore loco eorum, qui veram amicitiam iunxissent, bonitatem c. 5. posuerat, ita nunc placet mediocris amicitiae conditionem primis his verbis indicare: *ut, cum emendati mores amicorum sint, tum sit inter eos omnium rerum consiliorum, voluntatum, studiorum sine ulla exceptione communitas.* Explicatius ostendit cumulate perfectam illam amicitiam, qua ipse cum Scipione iunctus fuerit c. 4, 9. et c. 27. ut consensionem illam et communitatem, amorem, benevolentiam, studia coniuncta habeas. Est igitur sua cuiusque loci ratio spectanda. Aristoteles Eth. lib. VIII, 3. triplex distinguit amicitiae genus, cum tres possint esse amandi causae. Amabile enim est id, quod aut utile, aut iucundum, aut bonum est. Itaque iunguntur amicitiae aut διὰ τὸ χρήσιμον aut δι' ἡδονήν; sed ἀγαθοὶ δι' αὐτούς φίλοι. Prout autem quaerunt quod communiter prosit, aut quod particulatim, civiles *Πολιτικαὶ* aliae sunt quam navigatorum amicitiae, a quibus differunt sodalitiae ἑταιρικαὶ, ξενικαὶ, συγγενικαὶ, ἐρωτικαὶ. Quae amicitiae omnes cum non stabiles sunt, sublata voluptate aut utilitate, cuius causa iunctae sunt; in moribus posita amicitia manet: ἡ δὲ ἠθῶν καθ' αὑτὴν οὖσα μένει aut VIII, 4. τελεία δ' ἐστὶν ἡ

onorum coniunctionem a civium et propinquorum so-
ietatibus c. 5 extr. distinctam, cum c. 6 omnium
ivinarum humanarumque rerum cum benevolentia et
aritate consensionem dixisset, eiusque prae ceteris
ebus opportunitates inter eos, quibus communis vita
ontenta est, comparata vi amicitiae concordiaeque
i rerum natura [5]) conservanda, exposuisset, illi ge-
erorum rogationi satisfecisse sibi videbatur.

τῶν ἀγαθῶν φιλία καὶ κατ' ἀρετὴν ὁμοίων, αὗται γὰρ τἀγαθὰ ὁμοίως ἀλλήλους βούλονται ᾗ ἀγαθοί· ἀγαθοὶ δ' εἰσὶ καθ' ἑαυτούς, οἱ δὲ βουλόμενοι τἀγαθὰ τοῖς φίλοις, δι' αὐτούς, ἕνεκα, μάλιστα φίλοι. δι' αὐτοὺς γὰρ σύστασις ἔχουσι, καὶ οὐ κατὰ συμβεβηκός. Quos autem utilitas, aut voluptas conglutinavit, Aristoteles φαύλους appellat. Hoc igitur amicorum genus tam Cicero repudiavit, ut nullam a rebus amicitiae propositis duci eius vellet partitionem, sive ad utilitatem, sive ad voluptatem pertinentibus, sed *a natura* inquit c. 8, 4. *mihi videtur potius, quam ob indigentia orta amicitia, et applicatione magis animi cum quodam sensu amandi, quam cogitatione, quantum illa res utilitatis esset habitura.* Et c. 9, 6. *amicitiam non spe mercedis adduoti, sed quod omnis eius fructus in ipso amore inest, expetendam putamus.* Quare unam illam amicitiam, quae in virtutis perspectae amore constituta sit, hoc nomine dignam, *perfectamque* existimat, ut, cum non omnium hominum perfecta virtus sit, non nisi ex illa hominum diversitate causa repetatur distinguendae *mediocris* amicitiae, quae obnoxia est quibusdam servandae virtutis periculis, et *vulgaris*, in qua non raro vitia amicorum erumpunt, ut non expetendae, sed aut dissuendae aut ferendae sint.

5) Quae sunt in hominum animis excellentia, eorum prima indicia vel elementa veteres philosophi solent in rerum natura quaerere, ut fiat quaedam necessitatis ex communitate significatio. Hunc morem secutus Cicero hominum et amicorum amorem dicit aliquo modo, natura duce, apparere in bestiis, quae natos ex sese diligunt ad quoddam tempus c. 8, 6; quae primum sese diligunt, deinde requirunt, ad quos se applicent c. 21, 15. Quid? quod amicitiae similitudinem videt inesse in illa latius patente concordia, qua domi et urbes conservantur c. 7, 5. ut Aristoteles Ethic. VIII, 1. ἡ γὰρ ὁμόνοια ὁμοιόν τι τῇ φιλίᾳ ἔοικεν εἶναι. Quin etiam quae in rerum natura, totoque mundo constarent, quaeque move-

Sed denuo rogatus, Laelius de ortu amicitiae c. 8 disputat, qui sit a natura, quam ab imbecillitate et indigentia et verior et gravior. Naturae vim cerni in amore, ut bestiarum et hominum, qui natos ex sese amant, sic eorum, qui alterum propter virtutem et morum similitudinem [6]) diligunt. Benevo-

---

rentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam c. 7, 7. Ita poetarum artem, quae inanimatas res ad hominum effert similitudinem, Empedocle, Agrigentino philosopho eodemque poeta, praeeunte adhibet. Eundem Empedoclem, cuius versus Sextus Empiricus adv. Phys. IX, 10. servavit, testatur Plutarchus de placitis philos. I, 3. quatuor rerum elementa posuisse, *δύο δὲ ἀρχικὰς δυνάμεις, φιλίαν τε καὶ νεῖκος.* Latissimam hanc amicitiae notionem Pythagoras videtur in philosophiam induxisse apud Iamblichum de vita Pythag. c. 33. qui *φιλίαν δέ*, inquit, *διαφανέστατα πάντων πρὸς ἅπαντας Πυθαγόρας παρέδωκε — κατὰ μίμησιν τῆς ἐν τοῖς κοσμικοῖς στοιχείοις ἑνώσεως.* Eodem argumento usus est Eryximachus apud Platonem Sympos. c. 12 et 13. qui duplicem fingit *Ἔρωτα*, quorum alter in omnibus rebus concordiae, alter discordiae auctor sit.

6) Quod Cicero Lael. c. 14, 5. ait. *nihil esse, quod ad se rem ullam tam alliciat, et tam attrahat, quam ad amicitiam similitudo*, Homero auctore Odyss. XVII, 218. *ὡς αἰεὶ τὸν ὁμῶιον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον* in proverbium abiit apud Plat. Sympos. 18, 3. *ὁ γὰρ παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει, ὡς ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει.* Aristot. Eth. VIII, 2. et Cicer. Cat. M. c. 3. et communi iudicio et usu confirmatum, denique sic auctum et amplificatum est, ut Cicero Lael. c. 21. extr. dicere non dubitet, hominem, qui se ipse diligat, alterum anquirere, cuius animum ita cum suo misceat, ut efficiat paene unum ex duobus. Quod ipse interpretatur de Leg. I, 12, 34. *Quid enim est, quod differat, cum sint cuncta paria? Quod si interesse quippiam tantulum modo potuerit, amicitiae nomen occiderit: cuius est ea vis, ut simul atque sibi aliquid, quam alteri maluerit, nulla sit.* Hanc similitudinis conditionem ac necessitatem non est, cur cum Beyero ad Offic. I, 17. putemus nasci ex obscuro illo atque augusto desiderio, quo animos suos cuncti, in quibus rectior est indoles, ad absolutam divinae imaginis unionem redintegrare studeant; sed satis est illud, quod Cic. ait. Lael. c. 6, 6. *nihil dulcius esse, quam habere, quicum omnia audeas*

ntiam auget consuetudo, cuius utilitates amici nullas erant, sed capiunt maximas. Haec igitur de perecta amicitia, quam c. 6 extr. a vulgari et mediocri stinxerat.

Cum Laelius c. 9. extr. pergere iussus esset, l haec addit, quae de mediocri amicitia praecepta anda sunt. Nam ipsa, quae c. 10. dicit pericula pendere amicitiae ex morum, vel aetatis, vel studiorum mutatione, ea mala ut subterfugiantur, quoiam nulla est c. 11, 7. excusatio peccati, si amici ausa peccaveris, c. 12. hanc legem scribit, ut ne

---

sic loqui, ut teorum. Quod fieri nequit, nisi amici pari sint virtutis studio, paribus moribus. Quod autem Heraclitus apud Aristotelem Ethic. VIII, 2. statuit ἐκ τῶν διαφερόντων κάλλιστην ἁρμονίαν καὶ πάντα κατ' ἔριν γίγνεσθαι, id in communium quidem mores amicorum cadere potest, quorum non summa est omnium rerum consensio, a summa vero perfectae amicitiae imagine alienum est. Quamquam si studiorum et voluntatum, sed animorum indoles et varietas spectatur, cum in aliis naturae instituto plus sit tristitiae vel timoris, in aliis plus vigoris vel alacritatis, in aliis alia eius generis, hi non dispares mores appellandi sunt. Dispares enim mores, ut Cic. dicit Lael. c. 20, 11., disparia studia sequuntur, quorum dissimilitudo dissociat amicitias; sed illa animorum varietas id efficiet, quod idem vult fieri in amicitia c. 16, 9. ut amici iacentem animum excites, inducasque spem, cogitationemque meliorem. Verum haec omnis animorum dissimilitudo quatenus in eligendis amicis ferenda vel expetenda sit, optime quisque, prout sese cognoverit, et quae in altero sunt excellentiora admiratus fuerit, iudicabit. Haec enim, aesthetica quaedam ratio amicitiae est, cuius pulcritudo aut cernitur in summa eaque perpetua animorum similitudine, aut in eo consensu, qui existit ex leniore quadam contentione vel dissimilitudine, ut varii colores in eodem iubaris candore confluunt (v. Beyerum l. l.), aut ut soni gravitatis gradu distantes ad quandam concentus suavitatem iunguntur, aut ut acerbitas dulcedine permista temperari solet. De qua variorum, vel dissimilium, vel diversorum animorum ad amicitiam coniunctione quoniam certa quidem praecepta nulla dari possunt; Cicero c. 20. satis habuit eos monere, qui se a suis aut ingenio, aut fortuna, aut dignitate superari sentirent.

rogemus res turpes, nec faciamus rogati quidquam contra rempublicam, ut nonnulli fecerunt, sed honesta cum studio, sine cunctatione, consilio dando, suadendo, monendo (c. 13). Quin etiam cura vel angor est saepe amicis capiendus. Quod monet contra eos, qui c. 13, 2. partim securitatem caput esse putant ad beate vivendum, partim praesidii adiumentique causa amicitias expetendas esse opinantur. Ad hos redit Laelius, postquam illos castigavit, sequenti cap. 14, cum dicit, plurimum esse iucunditatis in vicissitudine studiorum et, natura duce, cum bonis inter bonos quasi necessariam benevolentiam, quae eadem a caritate nec populorum nec vulgi abhorreat. Utrique autem illi adversario c. 14, 8. opponit, non tam utilitatem partam per amicum, quam amici amorem ipsum delectare prae opum affluentia (c. 15). Quem amorem abesse a tyrannorum et praepotentium vita, ab eisque certe negligi amicitiam. Haec igitur praecepta inde a c. 10—16 data sunt ad fines constituendos amoris, ne quid contra rempublicam et virtutem fieret, et ad studiorum vicissitudinem ab utraque parte excitandam.

Inde a c. 16 fines diligendi constituuntur, ab eo ipso repetiti, qui diligit, aut ab iis officiis, quae sunt cuique erga seipsum conservanda. Huc tres illae sententiae pertinent, quibus c. 16 refutatis, postquam Laelius, Scipionis recordatus, reprehendit illud: amare oportere, ut si aliquando esset osurus, notionem mediocris amicitiae, vel eius, quae est amicorum, quorum mores emendati sunt, c. 17 interponit. Haec voluntatum studiorumque communitas ut doceat quousque progredi debeat, minus iustas amicorum voluntates, in quibus eorum aut caput agatur aut fama, adiuvandas esse dicit, modo ne summa turpitudo sequatur [7]); nec vero negligendam famam et

7) De illa quaestione: minusne iustae voluntates amicorum adiuvandae sint, Gellius I, 3. testis est cum ab aliis philosophis,

ivium benevolentiam. Sed in primis iudicandum est, ui sint ad amicitiam idonei, quod difficile est iudiare, nisi expertus cognoveris, prudentia opus esse, opetum amicitiae sustinendum, et aliqua parte peri-

---

tum a Theophrasto Peripatetico, cuius librum de amicitia scriptum Cicero videatur legisse, diligentissime esse disputatum. Quo loco illud commemoratur, quod de utilitatis et honestatis contentione vel comparatione animadvertendum est. *Nam cum in rebus aut paribus, aut non longe secus, utilitas amici et honestas nostra consistit, honestas procul dubio praeponderat: Cum vero ambi utilitas nimio est amplior; honestatis autem nostrae in re non gravi* (ut Cicero c. l. *modo ne summa turpitudo sequatur*) *levis iactura est: tunc, quod utile amico est, id primum illo, quod honestum nobis est, fit plenius; sicuti magnum pondus aeris parva lamina auri fit pretiosius.* Altera excusationis causa in illo eiusdem Theophrasti est, cum diceret omnes officiorum existimationes regi, et nunc ratas nunc irritas effici personarum, et causarum, et temporum, et necessitatum momentis, aut ut Favorinus philosophus censebat, gratiae indulgentia: Tertio loco in hac controversia dirimenda habendum est illud apud Cic. pro Mur. c. 3. siquis in civium periculis defendendis scelus commissum esse confiteretur, idque recte factum esse defenderet, improbe fieri; nihil vero commissum contra legem esse defendere ipsa lege non impediri. Eodem iure quis nesciat apud nos etiam reorum causas defendi ab iis, qui hominum periculis sublevandis suum laborem impertiant? Quartum hoc est, quod in civium periculis magna etiam vis est lenitatis et misericordiae, cuius partes, quas natura ipsa docuit, quisque debeat agere, dum non respublica gravitatis severitatisque partes imposuerit, vid. Cic. pro Mur. ibid. coll. Orat. pro Sulla c. 3. Denique facile erat, neglecta iustitia, veniam dare amicitiae, cum concessum amicis esset Lael. c. 16, 2. amicorum causa facere, quae, minus decora, nunquam nostra causa faceremus, ut precari ab indigno, supplicare, eiusque generis alia. Quo loco addit: *quae in nostris rebus non satis honeste, in amicorum fiunt honestissime.* Adeo proclive est decorum cum iusto in amicitia confundere; et quae in vita communi caritatis quodam et studii ardore excusantur, ut fiant, praecipere. Quod hoc etiam magis mirandum videretur Ciceroni accidisse, qui eiusdem Laelii c. 11, 7. dixisset; *Nulla est igitur excusatio peccati, si amici causa peccaveris*, nisi

clitandos mores amicorum, ut eligas firmum, stabilem, fidum, simplicem, communem, nihil simulantem, non suspiciosum, non tristem, sed comem et facilem c. 18. In promtu nunc erat, ut, cum de delectu amicorum praecepisset, amicis aliquo nomine disparibus praecepta daret c. 19. Vetustatem esse suo loco conservandam, superiores non decere se anteponere inferioris ordinis amicis. Inferiores ne doleant, se a suis aut ingenio, aut fortuna, aut dignitate superari, neve exprobrent amicis officia: sunt tamen illi verbis et opere levandi. His ubi addidit monitum de intemperata benevolentia, concludit hunc locum lege, quam c. 12 sanciri voluerat, in omni re considerandum esse et quid postules ab amico, et quid patiare a te impetrari.

C. 21 dicit, a sapientium familiaritatibus ad vulgares amicitias orationem suam delabi. Nunc igitur quaeritur, non quomodo pericula amicitiae et vitia vitari possint, ut c. 11—20, sed de dimittendae amicitiae calamitate, cum eruperint vitia amicorum, quorum ad amicos redundet infamia. Maxime cavendum est, ne inimicitiae susceptae videantur, c. 21, 9. Omnino autem, ne nimis cito diligere incipiamus, neve non dignos. Quo loco reprehendit eos, qui mercedis spe amicos eligunt. Diligendum esse amicum, qui sit alter idem, ita ut quisque se diligit. Cum autem plerique amicum talem habere volunt, quales ipsi esse non possunt; par esse dicit, ipsum esse virum bonum, tum alterum similem sui quaerere. Virtutum enim amicitia adiutrix data est, non vitiorum comes c. 22, et amicorum habendus ad summum naturae bonum optimus beatissimusque comitatus. Quocirca cum iudicaveris, diligere oportet, non, cum dilexeris, iudicare. Atque cum omnium,

---

constaret, philosophum de iis officiis ibi disputasse, quae prima deberentur reipublicae; a qua proximum locum tenent parentes et propinqui, tertium amici v. de Offic. I, 17. extr.

am asperiorum, consensu, quoniam natura nihil litarium amat, amicitiae varius et multiplex usus , vituperanda est rei tam necessariae incuria, et t sapientis suspicionum offensionumque causas in nicitia tum evitare, tum levare, tum ferre. Maxima lpa est in eo, *qui et veritatem aspernatur, et in udem obsequio impellitur. Adulatio, blanditia, sentatio amicitiae maxime repugnant.

His praeceptis de vulgari amicitia datis, redit virtutem, amicitiarum conciliatricem et conserva- icem. Tum repetita suae, adolescentis cum senibus senis cum adolescentibus iunctae, familiaritatis me- oria, in Scipionis amicitia, quam etiam magnifcen- is nunc celebrat, quam c. 4, desiderii solatium, aeter cogitationem et memoriam ab aetate sentit aeberi.

XV.

DE GYMNASIORUM FREQUENTIA CAUTE MINUENDA PROLUSIO.

Vix tria saecula sunt, cum inscitiae ac superstitionis taedio in Germania potissimum commoto, suscitatus litterarum doctrinaeque amor sensim ad hominum vitam et ad omnes fere reipublicae partes emendandas ornandasque permanare coepit. Nam cum omnis antiquitatis memoria repeteretur, tum graecae et latinae linguae cognitio, optimorumque scriptorum lectio iis, qui mentem et animum suum excolere et perpolire vellent, commendaretur, nullum cultioris vitae genus eligere quisquam et recte sequi posse, vel viri docti nomen et laudem adipisci videbatur, nisi qui ex hoc uno limpidissimo scientiae elegantiaeque fonte non modo rerum copiam ac sententiarum auctoritatem, sed etiam formae et orationis gravitatem et suavitatem hausisset. Ut in Acade-

miarum scholis latino ore omnes fere litterarum partes docebantur, sic de r[illegible]s ad aliquam disciplinam pertinentibus vix nisi communi doctorum sermone scribi vel decebat vel commodius erat, scilicet vernaculae linguae paene insuetis. Gymnasiis vero, quibus iuvenum animi ad subtiliorem doctrinam concipiendam praepararentur, id unum maxime erat propositum, ut Romanae eloquentiae, philosophiae et poesis admiratione imbuti (nam graece pauciores emicebant) ex assidua veterum scriptorum lectione rerum scientiam dicendique facultatem peterent, atque humanitatis vim omnem in illo thesauro reconditam esse rati, sentiendi, cogitandi statuendique rationem suam ad antiquorum scriptorum iudicia componerent. Quid? quod in inferioribus ludis puerorum aures latinae voces crebrius quam germanicae linguae locutiones circumsonarunt. Adeo percrebuerat ista opinio, nullam esse mentis excolendae vel iuventutis erudiendae viam, nisi eam, quam antiquarum linguarum cognitio aperiret, malueruntque qui non ad operarum sordes deblegari vellent, latine scire videri, quam quae ad communis vitae usum pertinerent cognoscere, quippe quae, quantum opus esset, ipsa experientia quemque satis accurate doceret. Hinc illa in scholis doctrinae et mathematicorum et physicorum et geographorum ignorantia, quasi ad harum rerum scientiam nemini praeter viros doctos, qui huius generis artes profiterentur, aditus pateret. Neque quid verum esset, quid homine ratione praedito dignum, tam quaeritatur, quam sola consuetudine moreque maiorum vel ducebantur, quorum interesse debebat utilitatis quaestusque faciendi modum faciliorem reperiri, nullum magnopere causas investigandi acceptaque emendandi periculum facere ausi. At mutata res est toto superiore saeculo. Nam cum multis modis domi foriscue perculsos et tamquam ex diuturno somno expergefactos animos liberalioris cuiusdam sentiendi rationis pax ad commodioris ac splendidioris cultus anquirendi

cupiditatem, tum etiam ad veri c[illegible]di studium incendisset; excussi sunt multi inveteratique errores, ut mox nulla pars rerum humanarum esset, quae non ex nimia vetustatis reverentia, levatoque mutandarum rerum horrore, dubitandi primum, deinde emendandi imitandique fervorem experiretur: mirumque esset, ni domestica etiam et publica puerorum institutio, multis ea quidem vitiis et inveteratis malis inquinata, tentaretur, videreturque plus liberalitatis ac facilitatis in ludis et scholis adhibendum esse, quam pravae consuetudinis dominatio, ad liberos ingenuosque homines educandos minus comparata, tulerat. Naturam enim nunc et rationem ducem sequi visum est decere, nihilque temere et sine iudicio facere, ac providere, ne vitiosa diutius, etiamsi tempore et usu stabilita essent, comprobarentur aut falsa pro veris haberentur, sed circumspiceretur, si quid usquam esset ad eum finem, qui est toti generi humano propositus, ad cultioremque vitae conditionem aptius et convenientius. Ita factum est, ut, cum multa ubique, tum illud quaereretur, utrum ex eodem antiquitatis fonte omni tempore omnia doctrinae et elegantiae principia repetenda essent, an Germanorum quidem gens, percepto largissimo diuturnae reverentiae, studiique in veterum scriptorum operibus cognoscendis et imitandis positi fructu, eo humanitatis progressa esset, ut, cum ex suis scholis in quaque litterarum parte permulti probabiles, aliqui etiam praestantissimi scriptores prodiissent, tandem aliquando liceret aut novos hos duces sequi, aut suo iure iudicioque uti, ne qui, quasi pupilli aetate transacta, ad maturitatem pervenissent, nil nisi graeca et latina crepantes, in sempiterna priscorum hominum tutela manere viderentur velle. Qua de re etsi non omnes consentiebant, plerique tamen scite iam dudum iudicarunt, cum omnem cultissimam antiquitatem, tum classicorum utriusque linguae scriptorum memoriam esse etiam posthac nim a cum ad-

miratione ac superstitione, sed adhibenda diligenti interpretatione iudicandique libertate duas potissimum ob causas repetendam. Quarum una haec est, quod, cum optimi graecae latinaeque antiquitatis scriptores, natura duce, atque admirabili quadam ingenii simplicitate, varietate, subtilitate litterarum et artium fere omnium fundamenta posuerunt et in quovis doctrinae genere veri, honesti pulcrique sensum nec fucatum nec depravatum secuti, elegantiae plena opera primi ediderunt, vix ulla litterarum pars potest recte docteque nostra aetate futurisque saeculis tractari, quin vel initia doctrinae et fines, vel rerum plurimarum copia et iudiciorum acumina, vel apte ornateque dicendi ratio ab illis discatur. Nullum est enim adversus vanitatis fraudem certius praesidium, quam si antiquae pulcritudinis formam intuiti, quid verum, simplex sincerumque sit, quid deceat, ubique ratione cognoscimus, nostrasque mentes ad illorum praestantiam fingimus et exercemus. Altera causa, cur graecae latinaeque antiquitatis opera non sunt unquam negligenda, in linguae utriusque praestantia cernitur, cuius accurata cognitione nihil est, quo puerorum ac iuvenum ingenia et mentes aptius et certius excitari et ad recte iudicandum dicendumque subigi ac temperari possint. Hinc crebra huius doctrinae et philologiae commendatio: hinc iterata virorum intelligentium postulatio, ut qui viri docti laudem expetant, primam aetatem accurata linguarum cultissimarum cognitione et usu exerceant, et mature assuescant rationis iudiciique usu errorem ac superstitionem fugere.

Gravissimis his causis et iudiciis permoti sapientissimi nostrae aetatis Principes hanc legem scripserunt, ut verae doctrinae et accuratioris scientiae initia in Gymnasiis a graecae latinaeque linguae cognitione et usu caperentur, mentesque puerorum ac iuvenum perpetua classicorum scriptorum interpretatione exercerentur et acuerentur, ut recte cogitandi, subtiliter

iudicandi apteque dicendi facultatem ad Academiae scholas doctrinaeque varietatem afferrent excitatum et subactum. Quae autem ad eundem finem pertinerent, multumque utilitatis ad eruditionem et humanitatem conferrent, mathematicorum disciplinam, historiarum notitiam et Franco-Gallicae, quin etiam vernaculae linguae cognitionem et exercitationem cum religionis morumque doctrina esse coniungendam. Hoc demum pacto litteras et artes florere, nec viros doctos, qui reipublicae administrandae et communis salutis curandae partibus et muneribus merito praeficerentur, esse defuturos. Melioris huius conditionis fructum percepturi repente multi ad Gymnasiorum disciplinam sequendam accurrerunt. In quibus cum non pauci essent, qui nullo naturae fortunaeve beneficio adiuti, sed nimis benigno de se aliorum iudicio vanaque futuri honoris spe pelliciti, ut mercaturae periculum vel agriculturae iniquitatem vel militiae molestiam vel officinae operam vitarent, doctrinae concipiendae cursum ingrederentur, verendumque esset, ne pro publicorum munerum paucitate ingens eorum, qui frustra peterent, multitudo in egestate miserrimoque denique otio torperet, aliis vero communis vitae negotiis manus et operae deessent; Principum sapientia voluit nimiam Gymnasiorum frequentiam imminui, eosque qui ad litterarum studium non satis idonei haberentur, prohiberi, ne sero rei temere susceptae impares contemtosque iuventutis contra naturam collocatae atque operae perditae poeniteret, ubi publicis muneribus indigni essent iudicati. Qua decretorum suorum sententia cultissimarum Germaniae partium Principes et id, quod reipublicae cura flagitabat, consecuti et de eorum salute, quos natura ad alia communis vitae negotia, ad quaestum manuumve operam vocasset, non minus meriti sunt, quam eorum causae consuluerunt, quorum ingenia et mores felicem studiorum eventum praestarent. Nam quamquam scholastica disciplina et praeceptorum cura ad rudes in-

cultosque pueros pertinet, multumque operae et laboris illud munus requirit, quo vel tardi vel leves distractique puerorum animi variis modis exercentur et ad diligentiam mentisque intentionem compulsi conformentur; nihil tamen magis et magistrorum patientiam afferendo denique taedio fatigat, et eorum puerorum, quos naturae benignitas liberaliorque educatio discendi cupidos, apertos et pudicos finxit, progressus retardat, quam commilitonum aut inveterata nequitia ac petulantia, aut mentis viriumque imbecillitas, quos crebra admonitio, graviorve castigatio frustra conata sit emendare vel excitare et erigere. Hos igitur, et si quos magistrorum observatio invita, ut aiunt, Minerva litterarum studium profiteri animadvertisset, Principum severitas exterminari e Gymnasii finibus iussit, cuius felicitas et fama non numero qualiumcunque discipulorum, sed ingeniorum bonitate, morum castitate, eruditionisque incrementis esset metienda.

Sed ne quid in iuventutem gravius statueretur, vel vitando alio malo in aliud incurreretur, cautionem quandam curamque Principum sapientia vidit adhibendam. Erant autem duo potissimum mala metuenda, si mediocris indolis pueri a Gymnasiorum disciplina et usu prohiberentur; quorum unum ad rempublicam pertinebat, alterum ad pueros, quibus decebat esse humanitatis expetendae studium et commune et liberum omnibus: quorum etiam reconditam implicitamque indolem certo iudicare cum saepe propter aetatis teneritatem esset difficillimum, verendum erat, ne ista prohibitio non careret iniquitate.

Quod primum dixi videndum fuisse, ne quam respublica iacturam faceret, hoc quale sit intelliget qui, considerata ea, quae nunc est, civitatis cuiusque cultioris conditione, publicorum munerum, quibus qui recte fungi velint non eodem omnes doctrinae genere instructos esse oportet, multitudinem cum virorum doctorum paucitate comparavit, quae futura esse vide-

batur, si optimae tantum indolis pueri ad litterarum studium idonei haberentur, aut rei familiaris copia ingenii mediocritatem compensari indicaretur. Atque etiamsi denique numerus eorum, qui satis instructi doctrinae opibus ex Academiae cursu evaserint, suppetat; nullus tamen magnopere, cum deceat ex multis unum praestantissimum eligere, delectus haberi poterit vel petitorum vel eorum, qui eandem artem profitentur: eaque virium contentio paene tollitur, quae animos eorum admodum stimulat, qui sciunt, nec deesse sese muneribus digniores, et facile se vinci posse a paribus. Accedit aetatis maturitas, quae non est negligenda, ne denique in virorum delectu ad inpuberes adolescentulos descendendum sit. At haec paucitas non potuit intelligentissimos Principes movere, ut mallent ad litterarum otium quemlibet glebis findendis natum pati confugere, quam severitate iudicii repelli eos, quos parum instructos doctrina et arte cognovissent, vel non satis muneri gerendo idoneos: sic enim statuunt, quemadmodum quae non domi nascantur, si opus sit, peti facillime possint ab exteris, ita extrinsecus venire, quos frustra in patria viros doctos quaesierint.

Alterum, quod dixi in imminuenda nimia Gymnasiorum frequentia cavendum fuisse, hoc est, ne, si pueri non optima indole praediti a linguarum et antiquarum litterarum studio prohiberentur, aditus his ad humanitatem videretur praecludi, dulcissimusque ille fructus invideri, qui unus maximus ex optimorum scriptorum operibus petitur, cuius percipiendi in cultissima quaque civitate quam plurimis debet facta esse opportunitas. Intelligimus humanitatem ea continentem, quibus natura hominem ceteris animantibus praestare voluit, veri, honesti ac pulcri sensum doctrina et arte et cultioris vitae usu excitandum, alendum et augendum. Cum autem tanta rerum per hominum sollertiam mutatione facta, tot artibus inventis et propagatis, humanitatis studium latissime

pateat, tum ad communem salutem plurimum interest, cives esse mente et animo sic excultos, ut, verum quid sit, videre honestum putent, errare, labi, decipi turpe existiment, omnesque intelligant, plurimarum rerum cognitionem et usum, causarum perspicientiam, providentem curam, certissimae commodissimaeque rationis in omni vitae parte explorandae facultatem cum facillimo pulcri et decori iudicio plurimum et ornamenti cuique afferre et utilitatis. Neque hac quidem aetate ullum non infimae operae et quaestus genus reperitur, quod quisquam prospere exercere possit, quin quid deceat, comprobationemque habiturum sit, suo iudicio exquirat, cum sagacissimi cuiusque et peritissimi opificis res familiaris maxime florere soleat, rudium et incultorum miserrima conditio sit. Quid igitur mirum, si filios voluerunt honesti cives sic instrui et erudiri, ut ad quodcunque vitae genus eligendum sequendumque praeter rerum plurimarum scientiam, quam superiora saecula doctissimis viris paene propriam reliquerant, mentem afferrent excultam, elegantiaeque omnis sensu imbutam et subactam? Atqui una videbatur ad hanc mentis iudiciique exercitationem patere via in Gymnasiorum disciplina, unde ultra exigua necessitatis communisque culturae elementa quodammodo progressi pueri ad officinas vel ad aliquod quaestus honeste faciendi genus traducerentur. Cuius eruditionis aditu intercluso, quoniam historiarum, geographiae, mathematicaeque vel physicae doctrinae, cognitio vix aliunde sine magnis privatarum scholarum impensis peti poterat, providendum sane erat, ne ex Gymnasiis exterminati pueri, qui, prima quidem aetate transacta, non viri docti nomen et dignitatem, sed scientiam rerum scitu dignissimarum et utilissimarum expeterent, omni discendi opportunitate destituti negligerentur; curaque geri debebat, ut vitando nimio discipulorum in Gymnasiis numero melior publicae institutionis ratio iniretur, qua quantum

scire non modo homine, sed cive, sed opifice, artisve alicuius vel commercii studioso dignum esset, publice traderetur, et pueri nullo Gymnasii desiderio ad tale vitae genus rite praepararentur. Atque multi etiam sentiebant, operae vix pretium esse, tantum laboris et temporis in antiquarum linguarum elementis misere ediscendis ponere eos, quibus, et naturae et constituti vitae generis ratione habita, ne spes quidem esset eo scientiae progredien[illegible], ubi scriptorum veterum lectio et interpretatio mentis vires subigit, facilioremque et acutiorem veri pulcrique sensum reddit. Tum illi, qui puerulis erudiendis aliquando operam dare, pagorumque ludis praefecti teneram aetatem legendo, literas pingendo, populari sermone scripta intelligendo adsuefacere, bonis ad religionem vitaeque usum pertinentibus praeceptis imbuere vel rerum natura describenda, enarrandis historiis, terraeque partibus in tabula monstrandis instruere vellent, vix dubitari poterat, quin ipsi primum sibi earum rerum peritiam docendique facultatem deberent parere, ne alia omnia ad istud munus, quam id, quo opus esset, afferrent.

Quamobrem sapientissimi Principes Seminaria, quae dicuntur, erudiendis et instituendis inferiorum ludorum magistris condiderunt: ex quo disciplinae genere qui prodierunt, aptiores plerumque ad munus suum habiti sunt, quam qui ex medio alienae doctrinae et antiquitatis in Gymnasiis cognoscendae cursu ad rusticam iuventutem erudiendam antehac fuerant ablegati. Nam suam quandam hoc munus animi facultatem aliumque docendi regendique usum postulat, quam adultiorum institutio. Sunt etiam in quibusdam civitatibus scholae conditae, quae ab artium, quae traduntur, varietate polytechnicae appellantur, eae quidem quaestui artibus faciendo inservientes, quibus ad opificum officinas vel ad rei rusticae vel saltuariae, mechanicae, architecturae, picturae, aliarum artium usum iuvenes praepararentur, ne ea dis-

cendi copia deesset, quae in Gymnasiis frustra quaeruntur, sed admodum scitu sunt necessaria, si quis eius generis artem aliquam velit colere.

Nihil vero ad nimiam Gymnasiorum frequentiam imminuendam, vitandumque iniquitatis periculum plus valuit, quam quod nostra aetate benignissimi Principes, cum et Gymnasiorum commodis et communi saluti consultum vellent, nec sumtibus parcendum existimarent, qui essent in iuventute recte instituenda impendendi, maiora aedificia civicis scholis, quae dicuntur, exstruenda curarunt, in quorum spatiis prima utriusque sexus aetas, satis disiuncta et in ordines distributa, utilissimarum rerum scientia instrueretur, eaque traderentur, quae ad commune omnium humanitatis studium vitaeque usum pertinerent; latinae linguae elementa, si qui doceri vellent, privatis scholis relinquerentur, aut certe a communi institutione seiungerentur. Ita demum Gymnasia inferioribus primae aetatis ordinibus, eorumque concursu liberata sunt, qui vana opinione decepti cum multis voluerant latinae linguae et grammaticae doctrinae initia discere, quae uni puero vel paucis longe facilius et citius traduntur, quam ubi puerorum multitudo vix potest satis eodem tempore exerceri, iustaque singulorum pro sua cuiusque facultate et indole tractandorum cura geri. Iam Gymnasiorum fines aptius sunt constituti, ut iis demum aditus pateret, qui, ut minimum dicam, latinae linguae elementis instructi primum graecae ediscendae periculum prospere fecissent, delectu quidem ingeniorum habito, exploratisque viribus, quo caveretur, ne quis aetatis quodam iure magis, quam certo bonae indolis et partae eruditionis specimine edito irreperet. Sed antequam examinum vel tentaminum publice habendorum beneficium describam, illud dicendum est, quo nihil plus ad Gymnasiorum fere omnium, quae nostra aetate Principum liberalitate florent, felicitatem apparet contulisse, quod et aptior facta est discipulorum in

plures classes vel ordines distributio, et praeceptorum non modo auctus numerus sed etiam arctior quaedam societas *(Lehrer-Conferenz)* iuncta est ad communicandas de discipulorum conditione, moderandis eorum studiis regendisque moribus observationes et sententias.

Nam quod ad discipulorum multiplicandos et propriis scholis distinguendos ordines attinet, quamquam per plures ire possunt, quae singulis tradenda sunt, pleraque vero hanc conditionem habent, ut eadem voce ad omnes simul perferantur (non enim, ut Quintiliani verba adhibeam, vox illa praeceptoris, ut coena, minus pluribus sufficit; sed ut sol, universis idem lucis calorisque largitur); tamen experientia docet, multorum saepe qui assident occlusas aures esse, nec raro obrepere segnitiem et desidiam, qua sopiti non plus praesentes auferunt, quam absentes. Horum excitandae et exercendae mentes sunt interrogatiunculis, quas pauci magis metuunt, quam qui in tanta frequentia securi vacuique cogitatione sedent, quasi non ad omnes eadem praeceptoris vox pertineat. Neque hoc nimiae frequentiae malum levari ea ratione in Gymnasiis poterit, qua commodissime in inferioribus ludis sola memoriae vis exercetur, cum aut totus puerorum chorus, signo a ludimagistro dato, eadem verba paribus intervallis pronuntiat, aut quini vel deni, a decurionibus moniti, eodem tempore suppressa voce, quae didicerunt, recitant. Ut enim quisque adultiorum plurimum profecerit, ita iudicio maxime utetur, cogitataque et perpensa interrogatus respondebit.

Constitutis autem pluribus discentium ordinibus, augendus etiam fuit praeceptorum numerus, doctrinae partibus non eodem ubique modo distributis. Aut enim eandem partem in plures cursus divisam unus vel duo tradunt singulis discipulorum parium ordinibus, iis quidem vel per certum temporis spatium servandis, vel secundum discendi progressionem, quo-

ties opus fuerit, in quaque litterarum parte seorsim constituendis, ut graecas scholas unus vel duo magistri, totidem alii latinas habeant, alius historiae cursus persequatur, mathesin alius, alius recentiores linguas doceat; aut, ne fastidium moveatur, plures quisque partes sive in una classi, sive in pluribus docendas suscipit, dum suum quaeque classis praeceptorem habet, qui peculiarem curam gerat, non idem omnem doctrinae disciplinaeve provinciam tueatur. Quae ratio in nostrae civitatis Gymnasio obtinet, emendata quidem superioris sacculi forma, cum tot essent praeceptores, quot classes, quibus deinceps unus, mox plures additi sunt, ne unius loci vacatione fieret totius disciplinae perturbatio.

Atque auctus praeceptorum numerus etiam monuit, ut non iisdem ubique temporis intervallis, sive mensis cuiusque Calendis et Idibus, sive (id quod in plerisque Gymnasiis et apud nos nunc est institutum,) septimo quoque die conventus praeceptorum haberetur, ubi ea, quae de institutionis eventu morumque disciplina observata et communicata essent, disceptarentur, et si quid graviorem pueri admonitionem vel castigationem requireret, moderato iudicio decerneretur. Ita consensu quodam magistrorum, ut par est, variae totius Gymnasii partes administrari possunt et id caveri, ne pro suo quisque animi sensu et facultate praeceptoris munere fungens et per se suas res gerens, reliqui quid toto anno agant, ignoret, totque sint disciplinae scholasticae vel eiusdem iuventutis regendae modi, quot praeceptores vel certe classes. Eodem vero praeceptorum consensu communique eiusdem causae tuendae studio et cura delectus ingeniorum habentur, et diiudicationes, quibus dixi facillime posse nimium discipulorum numerum inminui.

Triplex autem maturitatis explorandae pueris vel iuvenibus subeundum periculum est, ingressuris primum, ut a limine Gymnasii et ipso aditu prohibeantur, quos non satis paratos instructosque venisse

praeceptoribus animadversum fuerit; alterum extremo quoque semestri iis, qui in altiorem locum vel ordinem vel classem velint provehi; in tertio qui steterint, in Academiam abeundi veniam impetrant. Accedit quotidiana magistrorum observatio et vigilantia et crebro repetendus census, quo ordines discipulorum lustrantur, ut indociles, pigri, contumaces, quos nulla adhortatio et admonitio, ne poena quidem in rectam viam reducere potuerit, aliud vitae genus eligere iubeantur, denique, si mutare mentem noluerint, ipsius Ephori vel Supremi Senatus Scholastici auctoritate exterminentur. Hac sapientissimorum principum cura, qua cum omni Gymnasiorum causae pro sua cuiusque conditione consulere, tum frequentiae eorum modum et certos fines constituere voluerunt, vitari etiam illud periculum potuit, ne quid cupidius vel festinatius in alterutram partem de ea aetate statueretur, cuius excolendae prosperitas multas habet et a natura et a fortuna casus et varietates, quas diligenter observare decet eos, qui pueros et iuvenes volunt moderari et regere. Multum enim valent anni, quos natura exspectat, antequam efflorescat. Alii remissi sunt, nisi institeris; metus continet alios, alios excitat, alios debilitat; neque laus omnibus prodest pariter, quae non paucos laxiores facit et exiguo contentos. Ad alios illud pertinet, quod ait Quintilianus, acutissimus ille ingeniorum censor, qui, „Non subest, inquit, vera vis, nec penitus immissa radicibus nititur, ut quae summo solo sparsa sunt semina, celerius se effundunt, et imitatae spicas herbulae inanibus aristis ante messem flavescunt. Placent haec annis comparata: deinde stat profectus, admiratio decrescit.“ Adeo varias in partes movetur boni praeceptoris observatio ingeniorumque tractatio. Sed etiamsi saepe aliqua latent, nec possunt omnes animorum recessus aperiri, causae remotiores, quae institutionis eventum impediant, perspici nec, quo modo vitia expellenda sint, ubique certo iudicari,

ı etiam domesticae rei conditio multa impedimenta
ciat; facilius tamen quod alterum observatorem
erit, cernet alter, ut ex aperte communicandis
evoleque disceptandis praeceptorum sententiis mul-
ad educandam et instituendam iuventutem non
sit non utilitatis redundare. Absit igitur omnis
dia et iniquitatis suspicio, praesertim cum in in-
ıenda ea, quae nunc tantum non ubique est, rei
ɔlasticae ratione Principes etiam liberalitatem suam
modo in amplificando praeceptorum collegio ma-
busque laborum praemiis constituendis, sed etiam
evanda iuvenum paupertate expromserunt, si quos
ɛgiis animi dotibus instructos et ad litterarum stu-
ı natura admodum comparatos fortunae iniquitas
neret. Meminerant, quot ex quanta vel rei fami-
s penuria, vel nominis obscuritate, viri et doctis-
et reipublicae utilissimi evasissent, aliorum illi
lem liberalitate et anquisitis beneficiis sustentati.
ıra enim, quae ingenii dotes dispensat, non divi-
ım vel nobilitatis vestigia normamve sequitur, nec
ɔerum tabernas respuit, benignitatis autem largis-
ı munera in auream videtur vitae mediocritatem
ferre, ubi satis tuta bonae indolis semina laetio-
praebere solent segetem. Sed cum omnino de-
ɛat quidquam contra naturam suscipere, vanaque
ɛstus faciendi spe ad aliquod genus vitae, cui
par sis, accedere, tum male consuli iis pueris
ıret, qui in rei familiaris inopia mentis viriumm-
mediocritatem iubentur in litteris et artibus col-
re. Optimarum enim artium studia ingenuum,
tum, et miserrima victus anquirendi cura vacuum
ıum postulant. Quo qui carent, sunt graviter
endi, ut aliud vitae genus eligant, divinamque
rae et fortunae vocem audiant, ne sero huius
oritatis neglectae poenam dent acerbissimam.
re non inique statutum esse debet videri, ut ab
Gymnasii limine arcerentur, si qui iniquissimae
conditionis ignari, vel beneficiorum spe decepti,

prima aetate iam transacta, auderent rudem incultumque animum ad alienum sibi litterarum studium conferre. Nec vero minus cavendum est, ne, nulla ingenii praestantioris ratione habita, in puerorum ad optimas artes admittendorum delectu omnia externorum bonorum possessione ac splendore metiaris, fortunaeque invidiae plus tribuas, quam certissimae naturae et animi commendationi. Nam qui inertes sunt et inscii, et mentis agitationem, opibus suis freti, fugiunt, affectata doctrinae specie ac simulato litterarum studio, ubi honores ac munera adepti fuerint, nescio an plus etiam reipublicae officiant, quam in quibus omnia sunt mediocria et paucis contentus animus. Quare celebranda est optimorum Principum liberalitas ac munificentia, qui beneficia in sustentandis iuvenibus, quos praeceptorum cura et fides ad litterarum studium inprimis aptos et idoneos iudicasset, collocarunt, ac nimiam Gymnasiorum frequentiam hoc pacto imminui voluerunt, ut omnis iniquitatis suspicio vitaretur.

XVI.

DE PHILOLOGIAE ET PHILOSOPHIAE STUDIO AD RELIGIONIS CHRISTIANAE DOCTRINAM NECESSARIO PROLUSIO.

Scriptorum veterum legendorum et philologiae rationes nostra quidem aetate sic sunt cognitae, ut haec ars, qua contineri accuratam veterum linguarum et auctorum cognitionem eoque pertinentium disciplinarum scientiam intellexi, suum quendam in litterarum partibus locum teneat: nactaque est tot tamque peritos et aequos dignitatis suae iudices, et tanta cum reverentia et cura toto fere superiore saeculo etiam a plurimis eorum, qui in aliis doctrinae partibus habitarent, coepta est coli et tractari, ut vix opus esse videatur nova eius commendatione. Ab hac enim arte, in Germaniam e Batavia potissimum translata, illud beneficium debet repeti, quod non modo ad utramque cultissimae antiquitatis linguam cognoscendam, optimorum scriptorum opera rectius

durissimam servitutis conditionem re[illegible]us ab iis quacunque suavitatis specie propositam, qui soli volunt dominari in veri cognitione, iudicandique ac disserendi libertate, seu in ea civitate, in qua quemque decet regem esse, sic rati, nisi sapientem liberum esse neminem, abiectisque demum nugis sapere esse utile. Qua mente colenda est mater omnium bonarum artium philosophia, quam secutus, qui se ipse norit, intelliget, ut Cicero de Leg. I. c. 22. ait ,,quemadmodum a natura subornatus in vitam venerit, quantaque instrumenta habeat ad obtinendam adipiscendamque sapientiam, quoniam principia rerum omnium, quasi adumbratas intelligentias, animo ac mente conceperit: quibus illustratis, sapientia duce, bonum virum, et ob eam ipsam causam cernat se beatum fore.“ Sic sentientes et Christianae religionis luce fruemur, et sacrorum perpetuo emendandorum socii evademus Protestantium evangelicorum nomine dignissimi, qui nihil minus sibi volunt eripi, quam divinam animi constantiam, suas curas, vigilias, consilia, quibus cogitandi statuendique libertas stat, nec ullo pacto patiuntur mentem caligine obduci et rationis lumen falsarum opinionum et superstitionis nubibus obscurari et exstingui.

Atque multi viri docti nunc potissimum Augustanae confessionis, cuius tertium saeculum hoc ipso anno medio conficeretur, causam cognoverunt. Quae Phil. Melanchthonis ad reconciliationem concordiae magis quam ad defensionem composita scriptio si cum Lutheri articulis Smalcaldicis comparatur [1]), apparet, qualis haberi debeat ab iis, qui Protestantismi propriam vim fidemque tuentes in rebus ad religionem Christianam pertinentibus aliam sequi auctoritatem nolunt praeter eam, quae Novi Foederis libris tribuenda est. Nam cum ii, qui ficta Pontificiorum

1) Cf. *Minerva* 1830. Januar. *Einige Bemerkungen und Erörterungen über die Augsburgische Confession.* p. 47. seqq.

commenta Papaeque auctoritatem respuebant, primum verborum lenitate concordiaeque restituendae studio dissensionis asperitatem vellent ipsa Augustana confessione mitigatam, et offensionem adversariorum levatam [2]); hac spe frustrata, septem annis post D. Martinus Lutherus, si socii ad Concilium aliquo loco convocarentur aut non vocati damnarentur, asperiore oratione et sine ullo offensionis ex acerbitate futurae metu articulos Smalcaldicos conscripsit „si forte res (ut in Praefatione ait) procederet, ut constaret, quid et quatenus Pontificiis cedere, in quibus capitibus constanter perseverare et vellemus et possemus.“ Quamquam eodem anno ne voluerunt quidem Mantuam convocati venire, sed quovis pacto se ius suum dissentiendi, si contra voluntatem corruptelas et depravationes religionis et sacrorum comprobare cogerentur, defendere paratos esse declararunt [3]). Et quoniam Pontificii plurima suorum placitorum cum eadem sacra scriptura dicebant consentire; ex huius libris solis licebat argumenta repetere, quibus adversarii convincerentur. Longissimeque emendatores sacrorum ab ea arrogantia et immanitate abfuerunt, ut qui ius suum iudicandi vindicassent, liberum rationis usum posteris detrahere auderent, certaque et immutabili doctrinae norma proposita, in illud vitium incurrere non erubescerent, quod in adversariis acerbissime notassent, aut qui Pontificis R. auctoritatem in religionis decretis constituendis repudiassent, suorum librorum, partim festinata meditatione, partim

2) Vid. Aug. Conf. Praefat. ad Caesarem Carolum V. „hic nos coram V. C. M. tamquam Domino nostro clementissimo paratos offerimus, nos cum praefatis Principibus et amicis nostris, de tolerabilibus modis ac viis amice conferre, ut, quantum honeste fieri potest, conveniamus, et re inter nos partes, citra odiosam contentionem pacifice agitata, Deo dante, dissensio dirimatur et ad unam veram concordem religionem reducatur.“

3) Cf. *Minerva* l. l. p. 49.

non sine ira et studio scriptorum molem non aequalibus, sed suis nepotibus, maiorum constantiam magis quam doctrinae subtilitatem admirantibus, veluti foederis sanciti formulam imponerent animos obstringentem. Nec opus erat symbolo [4]) vel tessera, qua, ut in castris aliquo certo signo, socii ab hoste distinguerentur, quasi non Novi Foederis libri suppeterent, quorum loco suam scriptionem Augustanam ponere nefas fuerat: quae etsi ad historiam dissidii a Pontificiis facti aperiendam gravissima est, tamen, si vera sententia Protestantium quaeritur, magis quid recusent, quam quid ipsi statuant, declarat. Cum autem Christiani tertii saeculi in magna rerum suarum perturbatione et dissensionis varietate non iisdem symbolis vel privatis vel publicis, Apostolico, Nicaeano, Athanasiano, essent usi, mox etiam aliis formulis inde a Constantino propositis obstringerentur, nisi haereticorum sortem experiri vellent; non mirum est post Lutheri mortem, ubi inter ipsos Protestantes discordiae fuerant ortae, doctrinam religionis, quae non videbatur propter communem cum adversariis sacrae scripturae usum a catholicae ecclesiae decretis satis aperto discrimine distingui, ex ipsis emendationis monumentis historicis coeptam esse hauriri, mox etiam controversiae de sacris habitae fontem paene pari honore cum religionis Christianae fonte esse habitum, litem cum iure confusam. Adeo neglecta sacrae scripturae lectio est, quo uno firmissimo in his rebus veri cognoscendi litisque dirimendae praesidio ipsi sacrorum emendatores usi sunt. Quorum virorum illustre consilii, fidei constantiaeque exemplum quo alio modo decebit imitari posteros, quam ut operam dent *Sacrae Scripturae* recte intelligendae, eiusque religionis, quam ex hoc uno limpidissimo illi fonte hauriendam scite iudicarunt, diligentissime cognoscendae, ut integrum habeant et

4) Cf. *Minerva* 1830. mense Martio l. I. p. 19. seqq.

percipiant divinum illud religionis Christianae munus, quo sapientissimus eius auctor vim omnem rationis cognitam et perspectam ad communem omnium, qui veri rectique ducem sequi suique generis naturam vellent perfici, salutem sic aperuit, ut sui temporis errorem et fraudem aversatus ad id animos converteret, quod et divini numinis reverentia ac pietate, et humanae naturae praestantia et fine esset dignissimum. Cuius summi magistri sententiis et praeceptis cum nihil esset sanctius, nihil ad legis animo insitae gravitatem reverendam, virtutisque studium excitandum et cum pietatis sensu atque immortalitatis animi spe certissima coniungendum magis comparatum; haec doctrina ut summas rationis ideas maxime alit et excolit, ita non potest, nisi *ratione* duce, cognosci et intelligi.

Sed quoniam non ab ipso auctore religionis perscripta decreta et praecepta sunt, sed ab eius discipulis et cultoribus, varii temporis ac loci opportunitatibus, alieno sermone, non eodem consilio, ad diversissimae gentis aequales, alio alios vanitatis, erroris, superstitionis genere liberandos, sic quidem, ut variam oratio formam indueret, brevitatemque nunc referret dicendi genus gnomicam, nunc parabolicam sententiae explicationem; in tanta intelligendi difficultate acriore interpretis iudicio et ratione opus esse iam dudum inter eos constat, qui gravissimi argumenti libris plurimum impendendum putant esse studii, cum in nullo opere pluris, quid scriptum sit, et quid ad omnis aetatis cultores Christianae religionis pertineat, scire interesse existiment. Iidemque statuunt, sacros libros diligentissime explorantem, sanaque mente et cum animi simplicitate et integritate quae legerit diiudicantem, ipsum religionis conditorem fidelissime colere, eiusque exemplum imitari, cum veterum praeceptorum vim non, ut aequales, ad litterarum angustias exigeret, sed sententiae latius patentes fines aperiret et explicaret. Littera enim

tenentem animum enecat; sententia excitat vitam: item veritas praestabit libertatem; libertas vero eorum propria est, qui liberos sese divini patris esse existimant, non servos domini. Sic ille praeclare sentiens verae humanitatis dignitatem in clarissimam lucem ex servilis animi humilitatisque tenebris vindicatam restituit. Quam meliorem sortem experti, largamque sapientiae copiam ex Novi Foederis libris expromendi cupidissimi, iique alios docendi et instituendi officio satisfacturi ut rationem optimam ducem prosperrime sequentur, sic *philologiam* et *philosophiam* debebunt tamquam peritissimos et certissimos itineris socios adhibere.

Sic me praecipientem erunt fortasse qui vituperent, quod philologiae in religionis Christianae ex ipso fonte hauriendae opere philosophiam adiunxerim, quasi criticae et hermeneuticae artis praecepta non sint ex logices potissimum, quae prima pars est philosophicae institutionis, penetralibus depromenda, aut si accuratae interpretationis ope religionis Christianae decreta cognoveris, ne tum quidem philosophorum placitis in hoc litterarum genere supersedere possis. Ad utrumque ut responderem ante, quam de harum disciplinarum usu in Christianae religionis doctrina accurate cognoscenda disputarem, *philosophiam*, non historiam studii philosophorum intellexi, neque omnium, quotquot innotuerunt, philosophantium placita, sed eam artem, quae principia omnis cogitationis, qua animi vis secundum naturae legem expromitur, cognoscit. Quod sui ipsius cognoscendi genus cum quisque, etsi philosopho duce, sua tamen ratione et iudicii subtilissimi acumine suscipere et perficere debeat; et veri cognoscendi legem, et agendi rationem, cui summus finis summique boni excellentia proposita est, et pulcri iudicandi causas in animo sitas exquiret. Recte igitur philosophia propterea omnium bonarum artium mater appellatur, quod quaecunque disciplina, ex hominis animo principia sua repetens

vel eo referens, sententias suas, sive decreta sive praecepta, ita demum vera esse persuadere poterit, si sunt rationis cultioris legibus et iudiciis consentanea. Nam si *philologia* scripturam sacram interpretata fuerit, suaque arte quid quoque loco scriptum sit, considerato sententiarum nexu, invenerit et explicuerit, explicata examinaverit et ad veri, honesti, pulcrique iudicium omnem et orationis formam et sententiarum vim revocatam exegerit; illud superesse videtur, ut ea distinguantur, quae ad religionis Christianae doctrinam pertineant, et omnium temporum sint omnium populorum et hominum. In quo munere et gravissimo et difficillimo non est cuiquam mortalium aliud instrumentum suppeditatum, quo recte uti possit, praeter sanae mentis et rationis excultae iudicium, practerque ea, quae philosophia docuerit quovis pacto certa et indubitata esse. Et quoniam causae, quae effectum praebuerit, cogitandae necessitas et legis sanctissimae vis et conscientia coniunctis viribus et divinum numen esse, et servari ab homine legem posse, et animum esse immortalem cogunt credere; haec sunt omnis religionis fundamenta, in quibus sintne ea, quae Christus docuisse traditur et quae apostoli explicuerunt, posita, cum iisque consentanea, inquirat is, qui religionem Christianam non tantum nosse, sed imbibere et ut vere divinam de divinis rebus institutionem per totam vitam colere et sequi velit, necesse est.

Sed ut, qui usus utriusque disciplinae in hoc doctrinae genere esse debeat, exponam, hoc ipso veritatis explorandae probandaeque officio philosophus in religionis Christianae doctrina cognoscenda fungi recte non poterit, nisi idem philologi labore perfunctus fuerit. Et quod ad *philologiam* pertinet, quae criticae et hermeneuticae artis et facultatis praecepta complectitur, *critica* ars et altioris et inferioris generis ad verba et res et totos libros vel eorum partes sic pertinet, ut, aetate et ingenio scriptoris cognito,

vera a falsis et suppositiis discernat, fraudes deprehensas certis argumentis demonstret, vario modo depravata corrigat et sua cuique auctori restituere studeat. Quae ars cur priorem locum occupet, apparet, cum interpretationi viam muniat et quatenus quaeque scriptio eius sit, cui tribuitur, exquirat. Atque in tanta librorum sacrorum, utriusque linguae et aetatis, varietate et copia cum et imperitia et fraudes hominum magnam saepe antiquissimis libris iniuriam intulerint; largissimam sane habet sacrae scripturae crisis materiam et plurimum difficultatis. Nec satis erit virorum doctorum auctoritatem et iudicium de singulis libris et locis sequi, sed argumenta, quibus illi viri usi sunt, ipse quisque ponderare debebit, ut quid statuendum sit, suo iudicio intelligat. Et quamquam paucis contigerit librorum sacrorum codices primum, vel ab aliis collatos denuo conferre; ea tamen, quae ex ingenio saepe a multis facta est, verborum mutatio, coniecturaeque criticae subacto iudicio examinandae sunt, ne corruptiones pro emendationibus aequo animo accipias. Quod explorandi periculum cum non possit sine accurata et linguae et usus loquendi, qui solet singulorum auctorum proprius quidam esse, et aetatis, qua quisque scripsit, cognitione recte subiri, ut qui crisin exercere velit, eum perfectum esse oporteat interpretem; ipsum tamen interpretis officium vel hermeneuticae artis munus in subtiliter instituto iudicio de authentia librorum et partium debet esse positum, ut certum sit et firmum interpretationis adhibendae fundamentum. Nam etsi is est dulcissimus accuratae interpretationis fructus, ut nihil inesse in opere tibi persuaseris, quod non sit ipso auctoris ingenio dignissimum; tamen ubi argumenti vis et sententiarum gravitas quaeritur, non ante orationem, in qua ab alio accepta doctrina exponitur vel quae ad magistri vitam et facta pertinent traduntur, interpretandi operam insumseris, quam externis certe argumentis usus cognoveris, sintne, quae

roposita sui , ab eo, qui id, quod professus sit, otuerit recte tradere. Ita fit, ut crisis etiam ad criptorum, quos cognoveris, fidem et auctoritatem feratur, qui locus est in ipso evangeliorum usu xpeditior, cum dictorum factorumque testes ubique naeras largissimos, plurimumque intersit scire, ex no fonte hauserint ii, qui multo post, quam res estae erant, earum narrationem, quae nostrae memoriae prodita est, confecerint. Eius generis quaeiones quam sint necessariae, et a singulis, qui rei eritiam expetunt, ab initio instituendae, apparet, oi ratione uti in cognoscenda Christianae religionis octrina volueris. Qua mente decet causas et argumenta, quidquid defendatur, quaerere, inventaque ligenter examinare. Quare ab eo inde tempore ne feliciore, quo in evangelistarum libris non litras divino ore dictatas legi intellectum est, sed cellentis ingenii, humana divinaque penitus perecta aperientis, vi edita verba et facta summi magri ab eius discipulis vel cultoribus maxima cum le et sinceritate esse sermone simplici tradita, vim est requiri introductionem in Veteris et Novi estamenti libros, cuius ope nunc *hermeneuticae* artis us, sive ipsa sacrorum librorum interpretatio praeratur. Haec vero et *grammatica* [*]) esse debet et

*) A *grammatica* interpretatione nolim distingui *logicam* propterea, quod sine logices s. legis cogitandi usu ne verba quidem possunt intelligi, quae, si sunt vulgaria, clarasque notionis et usu loquendi satis confirmatae significationis, nullo negotio interpretaberis; si rariora vel ambigua vel obscura, non poteris recte nisi ex aliorum locorum eiusdem auctoris de eadem re proposita sententia dicendique ratione, considerata verborum serie et inde perspecto auctoris consilio, quid cogitaverit colligere, postremo ad coniecturam confugere vel emendationis periculum subire. In quo omni negotio nec logica ars potest seorsim neque grammatica, cuius leges ex logices praeceptis et usu ducuntur, exerceri. Secus statuunt Viri iuris peritissimi in legis interpretatione. Vid. *Lehrbuch des gemeinen Civilrechts* von Dr. J. N. von We-

historica. Cuius opibus in linguae, qua auctor usus est, et in aetatis, unde plurimarum rerum notitiae petuntur, cognitione positis sic demum uti licebit, ut ars suis finibus et legibus teneatur cum ex antiquitatis ingenio, tum ex interpretationis consilio derivatis: quod est in inveniendo et declarando sensu vero h. e. eo sensu, qui cuiusque loci verbis et locutionibus ex linguae rationibus inesse possit, et ex serie orationis et consilio scriptori proposito inesse debeat. Quae una iustissima et scriptori cuique debito pudore dignissima interpretatio est in Novi Foederis libris hoc etiam difficilior, quo arctior est horum librorum de lingua, de moribus et opinionibus cognatio cum sacro Iudaici populi codice, quo magis per varios multorum auctorum libros dispersa sunt religionis Christianae decreta et praecepta, sermonis familiaris speciem induentia, quo maior est causarum dicendi varietas, quo minor oratoriae artis, ordinis rerum ac sententiarum, et concinnitatis cura. Accedit quod quae ad docendos, regendos, excitandos, confirmandos recentem doctrinam colentium animos in evangeliis, in Actis apostolorum, eorumve epistolis scribuntur, ad variae gentis civitates vel homines privatos pertinent. Hinc errorum et vitiorum, quae notantur, varietas, quibus aliunde cognitis non unius loci sententia et loquendi ratio explicatur: hinc acute

---

ning-Ingelheim. *Erster Band, dritte Auflage. München* 1827. p. 25. „In Beziehung auf das Verfahren bei der Auslegung heisst sie *interpretatio critica*, wenn sie Berichtigung des Textes, *grammatica*, wenn sie Ausmittelung des Sinnes nach den Regeln der Sprache, *logica*, wenn sie letzteres nach innern Gründen des Gesetzes (Geist der Gesetze) zum Gegenstande hat.“ neque iniuria logicam, quam dicunt, interpretationem distinguunt, quia legislator intelligendus est non sacrorum scriptorum more quid sentiret, voluisse, ut animus suadebat, expromere sermone paene familiari, sed legem scribere, cuius verba cives obstringentia premerentur, et cavere, ne iuris vis et notio posset in contrariam sententiae partem flecti et torqueri.

vel acerbe dicta nunc, nunc lenior castigatio: hinc commendandae vel defendendae religionis conatus ad adversariorum commenta et studia accommodati, vel voces et locutiones ex horum scriptorum indole, consilio et consuetudine intelligendae, cum aliae aliis locis non eandem vim et significationem habeant, quae est ex sua cuiusque loci ratione eruenda et diiudicanda. Multa profecto consideranda et observanda sunt, multa cavenda et distinguenda interpreti horum librorum, si sana mente et ratione duce eos velit, ut par est, explicare et lectori erudito de interpretationis veritate et sensus inventi necessitate persuadere vel eam defendere. Iustus enim rationis et iudicii usus tantum abest, ut ad conceptam mente sententiam, quam cupiat in sacris libris deprehendere, verborum significationem contorqueat, vel obscurius dicta ad mysteriorum quandam sublimiorem sanctitatem statim referat, vel trepidet, si quando a nostrae aetatis cultura et moribus aliena repererit, quasi humana divinis interposita quidquam de religionis Christianae veritate ac praestantia possint detrahere, ut aequa mente, nec ulla parte sollicitus, grammaticae et historicae interpretationis leges secutus id unum agat, ut quae sit verborum significatio, qui sensus, quae expressa scriptoris cogitatio, intelligat. Ita etiam *moralis* vel practicae interpretationis ab Allegoristis et Sophistis repetitum usum vitabit, ne iniqua quae sunt, aequa denique esse sibi persuadeat, vel clara et perspicua tenebris obducat, vel suae mentis errores veteri scriptori tribuat. Denique illud genus cautionis in his libris interpretandis adhibendum est, ne melioris sententiae ad eorum, qui docerentur, opiniones et errores *accommodandae* studium ultra dicendi rationis aptissimae delectum et communem loquendi usum ad materiam doctrinae transferas, aut qui opinionibus inveteratis et consuetudinis vanitati pepercerit, eum suspiceris falsa, prava, inepta tacendo comprobasse, aut lectorum

imbecillitati tantum esse ab apostolis concessum existimes, ut contra animi sententiam praestantissimi auctoris dignitatem et sortem ad veterum prophetarum vaticinia, meliorisque conditionis ac Messiae venturi spem revocasse vel antiquorum rituum similitudinem quandam in novae religionis institutione et sacris emendatis ostendisse videantur, quasi quidquam ficti et simulati cum spectata horum scriptorum fide et simplicitate et constantia congruat. Sic potius statuendum est, ingentem erga Iesum pietatem, divinae doctrinae praestantiam et admirationem, indeque ortam animi elationem, cum iterata et frequenti eorum, quae docuisset, fecisset, perpessusve esset, cogitatione et cognitionis perficiendae studio coniunctam, effecisse, ut eadem summi doctoris merita, ac religionis beneficium ex vera animi sententia cum ab aliis partibus praedicarent, tum ad eam partem lubentissime explicationem suam converterent, quae novam grati animi significandi Deique celebrandi causam aperiret, eorumque animos commoveret, qui aut abiectis nugis meliora sibi esse praebita gauderent, aut ita vellent vanitatem sacrorum relinquere, si solliciti animi desiderio satisfactum aliqua novae religionis parte esse cognovissent.

Longum foret ea enumerare, quae in Novi Foederis libris interpreti sint animadvertenda et comparanda, si veram et integram divini praeceptoris vel apostolorum sententiam ubique velit eruere, eruta explicare et diiudicare. Illud vero non est praetermittendum, quod accurata et sano iudicio munita interpretatio seu philologiae usus idoneus unum firmissimum est et praesidium et adiumentum ad religionis Christianae doctrinam eiusque decreta et praecepta defendenda. Ut enim animi curis acuuntur, nihilque rerum humanarum videtur praestare, nisi e controversiae periculo, tamquam igne exploratum, salvum et incolume evaserit; sic non mirum est omni aetate praeter adversarios religionis Christianae exsti-

tisse, qui de eius decretis et praeceptis ex sacra scriptura eruendis, explicandis, diiudicandis ab aliis dissentirent, neque in catholica tantum ecclesia, sed etiam inter eos ipsos, qui Protestantium societate coniunguntur: in quibus sunt, qui hoc nomen sibi arrogent, cuius vim aut non intelligunt aut re et facto obtinendam negligunt, malintque in tenebris gravi veterno premi, quam in ipsa contentione beneficio frui lucis. Res in vulgus nota est; nec inter viros doctos tantum lis est et dissensio, sed etiam indoctorum animi ab iis sollicitantur, qui rationis usum in hac doctrina e sacris libris ducenda et cognoscenda volunt coerceri vel prohiberi. Adversus istos, sive certa dogmata omni hominis iudicio superiora quaerunt, sive communem animorum imbecillitatem cum depravatione confundentes negant posse hominem sic emendari, ut proprio studio quidquam perficere possit, quod divini iudicis, qui idem animos honesti sensu legisque conscientia instruxit, comprobationem habeat, sive male actorum conscientia vexati et de sua virtute desperati, aut contentionem virium et laborem metuentes alienam virtutem ad se transferri existimant et sanguine et cruciatu saevam Dei iram placari, sive quocunque alio errore vel superstitione commoti dissentiunt, — adversus eos si minus pugnandum argumentatione est, quoniam rationis usum repudiant; tamen, ne in istius soporis societatem adducantur alii, providendum: quod vix poterit certius effici, quam recta librorum sacrorum interpretatione, ne quemlibet locum ex media serie orationis excerptum patiamur adhiberi, nisi si communem sententiam habeat, ultra sui loci fines patentem et valentem. Cum viris doctis autem et interpretationis leges agnoscentibus de religionis doctrina eiusque partibus duplex genus esse solet controversiae, quod aut philologiae artem requirit aut philosophiae. Unum genus ad interpretationis adhibendae rationem pertinet, ubi de verborum sensu aut de scriptoris consilio et

mente disceptant, id imprimis agentes, ut torquendo et flectendo verborum sensu scriptorem excusent, et si quid offensionis deprehendant, id levare argutiis studeant: in altero controversiae genere de rerum in nostram religionis Christianae doctrinam recipiendarum delectu contentio solet esse. In quo genere non philologiae argumentis pugnatur, sed philosophiae ars adhibenda est, cuius est id exquirere, quod in sacris libris non ad Iudaeos, Graecos, Romanosve pertineat, sed ad cuiusvis aetatis et gentis hominem, Christianae religionis doctrina ad pietatem virtutemque excitandum, sit maxime comparatum, eaque grato animo in nostrum usum convertere, quae praeclare dicta ad Dei cognitionem perficiendam, ad eamque fidem plurimum valere possunt confirmandam, qua rerum humanarum et totius mundi ordinem sapientissime regi ac singularum rerum curam geri confidimus. Tum quidquid ad verum divini numinis cultum ac reverentiam casto pioque animo in vita et moribus expromendam pertinet, quidquid est praeceptum de humanae naturae summo fine consequendo, de expetenda morum sanctitate, de recto bonorum et malorum, quae accidunt, aestimatione et usu, de futurae vitae spe et sublimitate, qua moriendi acerbitas sic mitigatur, ut liberae voluntatis studium in virtute positum acuatur, perficiendaeque naturae desiderium sustentetur, quaecunque sacra scriptura divino beneficio ostendit ad salutem hominum a Iesu dicta, facta, instituta; largissimam hanc decretorum, praeceptorum copiam et vim sanae philosophiae rationem secutus recte iudicabit et ea, quae omnibus prodesse verumque religionis sensum excitare et alere possunt, eliget, ne fortuita cum necessariis confundat, opiniones pro decretis habeat, sententiaeve vim nimia verborum et litterarum reverentia opprimi patiatur. Sapientissimo autem rerum delectu habendo doctrinae religionis Christianae cognitor et sacrorum scriptorum dignitatem observabit, et summo

doctrinae auctori debitam reverentiam atque admirationem augebit, et Christianorum societati optime consulet.

Quae cum ita sint, nostra aetate, in tanta virorum doctorum et indoctorum de religionis doctrina eiusque partibus et argumentis dissensione, ils, qui sacrorum emendationem doctrina et moribus omni tempore iudicant esse continuandam et perficiendam, nihil debet videri antiquius et gravius, quam ut, si pueros et iuvenes verae doctrinae expetendae elementis imbuant, philologiae studium in animis excitent et nutriant, quo cum ceteras litterarum partes tractandi prosperitas certissime munitur, tum ad philosophiae studium animus recte praeparatur. Est enim sensus veri, recti et pulcri omni studiorum genere excitandus et acuendus, iudicandique facultas exercenda et regenda, ut rationis et sanae mentis vis, accurata antiquorum scriptorum interpretatione exculta et cum morum castitate coniuncta, in sacris libris diligenter et sincero animo legendis expromi possit.

Ita etiam id consequemur, ut aliarum litterarum cultores Christianae religionis doctrinam et usum in sese perficiant, neque existiment, sacram scripturam, praeter puerorum institutionem, theologorum tantum studiis ac litibus patere, aut non multum, utrum Protestantium libertatem sanae mentis iudicio et recto sacrorum librorum usu tueamur, nec ne, interesse. Res enim patet latius. Nam quidquid exculta litteris ratione duce sanaque mente geritur, id optime geri certum est. Quamdiu igitur Christianae religionis doctrina, divino ea quidem beneficio in sacris libris, fide dignissimis certissimisque historiae monumentis, humano generi tradita, propterea, quod rationi consentanea, verissima et maxime salutaris est, cum fide et constantia colenda esse iudicabitur, et quamdiu inter eos, qui Christianam religionem profitentur, dissensio et dissidium erit, quale inde a sacrorum emendatione fuit, ut nunc est; tamdiu debebit liber-

tatis et rationis usus, in quo divina Christianae religionis vis et natura posita est, conservari ac defendi. Et quoniam huius religionis doctrina non potest integra, nisi ex historicis originis suae monumentis, seu ex sacris novi foederis libris hauriri; iis adiumentis, quae philologia et philosophia praebent, scite, prudenter constanterque utendum est, quibus solis potest illa doctrina ex suo fonte talis, qualis auctoris divini mente et consilio fuit, hauriri et percipi.

XVII.

DE M. T. CICERONIS
SOMNIO SCIPIONIS
PROLUSIO I.

In fortunae iniquitate, qua maiorem partem librorum, quos de republica Cicero conscripsit, perditam lugemus, singulari quodam beneficio totius operis finem, quo Somnium Scipionis continetur, servatum gratulamur; rectiusque huius epilogi praestantia quanta sit intelligitur, ex quo primi, secundi et tertii libri de republica haud exigua pars Ang. Maii perscrutatione ac sollertia ab ipso interitu vindicata est. Sed quemadmodum Platoni ab Epicureis Macrobio 1) teste accidit, ut, cum reviviscentem Erem Pamphylum de statu animorum, qui corpora exuissent, narrare fin-

1) Aurel. Macrobii Commentar. ex Cicerone in Somnium Scipionis I., c. 2.

xisset, philosopho indignam fabulam esse dicerent, sic recenti memoria de Ciceronis Somnio Scipionis Henr. Kunhardtus scripsit [2]) se credere „aut nullam aut certe minimam huius opusculi partem (exordium et finem) Ciceronis calamo esse exaratam, sed rhetorem aliquem non optimae indolis, quam in fragmentorum fine deprehenderit lacunam pro sui ingenii modulo explesse.“ Idem V. D. de eodem Somnio: Christianorum, inquit [3]), quendam auctorem priscis nova temere miscentem agnoscere mihi videor, cui hoc fuerit propositum, ut terrestria contemnenda, animumque ad res caelestes vitamque beatorum, pietatis mercedem, convertendum doceret, simulque unum esse Deum omnia gubernantem, ac mentem humanam propterea, quod a Deo perfecta et divinae naturae cognata sit, immortalem esse, inculcaret. — — cum, in quo essent oratoriae virtutes omnes, tam confuse, tam parum docte, tam negligenter et languide his de rebus scripsisse, nunquam mihi persuadebis.“ Huius generis cum multa Kunhardtus effudisset, mihi non in animo fuit viginti et quatuor paginas istius commentationis repetere et singulas criminationes depellere, sed satis habui hac scriptione de totius Somnii, quod Scipio narrat sibi contigisse, compositione et conformatione disserere: quo id nos consecuturos esse speravimus, ut iuniores antiquitatis cultores ne temere istis maledictis conscissam Ciceronis munus, quod est in praestantissimis Romanae antiquitatis reliquiis numerandum, despicerent. Nam

2) *Kritische Bibliothek für das Schul- und Unterrichtswesen, herausgeg.* von Gottfr. Seebode. *Zweiter Jahrg. Hildesheim* 1820. 6. *Heft. p.* 474—482. *De Somnio Scipionis aut subiecto aut Cicerone indigno. Vom Prof. D.* Kunhardt *in Lübeck.* Continuata haec dissertatio legitur 7. Heft, p. 558—565. 8. Heft, p. 649—653. 12. Heft, p. 1000—1007.

3) l. c. p. 563. Eandem suspicionem Kunhardt repetit ibid. p. 481. 559. 651. 1007.

quod Moserus extremo commentario [4]), cum singula ista crimina confutare taederet, respondit: rationibus talibus, quales Kunhardtus attulerit, eodem iure cuiusvis veteris scriptoris libros impugnari posse; verum id quidem est, sed ad refellendam adversarii sententiam parum confert. Quid enim, si denique tota eiusmodi rationibus oppugnata antiquitas rueret? quae si diutius colenda est, non inveteratae opinionis praesidio locum tueri debet, sed communi intelligentium iudicio, quo id demum admirandum vel comprobandum videtur, quod simplex est et naturae conveniens, ac praestantissimi scriptoris ingenio ita dignissimum, si non modo sententiarum gravitate vel suavitate, sed etiam dicendi genere et sermonis ornatu commendatum in pulcrae artis vel eloquentiae operibus cum maxime est habendum. Accidit autem Kunhardto, ut id ipse in somnio Scipionis diiudicando non provideret, quod dixit [5]) esse „providendum, ne concepta semel suspicione vera et genuina, siquidem ulla ex parte offendant, pro falsis fictisque habeamus.“ Fefellit Virum d. somnii fictio, quae diversam a philosophi argumentatione non minus quam a forensis eloquentiae splendore dicendi rationem eamque requirit, qua Cicero de excelso beatorum domicilio splendidissimaque mundi scena divino ore ea fingit aperiri, quae humana mente vel celsissimo terrae loco constitutus vix posse videaris exquirere. Nec illud Vir d. consideravit, quam manca et inchoata fuerit Scipionum aetate duobus paene saeculis ante Chr. n. caelestium rerum in vulgus sparsa cognitio; de immortalitate vero animi nullam fuisse nisi inter philosophos non latini sed graeci nominis disputationem, quam centum annis post deletam Cartha-

4) Extremo Commentario, quo Georg. Henr. Moser *Ciceronis de republica libros* instructos edidit Francof. ad M. 1826. p. 510.

5) Krit. Biblioth. I. c. p. 476.

ginem ne Cicero quidem aliunde qu[illegible] Graecorum, imprimis Platonis, libris cognovit, in quibus quae cum sacrorum librorum sententiis conspirant, non modo iniustum est idcirco Christiano scriptori tribuere, sed etiam ineptum fraudem odorari, ubi aliqua antiquioris philosophiae cum Christiana doctrina consensio animadvertitur [6]).

Somnium Scipionis est narratio eorum, quae se in Africa militantem Scipio in quiete per visum ex Africano audisse dicebat. Quem sermonem longo tempore silentio conditum cum aliis familiaribus, qui apud Scipionem tertium diem iam feriati fuerant et de republica disputaverant, tum Laelio quaerenti, quae stabiliora et viridiora praemiorum genera Scipio statuis praeferenda diceret, memoriae, ut Africanus iusserat, traditum exposuit. Continet autem somnium praeter futurae sortis divinationem subtiliorem disciplinam, qua iam dudum mortuus Africanus divino ore Scipionem imbuit, ut ad rerum gerendarum studium et ad summam, quam adeptus est, meritorum laudem non gloriae cupiditate sed veri aeternique decoris spe incenderetur, quo alacrior esset ad tutandam rempublicam. Retulit igitur Cicero, praeterita

6) Cf. quae Gust. Pinzger (*Archiv für Philologie und Paedag.* von Seebode 1824. I, 4. p. 696.) adversus Kunhardtum disputavit cum alia, tum illud: testimonia aliorum scriptorum gravissimorum et ipsius Cic. debuisse elevari, neque omitti Macrobium et Eulogium Favorinum, qui hoc somnium interpretati sint. Affert autem Pinzger testimonia haec: Cic. Tuscul. disp. I, 22. extr. et 23. quo l. proposita est versio loci Platonici Phaedr. p. 245, „non multum diversa ab ea, quae est in somnii cap. 8 et 9. quae diversitates vel curis secundis Ciceronis vel librariis imputandae sunt. Vide praeterea Cic. Lael. c. 4. ibique Schütz. Senec. epist. 107. Priscian. de arte grammat. III, 4. VI, 7. Quae omnia nihil curans vir doctus singula tantum iniustissime cavillatus est, eo tantum bene meritus, quod ad nonnullas praestantissimi opusculi difficultates, vel interpretationis vel adeo artis criticae ope tollendas digitum intendit.“

vaticinans eventorum interpres, praestantiae, qua Scipio enituit, causam et paene incredibilem honorum cursum ad istam inaugurationem, quae ex divina manifestatione speciem referret mysterii. Quamquam in ipso denique Scipionis animo, et philosophorum praeceptis instructo, et praeclarae virtutis exemplis ad tantam excellentiam erecto, vera causa fuit gloriae. Nam cum Scipio, Paulli filius, tribunus militum in Africa coepisset patriae lumen animi, ingenii consiliique sui tam prospero eventu ostendere; ut consul deleta Carthagine Africani (minoris) cognomen belli gloria adipisceretur, tum censor, legatus, iterumque consul factus Numantiam excidisset; domi sustinenda fuit Gracchorum controversia, in qua tanta usus est fortitudine, ut, cum insidiarum periculum et mors instaret, non eam gloriam, quam plerique in rebus gerendis unam maxime sperant, sed aeternum virtutis decus, quod viris sapientissimis in caelo paratum est, expetere videretur [7]). Maiorem hanc animi elationem honestissimo patriae conservandae et augendae studio declaratam tamquam alterum vitae suae ac disciplinae stadium ut ingrederetur, vix quidquam potuit gravius impellere, quam et P. Scipionis Africani, a cuius filio adoptatus fuerat, nomen, qui Hannibalis victor bellum in Africa gerere docuisset, et L. Aemilii Paulli patris disciplina et gloria, quam Macedonico bello partam eadem castra decimo septimo aetatis anno fortiter secutus admirabatur et virtute exaequare conabatur. Hic enim ille est L. Aemilius, qui cum ex Macedonia ingentem vim pecuniae in aerarium populi Romani intulisset, nihil domum suam, ut Cicero [8]) ait, praeter memoriam nominis sempiternam detulit. Utriusque viri mortui praestantissimi memoria pio animo repetita quomodo adoles-

7) Cf. quae Laelius de amicissimo Scipione paucis post eius mortem diebus dicit in Cic. Lael. 3, 12.

8) Cic. de Offic. II, 22. comp. Liv. XLIV, 44. et XLV, 40.

centis Scipionis incendisset ardorem, quo tantae excellentiae vestigia constanter sequeretur, id ipsum Cicero somnii fictione explicare voluit. Quo illud est consecutus, ut tacita animi ad maximarum rerum studium erecti meditatio ex admonitione duceretur, qua et Africanus avus et Paullus pater adolescentem a vulgari sentiendi ratione rerumque humanarum admiratione vel inanis gloriae cupiditate ad maioris dignitatis spem traduxissent, ut stabiliora desideraret, quam statuas et triumphos, virtutis praemia, illa quidem in beatorum demum sede deorumque regno parata, quo rectores et conservatores civitatum reverterentur. Summam hanc sapientiam in Scipione fuisse ex eo sermone apparet, quem dicitur de republica domi suae, cum familiares ad eum convenissent, quasi praesagiret, paucis ante mortem diebus habuisse. In quo cum multa Scipio praeclare dixit, tum illud [9]): *Quod autem imperium, qui magistratus, quod regnum potest esse praestantius, quam despicientem omnia humana et inferiora sapientia ducentem nihil unquam nisi sempiternum et divinum animo volutare?* Haec est illa sapientia, quam Plato et Stoici commendaverunt, quam Laelius apud Ciceronem admiratur in Socrate; haec illa animi magnitudo et fortitudo, quae non pro suis commodis pugnat, sed pro iustitia et pro salute communi, honestumque illud, quod maxime natura sequitur, in factis positum non in gloria iudicat, quae denique mortem contemnit pro salute publica subeundam [10]). Hinc illud, quod Scipio rogatus, ut, qui usu in republica rerum maximarum omnes vicerit, explicet, quem existimet esse optimum statum civitatis, affirmat [11]): *nisi aequabilis haec in civitate compensatio sit et iuris et officii et muneris, ut et potestatis satis in magistra-*

9) Cic. de republ. I, 17. med.
10) Vid. Cic. de Offic. I, 19 et 20.
11) Cic. de republ. II, 33.

tibus et auctoritatis in principum consilio et libertatis in populo sit, non posse hunc incommutabilem reipublicae conservari statum. Atque ipsam doctrinam, quam se in somnio dicit a beatis illis viris accepisse, Scipio paucis his verbis complectitur [12]): *Quid porro*, inquit, *aut praeclarum putet in rebus humanis, qui haec deorum regna perspexerit, aut diuturnum, qui cognoverit, quid sit aeternum aut glorioum, qui viderit, quam parva sit terra, primum universa, deinde ea pars eius, quam homines incolunt, quamque nos in exigua eius parte affixi, plurimis ignotissimi gentibus, speremus tamen nostrum nomen volitare et vagari latissime* etc. Hac igitur haud vulgari doctrina, quam disputando et agendo per reliquam vitam expromserit, Scipionem Cicero finxit adolescentem hoc somnio potissimum instrui: idque egregie fecisse videbitur, sive doctrinae gravitatem consideras, sive utriusque Scipionis ingenium, quod deinceps paucis describam, ubi dixero, cur Cicero tam sublimem doctrinam ad somnii speciem retulerit.

Monebat enim Platonis auctoritas, qui non suo philosophi ore ausus fuerat eloqui quae de beatorum sorte viderentur posse aperiri, sed Armeniam quendam Erem Pamphylum ex inferis decimo die in vitam reversum, multa de inferis secreta narrantem [13]) induxerat. Vicitque Cicero Platonis sollertiam, cum in somnio fingeret visum esse Africanum, qui plus triginta annis ante mortuus beatam vitam expertus nosset, ac sublimiorem non posset non adeptus esse caelestium rerum cognitionem. Ad quam qui cura omni studioque a corpore se avocantes rapiantur, eorum, ut Cicero [14]) ait, parum genus est. Reliquorum autem naturalis, quae dicitur, divinatio a mente divina ducitur, ut necesse sit cognatione divi-

12) Ibid. I, 17.
13) Plato de republica X. inde a pag. 614. B. usque ad p. 621. B.
14) Cic. de Divinat. I, 49, 111. mox 115.

norum animorum animos hominum commoveri. In somnis autem viget animus, liberque est sensibus et omni impeditione curarum, iacente et paene mortuo corpore, ut eadem dormientibus accidant, quae vigilantibus vatibus. Hinc *animi hominum, cum aut somno soluti vacant corpore, aut mente permoti per se ipsi liberi incitati moventur, cernunt ea, quae permixti cum corpore animi videre non possunt* [15]). Somniantium igitur divinatione tamquam poetarum iure usus est Cicero in totius operis de republica clausula; voluitque a defunctis, iisque beatis, exponi, quod omni philosophorum coniectura videri posset sublimius, ut, quae ipse imaginandi vi adiutus ratione cogitasset, plus ex beatorum ore referrent auctoritatis. Quare divo Africano etiam descriptionem tribuit terrae, de qua idem alio loco [16]); *quod tandem*, inquit, *spectaculum fore putamus, cum totam terram contueri licebit, eiusque cum situm, formam, circumscriptionem, tum et habitabiles regiones et cursum omni cultu propter vim frigoris aut caloris vacantes? Nos enim ne nunc quidem oculis cernimus ea quae videmus. — Atque ea tum multo puriora et dilucidiora cernentur, cum, quo natura fert, liber animus pervenerit. — Cum autem nihil erit praeter animum, obiecta nulla res impediet, quominus percipiat, quale quidque sit.*

Quod autem dixi, etiam utriusque Scipionis ingenium ad somnium fingendum impellere Ciceronem potuisse, id facile docebit horum virorum adumbratio. Non enim erat quisquam beatorum virorum ad hanc admonitionem, qua videbatur Scipio Aemilianus excitandus, aptior, quam P. Cornelius Scipio, cui post Africano fuit cognomen. Qui P. Cornelii Scipionis, qui in Hispania ceciderat, filius, a. u. c. 540, a Chr. 214, aedilis factus, proximo anno quatuor et

15) Cic. de Divin. I, 57, 129.
16) Cic. Tuscul. I, 20, 45 et 46.

viginti ferme annos natus, cum nemo auderet in Hispaniam imperium accipere, desperatumque de republica esset, subito professus se iturum, acclamante populo cum imperio in Hispaniam profectus est. Fuit enim Scipio, ut Livius ait [17]), non veris tantum virtutibus mirabilis, sed arte quoque quadam ab iuventa in ostentationem earum compositus: pleraque apud multitudinem aut per nocturnos visa species, aut velut divinitus mente monita, agens. Qui postquam togam acceperat, cum nullo die prius ullam publicam privatamque rem ageret, quam in Capitolium iret, ingressusque aedem consideret et plerumque solus in secreto ibi tempus tereret, stirpe divina creatus esse et immanis anguis concubitu conceptus dicebatur. His miraculis ad res magnas institutus, expugnata Carthagine Nova, sexto anno post quam Italia decesserat, Hispania recepta exercituque in Africam traiecto, quod adiuvante Masinissa Syphacem Numidarum regem Hasdrubalemque pluribus proeliis vicerat, reversus in urbem triumphum egit, primusque imperator victae a se gentis nomine nobilitatus est [18]). Denique hic vir venerabilis, qui censor a. u. 554, quatuor annis post consul iterum, idem princeps senatus ter lectus, et in Graeciam legatus missus Antiochum ultra Tauri iuga emoverat, adversariorum invidiam senex effugere non potuit: quamquam habet eius exitus multum obscuritatis [19]). Haec Africani maioris, virtutum, honorum et rerum gestarum gloria insignis viri, vestigia paene singula mutatis temporibus Scipio Aemilianus, quem P. Scipio [20]) P. Scipionis Africani filius a L. Paullo Aemilio adoptaverat, sic est secutus, ut secundo bello Punico inchoatum ab avo Carthaginis subigendae opus ex-

17) Liv. XXVI, 18 et 19.
18) Liv. XXX, 45.
19) Liv. XXXVIII, 56. et XXXIX, 52.
20) Cic. Cato M. c. 11.

cidio perficeret, auctoritatemque et potentiam reip. Romanae firmaret, quam maximo labore, assiduo armorum usu, ac paene exhaustis opibus praeter Italiam in Hispania, Africa, Macedonia pepererat. Consul enim bis fuit, augur, censor cum L. Mummio, ter obiit legationem, idemque bis triumphavit, primum deleta Carthagine a. u. c. 608, iterum, cum Numantiam duodecim annis post excidisset. Hunc tantum virum, hereditario suo nomine adoptionis iure ornatum, Africanus merito fingi poterat divinare etiam Africani cognomen ex Africa domita esse relaturum, plurimumque cum sua sorte similitudinis habiturum. Impellebant igitur Africanum et amor et egregia de iuvene Scipione concepta et in castris Paulli patris confirmata spes fortitudinis, ut adolescentem in honorum aditu admonitione regeret et, quae ipse de summo virtutis decore ex beatae vitae usu cognovisset, doceret. Fuit autem in Scipione ambitio maior, vita tristior, (ut Ciceronis [21]) verbis utar) ut in iis haberetur, qui ad eas laudes, quas a patribus acceperunt, addunt aliquam suam, ut Scipio Aemilianus eloquentia cumulavit belli gloriam. Atque ipse se dicit [22]) Paulli patris diligentia non illiberaliter institutum, studioque discendi a pueritia incensum, usu tamen et domesticis praeceptis multo magis eruditum, quam litteris: in quibus magistros habuit Polybium, Panaetium, Metrodorum [23]). His expositis, Somnii Scipionis argumentum paucis describam.

Scipionis narratio in praefatione primo capite ea exponit, quae ad loci, temporis conditionisque, qua somnium acciderit, descriptionem pertinent. Cum Scipio Aemilianus tribunus militum in Africa, ubi Scipio Africanus altero bello Punico Hannibalem

21) Cic. de Offic. I, 30, 108 et 116. Adde de Scipionis virtutibus Cic. Lael. c. 3. 11.
22) Cic. de republ. I, 22.
23) Cf. Vellei. Pat. I, 13. et Plin. H. N. XXXV, 11.

oenosque fregerat, apud Masinissam senem, qui so Scipionis nomine recreatus omnia eius facta et cta meminerat, ad multam noctem vigilasset, tri-nta et octo annis nato adolescenti in quiete se fricani forma ostendit, qui de excelso et illustri atorum loco Carthaginem monstraret excidendam, futuro honorum rerumque gerendarum cursu ex-sito summam dictatoris dignitatem auguraretur, si ipias propinquorum manus effugisset [24]). — Haec re sunt, quae prima pars somnii continet usque ad edium cap. 2.

Cuius vaticinii acerbitatem ut levaret Africanus, uae altera pars est sermonis) beatam sortem civi-tum conservatoribus propositam paucis primum de-arat ostenditque, cum Scipio quaesivisset, viveretne ipse Paullus pater et alii, quos exstinctos arbitra-ntur, ad filium venientem Paullum patrem, qui culatione commoti filii animum statim in caelum olandi cupidissimum a morte voluntaria prohibet, n licere docens homini munus a deo assignatum fugere [25]). Simul addit de pietate in patriam, ia virtute via in caelum aperiatur, et monstrat bem lacteum, quem corpore laxati incolant. In io contemplando dum haerebat filius, patris forma anuisse debet intelligi.

Sequitur tertia pars Somnii. Nam cum extremo p. 3. Scipio terram inter caelestes globos tam par-m, eiusque punctum imperii Romani fines conspexis-t; mentem non sine tristitia humi defixam advertere

---

) De P. Scipionis Africani nece cf. Cic. Lael. c. 12, 41. et 3, 11. et quae ad h. l. annotavi. Adde Excursum I. editioni suae Laelii additum a C. Betero, Lips. 1828. quo *Viti* Theoph. Scheuii dissertatio de morte Scipionis Africani minoris continetur, qui Vir d. Gracchorum familiam et C. Carbonem frustra purgare de insidiarum suspicione studuit.

) Hanc Pythagoreorum sententiam explicat Plato in Phaedone pag. 62, B. coll. Cic. Cat. M. c. 20, 72 et 73. et quae ad h. l. annotavi.

iubet Africanus ad caeli orbem ex et huic subiectas septem stellas, quas sol dux et princeps collustrat, in quibus immobilis infra lunam terra, ubi nihil est nisi mortale et caducum praeter animos. Nam supra lunam sunt aeterna omnia, cap. 4.

Dum stupens intuebatur caelestia Scipio (quam quartam partem somnii dixerim) ut se recepit, dulces sphaerarum sonos percipit, quorum non poëticam, qua Plato [26]) usus est, sed physicam rationem rogatus explicat Africanus c. 5. Sed cum Scipio ad terram, cuius amorem divinarum rerum admiratio expellere non potuit, oculos retulisset, caelique splendor non effecisset, ut humana despiceret; Africanus (c. 6.) terrae superficiem accuratius videre iubet et angustias locorum, solitudines, interruptam hominum societatem; tum cingulos terrae distinguit, cuius insulae in Atlantico mari positae partes non omnes cultae neque patentes declarent, quam angusti et exigui sint fines gloriae. Accedit c. 7. quod non modo aeternam, sed ne diuturnam quidem gloriam licet assequi propter eluviones exustionesque [27]) terrarum; quod ab iis tantum, qui postea nascentur,

---

26) Plato de republ. X, p. 617. B. in caeli orbibus singulis insidentes et canentes Sirenas collocat, quibus Parcae aequalibus inter se spatiis assidentes ita accinunt, ut Lachesis praeterita, Klotho praesentia, Atropos futura tempora canat. — Ad harmoniam canere mundum dixit Pythagoras teste Cicerone de Nat. D. III, 11. et Quintil. Instit. orat. I, 10, 12. Plin. Hist. Nat. II, 22; de siderum harmonia.

27) Exustionem mundi e Stoicis defenderunt Zeno, Cleanthes, Chrysippus; negarunt vel addubitarunt Boëthius, Posidonius, Panaetius al. ut refert Iac. Thomasius in *Exercitat. de stoica mundi exustione.* Lips. 1676. 4. p. 7 et 8. De re praeter Iusti Lipsii Opera Vol. IV. Vesaliae 1675. 8. Physiologiae Stoicorum Dissert. XXI—XXIII. conferantur Cic. de Nat. D. II, 46. Senec. de consolat. ad Marc. c. 26. Minuc. Fel. 34, 3. *In vim ignis abiturum* (caelum) *Stoicis constans opinio est, quod, consumto humore, mundus hic omnis ignescat: et Epicureis de elementorum confla-*

ermo erit de Scipione, nec quisquam unius magni anni, qui omnium astrorum reditu in eundem locum licitur [28]), memoriam potest consequi. *Igitur alte,* fricanus inquit, *spectare si voles atque hanc sedem aeternam domum contueri; neque te sermonibus ulgi dederis, nec in praemiis humanis spem posueris rum tuarum; suis te oportet illecebris ipsa virtus*

---

gratione et mundi ruina eadem ipsa sententia est. Loquitur Plato, partes orbis nunc inundari, nunc alternis vicibus ardescere et cum ipsum mundum perpetuum et insolubilem diceret esse fabricatum; addit tamen ipsi artifici, Deo soli, et solubilem esse et mortalem. [Quemadmodum magna pars terrarum undis obruatur, cum fatalis dies diluvii venerit, quaerit Seneca Natur. Quaest. III, 27—30. *Aqua et ignis* (c. 28. extr.) *terrenis dominantur. Ex his ortus, et ex his interitus est. Ergo quandoque placuere res novae mundo, sic in nos mare emittitur desuper, ut fervor ignis, cum aliud genus exitii placuit.*]

) Cf. Cic. de Nat. D. II, 20, 51. *Quarum* (stellarum) *ex disparibus motionibus magnum annum mathematici nominaverunt, qui tum efficitur, cum solis et lunae et quinque errantium ad eandem inter se comparationem, confectis omnium spatiis, est facta conversio. Quae quam longa sit, magna quaestio est: esse vero certam et definitam necesse est.* — Fragmentum Cic. Hortensii ap. Serv. ad Aen. lib. III. v. 284. *Magnum annum esse voluerunt omnibus planetis in eundem recurrentibus locum. Et hoc fit — post annos XII. millia nongentos quinquaginta quatuor, solstitiales scilicet.* — Quem numerum si duplicaveris, orbita solis (eclipsis) quando per singulos (360) circuli meridiani (aequatoris) gradus septies denis et binis annis vernali et auctumnali aequinoctio permeaverit, confecta videbitur; qui rectius annus magnus appellabitur. [Cum nihil interesset, quo cuius anni die initium magni anni poneretur, si modo aequinoctii utriusque terminum omnia eclipsis signa per suos fines tardo progredientem vidissent: Romano cive dignum erat, a Nonis Quinctilibus, quo die Romulus (vid. Rep. I, 16. et annot. ad Parad. I, 2, 11.) in caelum sublatus esset, cum sol deficeret, ingentis spatii illius initium constituere: *ita, quandoque eadem parte sol* (v. Somn. c. 7. §. 24) *eodemque tempore iterum defecerit, tum signis omnibus ad idem principium stellisque revocatis, expletum annum habeto.*]

trahat ad verum decus. His et [illegible] verbis victus denique Scipio, [illegible]nis gloriae spe abiecta, Africano respondet: *Ego [illegible]o, si quidem bene meritis de patria quasi limes ad caeli aditum patet, quamquam a pueritia vestigiis ingressus patriis et tuo decori vestro non defui, nunc tamen, tanto praemio proposito, enitar multo vigilantius.*

Pluribus illis vincendi conatibus effectam mentis mutationem novumque animi ardorem alit et auget Africanus postrema sermonis parte, ubi Platonis verbis [29]) inde a medio c. 8. usque ad med. c. 9. latine redditis divinam animi esse vim et naturam persuadet. Quam exercere iubet Africanus in optimis rebus, h. e. in curis de salute patriae, quibus agitatum et exercitatum animum velocius in hanc sedem et domum suam esse pervolaturum, si iam tum, cum erit inclusus in corpore, contemplatione rerum, quae extra sunt, quam maxime se a corpore abstraxerit. Postremo deteriorem eorum sortem describit, qui voluptatibus dediti hominum iura violaverunt: qui corporibus elapsi circum terram ipsam volutantur [30]), non hunc in locum nisi multis exagitati saeculis revertuntur. — Haec igitur de somnii argumento.

Est vero hoc rhetoricae artis opus ad epicae fabulae pulcritudinem optime compositum, sive in causae contentionisve gravitate sive in orationis con-

29) Cf. Cic. Tusc. I, 23, 53—55. ubi Cic. eundem Platonis locum disputationi intexuit his verbis: *ex quo illa ratio nata est Platonis, quae a Socrate est in Phaedro* (p. 245 C.) *explicata, a me autem posita est in sexto libro de republica.*

30) Cf. Fragm. Cic. de consolatione apud Lactant. Instit. III. c. 19, 6. *Nam vitiis et sceleribus contaminatos deprimi in tenebras atque in coeno iacere docuerunt.* Tum ipse Lactantius II, 2, 6. *Vulgus*, inquit, *existimat, animas circa tumulos et corporum suorum reliquias oberrare.* Quae ex Platonis Phaedone (p. 81 c.) hausta sunt a Plutarcho, Luciano, Origene, aliis, quos Wyttenbach ad hunc Platonis locum commemorat in Philom. p. 97.

cinnitate voluptatem quaeris. Quamquam per somnium exposita actio, in qua Africanus cum Scipione contendit, non rebus gerendis, sed persuadendi arte in altera parte continetur, in altera pertinaciae impedimentis, quae sunt in adolescentis ad magnas res ingenii natura et studio comparati animo. Qui cum Romanorum iudicio magni viri spem satis iustam adferret, non tamen is erat, qui meritis proposita praemia deorum, a quibus animus datus est et reditus ad caelum patefactus, cognovisset, aut hominum laudi praeferret. Habet haec somnii actio vel sermonis contentio, qua Scipionis animus ad caelestium rerum intuitionem excitandus et ad aeternae vitae spem efferendus erat, principium et nodum et finem. Opponitur persuadendi conatui vel admonitionis visorumque gravitati insitus adolescentis animo terrestris vitae amor cum gloriae cupiditate, quae a populo Romano honores, triumphos, imperia, virtutis praemia sperat, quamdiu aeternum et optimum decus, quod caelum praebet, ignorat. Eamque gloriae spem Africani vaticinium (c. 2.) *in te unum atque in tuum nomen se tota convertet civitas*, primum excitat, deinde insidiarum metu deprimit. Hinc voluntariae mortis consilium; quo per Paulli patris caritatem et admonitionem reiecto, in tantam tristitiam subito Scipionis animus incidit, ut oculos ad terram defigat, et os videatur occludi adolescentis, quem patris praecepta ab humanarum rerum admiratione avertere non potuerunt. Hac arte implicatior fit et tam difficilis contentio, ut saepe iteratum impetum requirat, qui est in patefacti caeli descriptione, quae aliquantisper torporem animi levat et efficit, ut c. 5. ipse dulcem sphaerarum sonum, quem hebetior hominum sensus percipere nequit, sic sentiat, ut etiam aures divinae vitae iucunditate fruantur. Nondum tamen omnis est expulsa tristitia, neque humanarum rerum admirationem caelestis splendor exstinxit. Quare denuo commovendus animus est, quod fit terrae descriptione,

quam Africanus docet nihil habere nisi angusta, interrupta, brevia, interitura. Ita denique Scipio hominum gloriam exiguam esse intelligens, virtutis illecebris in vero beatae vitae decore positis se trahi patitur, promittitque, se magnis et praestantibus viris in caelo proposita praemia esse expetiturum.

In rerum autem et doctrinae expositae ordine quanta varietas, quot pulcritudinis illecebrae! Sunt quae oculos et aures percellant, nova, illustria, admirabilia; praesentia, futura; alia ad honestiora animi sensa, ad patriae amorem et pietatem erga patrem vel ad gloriae cupiditatem pertinent. Tristiora et laetiora, caelestia et terrestria, divina et humana se excipiunt; beatorum virorum sapientia et auctoritas cum hominum inscitiae vel rerum humanarum vanitati et brevitati, tum vulgari Scipionis opinioni opponitur, qui in terrae praemiis haeret, nec altiora curat, quia ignorat. Rerum scitu dignissimarum et expetendarum cognitio, quae mentem exercet, non minus explicatur, quam veri honestique studium incenditur, regitur, firmatur. Argumentorum alia in caeli et terrae descriptione sunt ex astronomorum, vel physicorum, vel geographorum et mathematicorum doctrina, quae tum fuit, depromta, alia hausta e media philosophorum imprimis Platonis et Stoicorum disciplina.

Atque in omni huius institutionis ordine praeter varietatis et oppositionis voluptatem illud etiam egregie Cicero instituit, quod argumenta et oppugnandae opinionis rationem ad Scipionis animum convenienter accommodavit, qui cùm esset insidiarum metu territus, et caeli admiratione et patris amore erat ante commovendus, quam iuberetur humana contemnere is, qui terrae magnitudinem solebat admirari et latissime patere existimabat fines gloriae. Illa vero caelestium rerum cognitio et admiratio, qua vulgo animi Scipionis aetate tenebantur, ut vaga quaedam est et tenuis, quae opiniones et imaginationes magis quam certas et exploratas sententias sequitur; sic scite Ci-

cero operam dedit, ut de excelso loco, quo vigilantibus mortalibus nunquam ascendere licet, Scipio terram cum reliquis caeli globis comparando non disceret, sed oculis videret esse parvam, vastas solitudines interiectas, imperii Romani fines exiguos. Certior haec et ex ipso rerum adspectu ducta cognitio melius poterat, quam doctrina et praecepta, errorem adolescentis pellere, mentem mutare, tristitiamque et taciturnam indignationem cum ipsa siderum intuitione coniunctam in animo excitare, ex qua humanarum rerum despicientia, in qua Stoici virtutem maxime ponunt, nasceretur.

Denique animadvertendum est, quam aptum sit dicendi genus, quo Cicero Africanum et Paullum patrem cum Scipione induxit loquentes. Populari concinnoque sermone utuntur, ut quae nova, recondita vel admirabilia essent, facile intelligerentur. Ex beatorum autem auctoritate et gravitate oratio refert aliquid severitatis et brevitatis. Decet enim beatos, ut Deos, si qui cum mortalibus loquuntur, verbis parcere. Quamquam Africanus, ut magna est rerum et argumentorum varietas, ita non eodem dicendi genere utitur. Nam et honorum, qui ostenduntur, splendor, et mortis periculum, et quae de probissimorum hominum conditione post mortem in caelo dicuntur, non minus gravitatis etiam in verbis prae se ferunt, quam caeli descriptio magnificentiae et sublimitatis. In qua rerum expositione si quid est obscuritatis, id vel propria vaticinii vis vel caelestium rerum natura excusaverit. Satisque videri debebat paucissimis ea attingere, quae commoverent animum vel erigerent vel materiam meditandi Scipioni praeberent. Sed tamen non potuit fieri, quin ex ipsa notationum multitudine et varietate ad orationem praeter distincte concisam brevitatem aliquid vigoris et splendoris redundaret. Poeticae vero orationis ornamenta et colores consulto Cicero voluit abesse, quia non id agebatur, ut oblectationem Scipio ex somnio

perciperet, st ad patriae amorem, cognitionem et humanarum r t ceretur. Denique quae paucis i j i respondenti tribuit, ad animi is et perterriti, tum obstupefacti et i ixi t i comparata sunt: tantumque loqui a de i t Cicero, quantum opus erat ad Africani m excitandum et in variis argumentationis ctendum. Quae omnia qui aequo animo c siderat, sive sententiarum et ingeniorum ratio uerit, sive compositionis artem et concinnita lau m quaerat, egregie hoc somnium esse a Cicerone et itutum et expositum existimabit, eoque plus delectationis ex hoc epilogo percipiet, quo magis et honestissimi finis propositi dignitatem et virorum loquentium auctoritatem cum sententiarum et argumentorum gravitate et varietate comparaverit, quacum multa sunt coniuncta concinnitatis et vigoris ornamenta.



XVIII.

DE M. T. CICERONIS SOMNIO SCIPIONIS PROLUSIO II.

SEU

VARIA LECTIO TRIUM CODICUM CICER. SOMNII SCIPIONIS CUM ANNOTATIONE CRITICA.

Prolusioni, quam de Ciceronis Somnio Scipionis, quod postrema parte sexti libri Ciceronis de republica continetur, superiore anno scripseram, alteram addidi, qua lectionis varietatem trium Codicum Somnii Scip. cum iis communicarem, quorum interesset, nova criticae artis subsidia ad huius libelli contextum constituendum suppeditari. Est autem trium Codicum collatorum varietas lectionis notata a carissimo Fischero, Gymnasii Hildburghusani Professore, qui in Helvetia potissimum collectum operae suae fructum liberaliter ad me detulit. Et eum quidem Codicem, qui antiquissimus est, quem San-Gallensem appellavit, Vir Clarissimus Orellii auctoritate sic descripsit: „Cd. ms. membr. 8. mai. insignitus

n. 65. in bibliotheca San-Gallensium continet Somnium Scipionis, Macrobium in Somnium Scipionis et epistolas canonicas. Script. est saeculo IX. exeunte."

Desunt autem omnia a verbis cap. XI. sexti libri de republica (c. I. Somnii Scip.) §. 11. *coacta per me* usque ad c. XVI, (III,) §. 16. *et eae magni*. Hanc contextus lacunam e Macrobii codice San-Gallensi Vir Cl. explevit, huiusque commentarii, qui maximam partem Somnii Scip. repetitam continet, discrepantiam a Somnii contextu omnem indicavit. Quare Codicis San-Gallensis contextus (S.) ab eiusdem Codicis commentario Macrobii (Sm.) distinguendus est.

De Codice Bernensi (Bern.) Fischerus Vir Cl. sic scripsit: „Cd. Bern. in Sinneri catalogo numero 436. insignitus, olim Bongarsii, membran. est formae octavae maioris nitide scriptus. Initia periodorum literis maiuscul. exarata, super *i*, inprimis ubi duo sunt, punctum positum; ex interpunctionis signis punctum, semicolon, colon, interrogationis signum apparet. Continet Somnium Scipionis plagulis III. (una excisa est, ut desint verba cap. XIII, (III,) §. 13. inde a *iure sociati* usque ad cap. XVIII, (V,) §. 18. *et motu ipsorum orbium*), deinde Macrobii comment. in Somnium Scipionis plagulis 64, quem V. D. non contulit.

Denique ex Fischeri mei notatione „Codex Bambergensis M. IV. 15 fol. membr. continet Somnium Scipionis et Macrobii commentarium." Hunc Somnii codicem (Bb.) cum Vir Clariss. nescio quo casu intercedente non totum conferre posset, in capitis XVII, (IV,) 17. verbis *infixi sunt* varietatis notatio substitit. Sed quoniam hi Codices non cum eadem editione Somnii Scip. collati fuerant, San-Gallensis cum Nobbii editione, Bernensis cum I. Gronovii ed., Bambergensis cum Orelliana; istam omnem lectionis varietatem ad Orellianam editionem retuli. Huic lectionis varietati ut aliquid de meis adderem, anno-

tationem subieci, qua de aliquot Somnii locis, si quam Orellii sagacitas messem reliquisset, meam sententiam sic dicerem, ut ad contextus integritatem, quantum per huius scriptionis fines licebat, operam conferrem. Atque in Codicum aliorum, quantum ex Moseri et Orellii commentariis cognosci potuerunt, comparatione Turicensem Macrobii mutilum quidem, sed antiquissimum, quo Orellius usus est, vidi plerumque cum nostro San-Gallensi codice consentire: tribus tantum locis reperi dissensionem c. XVI. *nuncupatis* (Tur. *nuncupustis*); c. XIX. *angustis locis* Orell. ed. cum Turic. Cod. et ed. Ald. ubi de lect. *angustis in locis* cum Nobbiana Codex San-Gall. consentit. Denique c. XX. *Duo sunt habitabiles* scriptum est in San-Gall. utrobique; e Turic. et Ald. *duos habitabiles* Orellius recepit.

M. T. Ciceronis Somnium Scipionis.

Varia lectio.

Edit. Orell.	LL. MSS. Sax-Gallensis (S.), cum commentario Macrobii (Sm.); Bernensis (Bern.); Bambergensis (Bb.).
Cap. IX, (I,) §. 9. M'.	S. Bern. *Anicio*
Manilio	S. *Mallio;* Bern. Bb. *Manlio*
consuli	Bern. Bb. *consule*
mihi potius fuit	S. *mihi fuit potius;* Bb. *fuit mihi potius*
in caelum	S. Bern. Bb. *ad caelum*
ante quam	Bern. *quam* d.
ipso	S. Bb. *ipse;* Bern. d.
percontatus	Bern. *percunctatus*
nobis consumptus est dies	S. *nobis est consumtus dies;* Bern. *dies nobis consumtus est*

Annotatio critica ad Somnium Scipionis

in Ciceronis de republica libro VI. c. IX. §. 9.

Cap. IX, (I,) §. 9. *complexus me senex collacrimavit, aliquantoque post suspexit in caelum et Grates, inquit, tibi ago, summe Sol, vobisque, reliqui Caelites*]. Sic Orellius cum plerisque edd. Sed codices sex Oxonienses, Uffenb. cum tribus nostris et edd. Iunt. Ascens. 1. Herwag. Lugd. tuentur *ad caelum*, quam praepositionem suspiceris non minus esse glossatoris vel correctoris, quam *in*. Neutra praepositio legitur de Nat. D. II, 2, 4. *cum caelum suspeximus, caelestiaque contemplati sumus;* ibid. 18, 49. *dum — iudicat, caeli palatum, ut ait Ennius, non suspexit.* Nam suspectae Orationis *de haruspicum responsis* c. 9, 25. *cum suspexerit in caelum* vix licebit opponere. Sed tamen cum Masinissa non caelum contemplaturus suspiceret, sed gratias acturus divinis numinibus, aptissimam praepositionem *in* putaverim, qua locus tantum, nimirum Deorum sedes, significatur, quo oculos senex converterit. [Adde Codicem bibliothecae Rehdigeranae, cuius variam lect. Gust. Pinzger exhibuit in Seebodii *Archiv für Philolog. u. Paedag.* I, 4. p. 693. seqq. quem codicem (R.) Orellius h. l. non commemoravit: alia memorabilia nunc ex hoc Codice adieci. Habet igitur Cod.

Edit. Orell.	S. Sm. Bern. Bb.
Cap. X, 10. autem regio apparatu	S. *autem apparatu regio;* Bb. *apparatu regio*
eius non facta solum	Bern. *eius* d. Bb. *eius non solum facta*
artior	Bern. *arcior*
fit enim fere	Bern. *fit enim sepe*
pariant aliquid in somno tale	Bern. (*pariant* d.) *aliquod in sompno;* Bb. *pariant in somnio aliquid tale*
ut agnovi	S. Bern. Bb. *ubi agnovi*
equidem	Bb. *et quidem*
cohorrui	S. *corrui;* Bb. in marg. *vel arrui*
omitte	Bern. *obmitte*
Cap. XI, (II,) 11. coacta per me	Bb. *per me coacta*
Karthaginem	Bern. *Carthaginem*
paene	Bb. *pene*
per te partum	Bern. *partum per te*
triumphum	Bb. *triumphus*

Rehdig. *ad celum — summe pater Sol —;* omittit *ipso* post *nomine;* habet *itaque numquam — percuntatus.*]

Cap. X, 10. *me et de via, et qui ad multam noctem vigilassem, artior, quam solebat, somnus complexus est.*] Codices nostri cum melioribus et codd. et edd. ante *de via,* in aliis post *de via,* interpositam vocem *fessum* respuunt. *De via* Ochsnerus recte docuit esse *propter viam,* ut Phil. I, 5. *cumque de via languerem.* Quamquam nostro loco insequentia demum verba *et qui — vigilassem* hanc loquendi brevitatem excusabunt. [Cod. Rehdig. *apparatu regio — cum* (ita semper, non *quum*) *senex — etiam de via — artior;* non male idem *ex eius imagine magis quam ex ipso erat notior* (vid. Ruddim. Instit. gr. lat. II. p. 105.) — *ubi agnovi — corrui — Set ille,* atque ita semper *sed* per *t* scribitur.]

Cap. XI, (II,) 11. *Deligere iterum absens consul.*] Sic Orellius; alii, ut Moser et Nobbe, transponunt *iterum consul absens.* Constat Scipionem Romae tum fuisse, cum iterum consul quatuordecim annis post Carthaginem deletam ad conficiendum bellum Numantinum crearetur, ut *absens* intelligatur a campo Martio, a comitiis (cf. interpretes ad Liv. IV, 42.), qui non petierat consulatum, cui *ultro* (v. Liv. Ep. LVI. et Cic. Lael. c. 3, 11. de Scipione, *qui consulatum*

Edit. Orell.	S. Sm. Bern. Bb.
a nobis hereditarium	Bern. *ex nobis hereditarium*
obieris	Bern. *obieris* a prima manu; corr. *abieris*
deligere	Bern. Bb. *delegere*
iterum absens consul	Bb. *iterum consul absens*
excides	Bern. *excindes;* Bb. *excindes*
perturbatam consiliis	Bern. Bb. *consiliis perturbatam*
Cap. XII, 12. ostendas oportebit	Bern. *ostendes op.*
ingenii consiliique tui	Bb. *ingeniique tui consiliique*
solis anfractus	Bb. *anfractus solis*
fatalem	Bern. *natalem*, in margine *fatalem*

petivit nunquam, factus est consul bis) delatus est consulatus. Nollem *iterum* a voce *consul*, quacum arctissime solet illud coniungi, interposito *absens* secerni, nisi *absens* postpositum ad alterum consulatum pertineret, non item ad primum. Plus quidem honoris tribuitur ei, qui absens a comitiis iterum consul creatur, quam qui praesens; Scipioni vero contigit, ut etiam bis absens, vel iterum absens consul fieret; nostroque loco Africanus in summorum honorum enumeratione, quibus futuro tempore Scipio ornaretur, eximium illud decus certo non praetermisit, neque imminuit. [Cod. Rehdig. *Carthaginem* (sic ubique) — *delegere* — *curru in Capit.* id quod iure Orellius recepit in contextum.]

ibid. *Numantiam excides.*] Uffenbachiano Codici, cuius auctoritatem Orellius sequitur, Bernensis lectionem *exscindes* et Bambergensis *excindes* (ut Wunder ad Plancianam orat. 41, 97. *excindi*) opposuerim cum Vict. Lamb. Vinet. Graev. libris, qui *exscindes* ediderunt. Atque Bouhier (Remarques sur Cicero p. 484.) „Je préférerois, inquit, „„*exscindes*,““ qui se trouve dans plusieurs MSS. et dans l'édition d'Alde.“ Accedit quod *exscindes* propter maiorem quandam soni gravitatem et poetici sermonis usum (Virg. Aen. II, 177. *exscindi Pergama telis* et XII, 643. *exscindine domos — perpetiar?*) videtur nostri loci magnificentiae ac ponderi magis convenire, quam *excides*. [Cod. Rehdig. *consiliis perturbatam nepotis mei*, meliore ordine.]

§ 12. *ne me ex somno excitetis, et parum rebus; audite cetera.*] Variae sunt coniecturae, quibus Viri docti corruptam hanc plurimorum Codicum lectionem *parum rebus* emendare

Edit. Orell.	S. Sm. Bern. Bb.
propinquorum manus	Bb. *manus propinquorum*
exclamasset	Bb. *exclamavisset*
ceteri vehementius	Bb. *vehementius ceteri*
leniter arridens	Bern. *leviter arridens*
Quaeso	Bb. *et quaeso*

studuerunt. Nam cum duo Manutii codices haberent *pax sit rebus* (quod graecus interpres expressit et in Rehdigerano codice legitur), unus *pax rebus;* Graevius, reiecto scioli librarii additamento *sit rebus* vel *rebus*, suspicatus est a Cicerone scriptum esse „*ne me e somno excitetis. Pax! verum audite cetera.* h. e. tacete, et desinite ingemiscere, et exclamare.“ At comicum (Plaut. Mil. glor. III, 1. *Pax, abi!* et Terent. Heaut. IV, 3, 39 *Pax: nihil amplius.*) haec vox redolet; nec magis aptum est *paucis* in uno Codice Oxon. Tum alii aliud exquisiverunt, Clericus Art. crit. III, 1, 16. §. 9. Vol. II. p. 250. coniecit: *ne me ex somno excitetis his pavoribus.* Ph. Car. Hess in editione graeci interpretis, quem Maximum Planudem esse docuit, Matthaei coniecturam communicavit iam in Seebodii bibliotheca crit. 1829. p. 306. primum proditam: *et parcite fletibus.* Heinrichii coniecturae *et rumpatis visum* in contextum receptae quamquam Moserum in Additamentis ad ed. Cic. de republ. 1826. poenituit, non felicior tamen V. D. fuit in eiusdem editionis Indice ad v. *pax sit rebus*, quae verba mutanda putat in *date operam rebus*, deceptus is quidem alio loco de Rep. I, 7. *Ac tamen si qui sunt, qui philosophorum auctoritate moveantur, dent operam parumper, atque audiant eos, quorum summa est auctoritas.* — Rem acu iam dudum tetigit Bouhier l. c. p. 484. „Je soupçonne, que Ciceron avoit écrit: *et parumper audite cetera.* Au lieu de „*parumper*“ les anciens Copistes ont lu par inadvertance „*parum reb*“ et c'est apparemment ce qui a donné lieu à la corruption de ce passage, quoiqu'il soit difficile de rien affirmer en ces sortes de choses sans le secours des MSS.“ Quae coniectura merito probata est Niebuhrio. Sed in huius emendationis simplicitate non acquiescens T. Baden (cf. Neue Jahrbücher für Philol. und Paedag. 1833. Supplementb. II, 3. p. 358.) coni. „*et parumper visa audite cetera*, und höret ein Weilchen den übrigen Träumen“; et Moser in Symb. crit. ad Ciceronem Spec. III. Ulmae 1833. denuo periculum fecit suam emendationem modo commemoratam ad L. I. de rep. 7. magis etiam, quam decebat, accommodandi, cum

Edit. Orell.	S. Sm. Bern. Bb.
Cap. XIII, (III,) 13. ad tutandum remp.	Sm. Bern. Bb. *ad tutandam remp.*
conservarint	Sm. Bern. Bb. *conservaverint*
certum esse in caelo ac definitum locum	Bern. *certum esse locum in caelo*
nihil est enim illi	Bern. *nihil enim est illi*
hunc mundum	Bern. Bb. *hunc* d.
iure sociati	Bern. *iure sociati*, corr. *sociati*
harum rectores et conservatores	Sm. *earum rectores et servatores*

---

vellet scribi *date operam parumper et audite cetera.* Mihi quidem una illa Bouhierii ratio: *ne me e somno excitetis, et parumper audite cetera* probata est. Cf. Ennii Annal. V, 4. *Divi, hoc audite parumper.* Cic. Philipp. II, 40, 104. *Remove gladios parumper illos, quos videmus.* Tusc. V, 24, 68. *isque animo parumper et cogitatione fingatur.* Lael. I, 5. *Tu velim animum a me parumper avertas*, ad quem l. vide quae de *parumper* et *paulisper* annotavi. [Cod. Rehdig. *fatalem dierum confec. — omnes boni viri, te—exclamavisset — vehementius ceteri — leviter arridens — somno excitaveris —.*]

Cap. XIII, (III,) 13. *alacrior ad tutandum rempublicam.*] Si, ut par est, Codicum spectatur auctoritas, praeter tres Oxx. in quibus est, ut in Uffenb., pro gerundio participium *tuendam*, lectionem *tutandam* servarunt duo Oxx. omnesque, quorum varietatem lectionis attulimus, San-Gallensis cum Macrob. Bern. Bamberg. et Rehdig. et edd. Bazalerii 1499. Iunt. 1514. Ald. 1528. Victor. Magnol. 1538. Manut. 1555. Lugdun. 1556. Lambini, Suffr. Petri, Vinetl. Maluerunt vero recentt. edd. Graev. Ern. Schütz, Orelli, Moser, Nobbe, *ad tutandum remp.* recipere. „Dubia lectio est etiam Philipp. XI, 15, 39. *legiones ad liberandum patriam paratissimae:* sic Orellius ex omnibus ante Muretum editis libris et, quod Garatonius testatur, e Ferrarii MStis dedit et „Rectissimum, inquit, illud alterum esse, sed obnoxium mutationi in vulgarius, nunc omnibus notum est.“ Facilius ferri possit de Offic. III, 5, 26. *aut magis fugiendam censet mortem, paupertatem, dolorem*, cet. gerundium *fugiendum*, quod et ordo verborum et generis obiectorum diversitas suadere possit videri, atque etiam l. M. Heusing. ex aliquot Codd. et Aldi edit. commendavit. At Beierus et Stüren-

Edit. Orell.	S. Sm. Beier. Bb.
Cap. XIV, 14. metu mortis	Sm. Bb. *mortis metu*
ipse et Paullus	Sm. *ipse Paullus* (*et* supersc. a. sec. m.)
exstinctos	Bb. *exstinctos esse*
ii vivunt	Bb. *hi vivunt*
ex corporum vinclis	Sm. Bb. *e corporum vinculis*
evolaverunt	Bb. *evolarunt*
dicitur vita	Sm. *dicitur esse vita*
adspicis	Bb. *aspicias*

burgius non sunt obsecuti. Pro Scauro ed. Beieri p. 149. propter peculiarem gerundii gravitatem et remotiorem obiecti locum non dubium est, quin Cic. scripserit: *Obliviscendum vobis putatis matrum in liberos, virorum in uxores scelera?* Genitivo gerundii accusativum addi sive patitur sive iubet nunc arctior genitivi nexus cum superiore nomine, nunc sonorum fugienda asperitas, nunc inceptae structurae continuatio facilior, ut Philipp. V, 3. init. loco satis memorabili: *utrum M. Antonio facultas detur opprimendae reipublicae, caedis faciendae bonorum, diripiendae urbis, agrorum suis latronibus condonandi, populum R. servitute opprimendi.* Quo loco etiam utriusque structurae confusionem *agrorum — condonandi*) deprehendis. [Cod. Rehdig. *conservaverint — celo distinctum esse locum — omnem mundum* (omisso *hunc*) *— cetumque — horum rectores —.*]

Cap. XIV, 14. *etsi eram perterritus non tam metu mortis, quam insidiarum.*] Verborum ordinem, quem in Cod. Macrobii Sangallensi et Bamberg. dixi reperiri *non tam mortis metu, quam insidiarum* et servant edd. Basal. Vict. Asecns. 1. et R. Steph., contra recentiores editores defendendum existimo. Maior enim vis est in *mortis* et *insidiarum* oppositione, cuius vocabula particulae *tam — quam* minime patiuntur a se removeri. Egregie mihi suffragatur Cic. Brut. 33, 126. *Utinam non tam fratri pietatem, quam patriae, praestare voluisset.* [Cod. Rehdig. *Paulus* (sic et infra) *— extinctos arbitramur. — hi vivunt — e corp.*]

§. 14. *Vestra vero, quae dicitur, vita mors est.*] Cf. pro Scauro §. 4. ed. Beieri p. 148. *Socrates illo ipso die, quo erat ei moriendum, permulta disputat* (vid. Plat. Phaed. p. 61. c. sq.) *hanc esse mortem, quam nos vitam putaremus, cum corpore animus tamquam carcere saeptus teneretur, vitam autem esse eam, quam idem animus vinclis corporis liberatus in eum se locum, unde esset ortus, re-*

Edit. Orell.	S. Sm. Bern. Bb.
Cap. XV, 15. ita inquit ille	Bb. *inquit ita ille*
Nisi enim	Bb. *Nisi enim cum*
deus is	Sm. *deus hic*
non potest	Bb. *non poterit*
in hoc templo	Sm. *in templo hoc*
circos suos	Bb. *circulos suos*
est animus	Sm. Bb. *animus est*
iniussu	Bb. *invisu*
munus humanum	Sm. *humanum* d.
defugisse	Bb. *defuisse*
illum incolunt	Bb. *incolunt illum*
Cap. XVI, 16. elucens circus	Sm. Bb. *circus elucens*
Graiis	Bb. *Gragis*
omnia mihi	Sm. *mihi omnia*
eae stellae	Bb. *hae stellae*
ea minima	S. Sm. *ea minime*
ultima a caelo	Bb. *a* d.
citima terris	S. *proxima terris*
mihi parva	Bb. *parva mihi*

tulisset, et quae Beierus l. l. de voluntaria morte disp. quam (*εὔλογον ἐξαγωγὴν*) admittebant Stoici; quo pertinet illud Scipionis §. 15. *quid moror in terris?* seqq.

Cap. XV. §. 15. *ex hominum vita migrandum est, ne munus humanum assignatum a Deo defugisse videamini.*] Voc. *humanum* in Macrobii commentario non legitur, neque desideratur propter sequentia verba non minus, quam propter superiora *ex hominum v.* Accedit quod in cod. Rehdig. *humanitatis* legitur. [Cod. Rehdig. *Nisi cum Deus — qui tuentur*, quod videtur vulgatae *qui tuerentur* praeferendum. Nam *hac lege* ad proxime praecedentem hominum conditionem referendum est: *nisi Deus — liberaverit, huc tibi aditus patere non potest.* Cod. Rehdig. paulo post transponit *retinendus animus est* et *cum magna sit.*] —

Cap. XVI. §. 16. In continuato patris sermone prima huius capitis verba *erat autem is splendidissimo candore inter flammas elucens circus*, a Scipione interposita parenthesis signo recte notarunt Moser. Ochsn. Orell. quod non debebant Heinrich et Nobbe praetermittere, nisi insequentia verba *quem vos, ut a Graiis accepistis, orbem lacteum nuncupatis*, a Scipione ad amicos tamquam profanos referri mallent. [Cod. Rehdig. *ea minima — citimaque — ita parva* (ut *mihi* exciderit) — *attingamus.*]

Edit. Orell.	S. Sm. Bern. Bb.
ap. XVII, (IV,) 17. defixa tua	Bb. *tua* d. sed add. in margine script. *vel defixi*
adspicis	Bb. *aspicis*
infixi sunt	S. Sm. Bb. *sunt infixi*
cui subiecti sunt	S. *cui subiecti* Sm. *huic subiecti*
infimoque	S. Sm. *in infimoque*
Infra autem iam	Sm. *Infra autem eam*

ap. XVII, (IV,) 17. *Novem tibi orbibus vel potius globis connexa sunt omnia: quorum unus est caelestis, extimus, qui reliquos omnes complectitur, summus ipse deus arcens et continens ceteros: in quo infixi sunt illi, qui volvuntur, stellarum cursus sempiterni.*] De hac sententia cf. Cic. de Nat. D. I, 13 et 14. Verba *in quo infixi sunt illi* hoc meliore ordine *in quo sunt infixi illi* collocant Codices Cr. et Uffenb. apud Moserum, tum Orellii Cod. Turic. Macrobii cum nostro San-Gallensi et Somnii et Macrob. quibuscum consent. Cod. Bamberg. et Edd. vett. Bazal. Iunt. Ascens. I. Vict. Vinet. Rob. Steph. Praesens tempus cum participio aptius est, quam praeteritum, verbi passivi, quod dativum solet secum iungere, ut de Nat. D. I, 13, 34. *sideribus, quae infixa caelo sunt.* Nostro quidem loco pro dativi *(cui)* usu frequentiore aptior videri debet ablativus cum praepositione ad perspicuitatem et probati ordinis commendationem. [Cod. Rehdig. *aspicis, quae in templâ tu veneris. — sunt fixi — subiecti septem sunt — vocant* (pro *nominant*) *— prosper.*]

ibid. §. 17. *infimoque orbe Luna, radiis solis accensa, convertitur. Infra autem iam nihil est, nisi mortale et caducum praeter animos* cet.] Cum hac Orellii lectione consentiunt omnes Ciceronis codices praeter unum Oxon. et Macrobii comment. etiam San-Gall. et edit. Vin. in quibus est: *Infra autem eam nihil* cet., quod ne quis praeferat, quia sequatur: *supra Lunam sunt aeterna omnia.* Nam *autem* male post nudam praepositionem poneretur; neque pronomine *eam* opus esset, cum in hac lunae descriptione adverbium *infra* satis significet terminum. Denique *tām* non praesentis temporis notam continet, sed eius est, qui inferiora, tamquam tenuia et exigua, despicit, ut germanicum *weiter* videatur comparari posse vel *sonst*, h. e. si omnia perlustras. [Cod. Rehdig. *generi hominum* transponit.]

Edit. Orell.	S. Sm. Bern.
Cap. XVIII, (V,).18. Quis hic	S. Sm. *Quid hic*
intervallis coniunctus	Sm. *intervallis disiunctus* bis
orbium conficitur	S. Sm. Bern. *orbium efficitur*
summus ille	Bern. *ille summus*
cuius conversio	Bern. *cuius conclusio* (corr. *conversio*)
acuto et excitato	S. *acute et excitato* Sm. *acute excitato*
§. 19. sonitu oppletae	Bern. *sonitu completae*
hebetior sensus	Bern. *hebetior sonus*
Catadupa	Bern. *Catadupla*
solem adversum	Bern. *solem adversus eum*

Cap. XVIII, (V,) 18. *Quis hic, inquam, quis est, qui complet aures meas tantus et tam dulcis sonus?*] Quod in sex Oxonn. Monac. San-Gall. Pet. Suffridi, Manutii Nep. et Gruteri codicibus legitur *Quid? hic, inquam, quis est*, tuentur etiam Macrobii codices Turic. et San-Gall. quibus assentitur graecus interpres de prima voce, qui vertit: τί τοῦτ', ἔφη, τίς cet. Ex qua interpretatione Ochsnerus recte statuit minus posse coniici, a Cicerone scriptum esse *Quid hoc?* [Sic legitur in Cod. Rehdig.] quam non scriptum *Quis hic?* Videri possit *Quid?* pronomini *hic* praeponi ad stuporem Scipionis significandum, ex quo vix se receperat, ut primum *Quid?* universe interiectionis loco admirationem exprimeret, deinde definitius per *hic quis est* cet. Similiter de Orat. II. extr. *Quid? quod dixisti, inquit, Crasse, si — nihilne ad fidem tuam putas pertinere?* At in uno Ox. et in Aldina Macrobii cum multis vett. edd. legitur *Quis hic, inquam, quis est, qui* cet. Nec vero omisso *inquam*, convenerit Scipioni dicere: *Quis hic, quis est, qui complet aures meas* cet. Facilius ferri videtur posse quod est in MS. ad marg. ed. Verburg. *Quis, inquam, quis hic est, qui* vel illud *Quis, inquam, quis est, qui* quod in Cod. Creus. et Ascens. 1. reperitur; sed ita placere poterit utrumvis, ut interrogativi *quis* repetitio sit narratoris, qui propter interpositum *inquam* pronomen *quis* repetierit. Nolui autem praetermittere quod, ut est simplicius dictum, et Scipione et Cicerone videtur dignius, *Quis hic, inquam, est, qui*, ut legitur in edit. Lugdunensi 1556. 4. quam editionem Moserus tantum non hoc loco contulit.

§. 18. *Hic est, inquit ille, qui intervallis coniunctus impariibus, sed tamen pro rata parte ratione distinctis, impulsu*

Edit. Orell.	S. Sm. Bern.
p. XIX, (VI,) 20. Sentio, inquit	Bern. *inquit, sentio*
haec caelestia	Bern. *nec caelestia*

et motu ipsorum orbium conficitur, et acuta cum gravibus temperans, varios aequabiliter concentus efficit.] Distinguendum videtur cum Ochsnero et Moscro, a quibus Orellius discessit, *Hic est, inquit, ille, qui,* ut Africanus respondeat *Hic est ille, qui,* ut Cic. ad fam. II. 10. *Hiccine est ille, qui urbem?* Ignotus enim Scipioni nemo notissimus est Africano interpreti. Tum mira est varietas lectionis in Macrobii tantum non omnibus codicibus, qui habent *intervallis disiunctus imparibus*, [cui admodum favet *distinctus imp.* in Cod. Rehdig.] quod rei naturae videtur convenientius. Intervalla enim disiungere solent, ut Cic. ad Div. I, 7. *quoniam intervallo locorum et temporum disiuncti sumus*, et in nostro sermone paulo post *Illi autem octo cursus — septem efficiunt distinctos intervallis sonos.* Diremta vero videbitur controversia, et lectio *coniunctus* (Ald. ed. Macrob. *coniunctis*) confirmata, si concessivam vim ablativi observaveris, quam non minus ambigue sic expresserim: *Diese ist der Ton, der bei ungleichen, aber doch im Einzelnen verhältnissmässig bestimmten, Zwischenräumen verbunden, durch Schwingung und Bewegung der Himmelskörper entsteht und unter Abwechslung der Höhe und Tiefe mannigfaltige Harmonieen in gleich gemessner Folge hervorbringt.* — Pro vulgata lect. *conficitur* in Codd. Cr. et Monac. quos Moserus contulit, tum in Orellii Codd. Turic. Rehdig. editt. Ald. Viet. Magnol. Manut. Lamb. aliisque, quibus Codd. San-Gallensis et Bernensis suffraganter, est utrobique *efficitur*, quod et Moserus et Orellius, nescio cur, repudiarunt, quamquam paulo post *concentus efficit* et *octo cursus — septem efficiunt distinctos intervallis sonos* legitur ut de Nat. D. II, 59, 149. de lingua *sonos vocis distinctos et pressos effcit.* Neque in nostrum locum cadit transigendi seu ad finem perducendi notio, quae in verbo *conficere* latet, ut sidera cursum conficere dicuntur. An eiusdem verbi de eadem re repetitionem fugiendam Viri D. putaverunt? [Cod. Rehdig. *una sede — locum mundi — efficiunt septem — praecipitatur.*]

p. XIX, (VI,) 20. *Tu enim quam celebritatem sermonis hominum, aut quam expetendam gloriam consequi potes?*] Elegantiorem et suaviorem ordinem verborum *quam expetendam consequi gloriam potes* praebet Cod. San-Gallensis

Edit. Orell.	S. Sm. Bern.
contemnito	Bern. *contempnito*
expetendam gloriam consequi	S. *expetendam consequi gloriam* Bern. *expectandam glor. cons.*
raris	Bern. *in raris*
angustis locis	S. Sm. *angustis in locis*
eosque qui	S. *hosque qui* Bern. *nosque qui*
partim transversos	S. d.
exspectare gloriam .	Bern. *spectare gl.*
potestis	Sm. *poteris*
Cap. XX, 21. quasi quibusdam	Bern. *quasi quibus*
duos maxime	Sm. *duo maxime*

in contextu cum Cod. Rehdig. et optimis edd. Mediol. Iunt. Ald. Pet. Suffr. Ita vox *gloriam* eminentiore loco, eoque, cui ex adverso *celebritatem* respondet, ut par est, ponitur. Secus statuendum est de verbis §. 23. *ne diuturnam quidem gloriam assequi possumus* et §. 24. *nemo unius anni memoriam consequi possit.* [Cod. Rehdig. transponit *inquit, sentio* et omittit *etiamnunc:* in eodem Cod. cum Tur. legitur *eosque qui incolant*, quod praefero vulgatae ap. Orellium *incolunt*, quia ipsos, qui incolunt terram, videre nequit Scipio.]

ibid. 20. *sed partim obliquos, partim transversos, partim etiam adversos stare vobis: a quibus exspectare gloriam certe nullam potestis.*] In Cod. San-Gall. et Rehdig. ut in tribus Oxx. verba *partim transversos* (in uno Palat. *p. aversos*, quod Moserus recepit) omittuntur in contextu, non item in Macrob. commentario, cum librarius a primo *partim* ad tertium aberrasset. Sunt autem *obliqui*, qui ab utroque latere temperatae zonae in frigida et calida versantur; *transversi*, qui in altera zona temperata *(uns gegenüber)* orbem terrarum incolunt; *adversi* sunt iidem, qui §. 21. *adversos vobis urgent vestigia* (Gegenfüssler). — Pro *potestis* Macrobius rectius *poteris*, quod, ab interpretibus fere neglectum, etiam Bouhierio l. c. p. 487. placuit. Nec enim omnibus Romanis exspectare licet gloriam. Probe distinxit Cic. ea, quae communia omnium sunt, ut proxime antecedentia et §. 19. *nec est ullus hebetior sensus* (quam aurium) *in vobis* et *sicut intueri solem adversum nequitis*, si comparas §. 20. *gloriam consequi potes.*

Cap. XX, 21. *cingulis; e quibus duos maxime inter se diversos, et caeli verticibus ipsis ex utraque parte subnixos,*

Edit. Orell.	S. Sm. Bern.
obriguisse pruina	Bern. *obruisse pruina*
duos habitabiles	S. Sm. Bern. *duo sunt habitabiles*
quorum australis	Bern. *quorum* d.
adversa vobis	Bern. *aversa vobis*
angusta	S. Bern. *angustata*
insula est	Sm. Bern. *est insula*
quem Oceanum	Sm. *quod Oceanum*
qui tamen	Bern. *quod tamen*
sit parvus	Bern. *sit parvum*
§. 22. aut cuiusquam	Bern. *aut cui'q.*
transcendere potuit	Bern. *potuit* d.
tranare	S. *tranatare* Bern. *transnatare potuit*
obeuntis solis	Bern. *abeuntis solis*
se gloria dilatari	Bern. *se gloriari dilatari*
qui de vobis loquuntur	S. *q. d. v. loquentur* Bern. *qui loquuntur de vobis*
quamdiu loquentur	S. *quam loquentur diu* Bern. *quam loquuntur* (a corr.) *diu*

obriguisse pruina vides; medium autem illum et maximum solis ardore torreri: duos habitabiles cet.] Orellius *duos habitabiles* e Turic. cod. Macrobii et edd. Ald. et Magnolianae varietate, in calce subiecta, edidit, ut accusativus penderet ex *vides*. Cum ceteris libris MSS. nostri tuentur, *Duo sunt habitabiles*, quod propter insequentis descriptionis ambitum et definitam orationem habet quo commendetur. Nam compendium scribendi *s* pari errore potuit ad *Duo* trahi, atque extrema litera vocis *duos* pro *sunt*, ut Orellius suspicatur, haberi. [Cod. Rehdig. *pruina. Vides — angustata.*]

§. 21. *insula est, circumfusa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quem Oceanum appellatis in terris: qui tamen tanto nomine quam sit parvus, vides.*] Macrobius San-Gall. et Turic. cum quatuor Cicer. codd. Oxx. Rehdig. et edd. Bazaler. Iunt. Vict. Magnol. Manut. Graev. quibus addenda est Lugd. 1556. habent *quod Oceanum appellatis*, quam lect. Orellius ita defendi putat posse, si *Oceanum* habeatur pro adiectivo. Qua ratione, vel propter insequens *qui* minus probabili, non opus esse docet Cic. de Nat. D. II, 66, 165. *qui quasi quandam magnam insulam incolunt, quam nos orbem terrae vocamus.* Movet etiam pronominis

Edit. Orell.	S. Sm. Bern.
Cap. XXI, (VII,) 23. a patribus acceptas	Sm. Bern. *acceptas a patribus*
prodere	Bern. *producere*
non modo aeternam	S. Sm. *non modo non aeternam*
ab iis qui	Bern. *ab his qui*
ab iis nullus	Bern. *ab his nullus*
fuerunt viri	Bern. *fuere viri*
Cap. XXII, 24. Quum praesertim	S. *praesertim cum* (*cum* ab al. m.) Sm. Bern. *praesertim cum*
apud eos ipsos	Bern. *ipsos* d.
populariter	S. *loquelariter*
astri reditu	Bern. *astri esse reditum*
quum autem ad idem	Sm. *re autem ipsa cum ad idem*
eandemque	S. *eandem*
hominum secula	S. *hominum secla* Bern. *hominum saecula*
exstinguique visus est	Bern. *visus est exstinguique*
in templa	Bern. *in* d.
penetravit ita	S. Bern. *ita* d.
quandoque	Bern. *qn̄q.*

quod praegressa et ad unum verbum *appellatis* suavissime relata repetitio magis, quam usitata superioris §. 13. ratio: *cultusque hominum — quae civitates appellantur* et 15. *globum — quae terra dicitur.* [Cod. Rehdig. ut tuetur *quod Oceanum*, sic etiam paulo post *quod tantum — parvum.* Deinde §. 22. *Ex ipsis iis* (vulg. *Ex his ipsis*) — *non aut*, quo interrogatio per *num aut* vulgo indicata tollitur; — *transnatare* super *transnitere* ab eadem manu scriptum. XXI, (VII,) §. 23. *vestrum* pro *nostrum* non contemnendum, quamvis sequatur *possumus*, quo se contineri vult Africanus, — *certo tempore* aptiore ordine, — *non modo non aeternam — cum etiam ab iis.*]

Cap. XXII, (VII,) 24. *cum autem ad idem, unde semel profecta sunt, cuncta astra redierint, eandemque totius caeli descriptionem longis intervallis retulerint.*] Cum in Nobbii editione, quacum est Cod. San-Gallensis comparatus, error typographicus *totius anni descriptionem*, diu ille propagatus, quem I. Gronovius primum, tum etiam Orellius castigavit, reperiatur; miror profecto, quod huius codicis lectio ad hunc locum non est, ut in Bernensis codicis lectione,

Edit. Orell.	S. Bm. Bern.
eadem parte	Bern. *ab ea parte*
tum signis	Bern. *tum (cum) signis*
ad idem principium	S. *ad principium* Bern. *ad quod principium*
Cap. XXIII, 25. praestantibus viris	Bern. *potentibus viris*
Igitur alte	Bern. *Igitur ad te*
et aeternam	Bern. *et d.*
contuerî	S. *contueri* (a sec. m. *eligere*)
dederis	S. *dedideris*
de te alii loquantur	Bern. *de te loquuntur*
sed loquentur tamen	Bern. *sed loquitur tamen*
iis regionum	Bern. *his regionum*

indicata. Quamquam vix dubitare licet, quin scriptum fuerit *totius caeli descriptionem*, quod et sententia et omnium, etiam Macrobii, Codicum auctoritas requirit. [Cod. Rehdig. *praesertim cum — nomen vestrum — loquaciter — redditum* (h. e. *reditum*) *— saecula hominum.*]

Cap. XXII, 24. *Namque ut olim deficere sol hominibus extinguique visus est, cum Romuli animus haec ipsa in templa penetravit; ita quandoque eadem parte sol eodemque tempore iterum defecerit, tum signis omnibus ad idem principium stellisque revocatis, expletum annum habeto.*] In hac magni anni descriptione altera pars comparativae periodi ferre nequit *ita quandoque*, sed requirit *ita, quando — defecerit*, cui in protasi respondent verba *ut — cum — penetravit*. Temporis enim notatio duplex anni magni initium et finem constituit, neque debebat ab editoribus cum aliis, tum Orellio, qui Tusc. III, 7, 14. *ut victum, si quando, se esse fateatur* pro vulg. *ut v. quandoque se e. f.* edidisset, negligi *si quando* in Cod. Monacensi (a secunda manu) vel in Ox. Y. et Cr. et edit. Venet. lectio *quando* pro vulgato *quandoque* (quod vix praeter Epp. ad Div. VI, 19. *quoad ille quandoque veniat* apud Cic. pro *aliquando* legitur) vel *quandoque cum* in Ald. vel *quandocunque*, quod est in edd. Manut. Lamb. Vinet. et Lugd. 1556. Nam Cic. Divin. II, 6, 17. *quandoque eadem luna — obscuret*, est et *quando* interpretandum. In Codd. San-Gall. Bern. tribus Oxx. Uffenbach. Monac. cum multis vett. edd. *ita* a fine verbi *penetravit* videtur esse absorptum. — Male etiam *idem* in verbis *ad idem principium* praetermissum est in tribus libris Ald. tribus Oxx. Rehdig. Monac. San-Gall. edd. Ascens. I. et P.

Edit. Orell.	S. Sm. Bern.
Cap. XXIV, (VIII,) 26. o Africane	S. *o* d.
bene meritus	Bern. *bene meritis*
patriis	S. *patris*
vestro non	Bern. *nostro non*
proposito	S. Bern. *exposito*
multo vigilantior	Bern. *multo* d.
enitere	Bern. *enitè-*
non esse te mortalem	Bern. *te non esse mortalem*
tu es	S. Sm. *tu is es*
non ea figura	Bern. *figura* d.
si quidem deus est	S. Sm. Bern. *siquidem est deus*

Suffr. Habent enim sidera sui quodque cursus principium et commune quoddam, quo demum si omnes stellae revocatae fuerint, annus is, qui magnus vocatur, expletus nostro loco dicitur. Explicatius paulo ante dixerat: *cum autem ad idem, unde semel profecta sunt, cuncta astra redierint* cet. [Cod. Rehdig. *Nam — sol hic — quandoque ab eadem* — Tum §. 25. *viris plena — vix omittitur; — loquantur tantum* (pro *loquentur tamen*) quasi despicientis.]

Cap. XXIV, (VIII,) 26. *nunc tamen, tanto praemio proposito, enitar multo vigilantius.*] In tribus Codd. Ald. Palatt. et Dan. tum in Uffenb. Monac. Rehdig. San-Gall. Bern. et in edd. Ven. Gronov. Ern. legitur *tanto praemio exposito*, quod propter quandam splendoris et magnificentiae ostendendae notationem nescio an sit praeferendum, cum verbum *proponere* soleat apud Cic. de fine consequendo cum *sibi* coniungi, et admodum frequens sit, ut factam mutationem non miremur. Cf. Philipp. II, 44, 114. *Quod cum ipsum factum per se praeclarum est atque divinum, tum expositum ad imitandum;* de Orat. I, 4, 15. *Erant autem huic studio maxima, quae nunc quoque sunt, exposita* (vett. aliquot edd. *propositа*) *praemia vel ad gratiam, vel ad opes, vel ad dignitatem;* pro Quint. 23, 74. *qui cum ipse ultro deberet, quasi eximio praemio exposito, cupidissime contenderet, ut* cet. [Cod. Rehdig. *o Africane* omitt. — *patris — et non defui — te non esse.*]

§. 26. *Nec enim tu es, quem forma ista declarat, sed mens cuiusque is est quisque, non ea figura, quae digito demonstrari potest.*] Sic Orellius pro pleniore *tu is es* cum recentioribus edidit, ut alii, *tu* praetermisso, *Nec enim is es.* Alii, ut Gronov. *tu es* expunxerunt, ut relinqueretur *Nec enim is, quem forma ista decl.* Ita vero *ista* parum com-

Edit. Orell.	S. Sm. Bern.
et ut mundum ex quadam parte mortalem ipse	S. *et ut ipse mundus ex quadam parte mortalis ipse;* Sm. *et ut ille mundum quadam parte mortalem ipse* Bern. *ut et mundum ex quadam parte mortalem ipse*
Cap. XXV, 27. quodque agitatur	Bern. *quodque ipsum agitatur*
quando finem	Bern. *quo* (sed — sup. *quo* erasum videtur) *finem*
quod sese movet	Bern. *quod de se movetur*
ne moveri	Bern. *ne* d.
principium est	Bern. *est* d.
nulla est origo	Bern. *est* d.
oriuntur	Bern. *moventur*
ex re alia nasci	Bern. *ex re aliqua non nasci*
ne accidit quidem	Bern. *nec occidit quidem*
natura consistat	S. Sm. *natura et consistat* Bern. *natura nec consistat*
qua a primo impulsa	S. *q̃n* (*a* sup. ab al. m.) *a primo impulsu* Sm. *qua a principio impulsa*
Cap. XXVI, (IX,) 28. quod a se ipso moveatur	Bern. *quod se ipsum moveat*

veniret. Mihi quidem videtur a Cicerone scriptum, quod est in plerisque libris Mss. et praeter multas edd. in Lugd. 1556: *Nec enim tu is es, quem f. i. d.*, ut intelligenda sit oppositio *sed alius es;* omisso vero *is*, verbis *Nec enim tu es, quem f. i. d.* oppositum cogitari debebit *sed alius est, quem f. i. d.* quod ineptum est. Similiter Cic. in Topicis c. 19. *Neque enim tu is es, quem nihil, nisi ius civile, delectet:* quo loco si *is* deleretur, videretur alius esse, quem nihil nisi ius civ. delectaret. [Cod. Rehdig. *si quidem est deus — ut ille mundum. — §. 27. de se movetur* (Orell. c. vulg. *sese movet*) — *alia ex re — nec occidit — si extinctum est — de se movetur — nec item mori — vel consistat — ne ullam vim — antequam* (pro *qua*): favet lectio *a qua* et *quam* in aliis. In eodem Cod. Tusc. I, 23. ubi idem locus de immortalitate animorum legitur, servatur *qua primo* omisso *a* ante *primo*, quam praepos. Orellius defendit. — *impulsa*, ut Orell. edidit; Heinr. Mos. Nobbe *impulsu*.]

Cap. XXVI, (IX,) 28. *Nam haec est propria natura animi.*] Hunc ordinem verborum, quem Orellius pro vulgato *Nam*

Edit. Orell.	S. Sm. Bern.
animis esse tributum	Bern. *animis esse attributam*
Inanimum est	Bern. *inanimatum est*
animal est	S. Sm. *est animal* Bern. *et anima*
Quae si est	Bern. *Quasi est*
quae sese movent	Bern. *quae sese moveant*
aeterna est	Bern *est* d.
optimis in rebus	S. Sm. *optimis in rebus* Bern. *in* d.
optimae curae	Bern. *optime esse* (*e*˜*e*)
earumque se	Bern. *se* d.
corporibus elapsi	Bern. *e corporibus elapsi*
multis exagitati seculis	S. *multis exagitati seclis* Sm. *multis seclis*
somno solutus sum	Bern. *somno* d.

haec est natura propria animi ex vett. edd. recepit, et sententiae ratio defendit et nostrorum librorum auctoritas San-Gallensis utrobique et Bernensis. [Cod. Rehdig. *movetur — esse* post *animis* Om. — *Inanimatum* (in marg. haec ab eadem m. adscripta sunt: *alii: in animis enim est quod pulsu agitatur aeterno*) — *est animal — propria natura* (Sic etiam Orell.; sed huius Cod. auctoritatem tacuit.) — *emanebit foras — a corpore se — corporeis* (pro *corporis*) *voluptatibus.*]

INDEX

VERBORUM ET RERUM MAXIME MEMORABILIUM.

A.

Abest tantum, ut pag. 259.
Ablativus absol. 143. futuri particip. act. rarior 145. substantivi c. attrib. tempus indic. 145. differt a qualitatis ablativo 146.
Accentus rhetoricus 192.
Accidens oppos. substantiae 5.
Accidere cum infinitivo subiecti 17.
Activum in passivum mutatum 13.
Accusativus *cum* infinitivo 2 seqq. accusativus *et* infinitivus 2 seqq. subiectum an obiectum? 6 seqq. in oratione obliqua 14. post verba affectuum animi 14. in exclamatione 8.
Adiectivi natura 137.
Adjectivsatz 156 seqq.
Adverbialsatz 156 seqq.
Aemilius Paullus 377.
Aequius erat 79.
Aliquis, aliquando post *nescio an* 48 sq.
Amicitiae veterum et recentiorum 323. aesthetica ratio 335. genera apud Aristot. 382.
Amicorum voluntates minus iustae 336 seq.
An simplex 31. unde ortum 32. duplex 34. in himembri [illegible] rogatione 28. in anaphora 34. post incertum, dubium [illegible] variae huius particulae significationes 34.
Annon et *neo ne* 36.
Animarum erratio 386.
Annus magnus 385.
Antecedens in periodo condita 222.

Apodosis 180. in periodo condit. cum protasi comparata 214.
Attractionis genus 13 seq.
Augustanae confessionis causa 358 seq.

B.

Behauptungsfrage 52.

C.

Casuum et enunciationum comparatio 165 seq.
Censendi causa 129.
Chiasmus 202.
Ciceronis Cato M. 16, 56. pag. 53. ibid. 6, 20. p. 54. *Ep. ad Fam.* II, 5. p. 31. VI, 7. p. 45. *Laelius* 6, 20. p. 52. ibid. 4, 14. p. 238. ibid. 16, 56. p. 239. *Offic.* III, 12, 50. p. 28. ibid. I, 21, 72. p. 55. *Somnium Scip.* pluribus locis pag. 394—410. Tuscul. I, 1. p. 204. ibid. 16, 32. p. 260. Verrin. I, 47, 122. p. 30.
Circumlocutio 173.
Claritas poeticae orationis 209.
Collocatio verborum in constructione observanda 11. 183 seqq.
Concessivae particulae 100.
Concinnitatis vis 135.
Conclusio ex connexo 213.
Conditionalia tempora 68. 71. 74. 80. 226. 231.
Conditio res sumta 214. pars enunciationis praeter subiectum et obi. 172. conditionis periphrasis 176.
Congruens in periodo condition. 233.
Coniunctiones 98.
Coniunctivi vis 86. praesens et praeter. 89. genera 90. 97. causa interna 103. externa 104.
Coniunctivus post *nescio an* 39. Germanorum et Lat. compar. 59. in conditione 66. subiunctivus appellatur 82. absolutus 88. 257. 279. relativus 96. in suspensa et obliqua oratione 108. interrogationis 108. in periodo condit. 215. 218. in sumtione 223 seqq. post *ut* 246 seqq. relativae enunciationis 106.
Consecutio rerum 149. altera relationis ratio 169.
Consociatio et dissociatio in relatione 171.
Constructio enunciationum 152 seqq.
Constructionis ratio e collocatione verborum repetenda 11.
Constructionum duarum confusio 2.
Contrarie et contradictorie opposita 36.
Cornelius Nep. Timol. I, 1. p. 54. *Pelopid.* 4. p. 148.
Credere 74.
Critica ars 363.
Cum particula coniunct. 99.
Cunque pronominibus vel particulis adiunctum 103.

D.

Dandi sumtio 217.
Dati sumtio 216.
Debere compar. cum gerundio 78.
Definitiva enunciatio 173.
Deliberativa vis coniunctivi 93.
Dependenz 157.
De via 395.
Diluvium 385.
Disiunctivae interrog. genera 36.
Dissociatio a concessiva periodi ratione distinguenda 152.
Donec 101.
Dubitatio vera post *haud scio an* 40. simulata ibid.
Dummodo 101.

E.

Effectus ab eventu disting. 252 seq. effectus duplex necessitas 17.
Ellipsis in coniunctivi usu? 83 seqq. logica, grammatica 158.
Enallage temporum imperf. et plusquamperf. nulla 72. repudianda in periodo condit. 236.
Enunciatio secundaria 88. alicuius casus locum sustinens 164 seq.
Enunciationum constructio 153. divisio in substantivas, adverbiales, adiectivas 281. declinatio 165. 262. enunciationis cuiusque locus 179. initium 192. finis 193. media verba 195.
Esse non regit casum 3. 5.
Etsi, *etiamsi* 100.
Eventus et effectus disting. 252.
Excidere et *exscindere* 396.
Exponere et *proponere* 408.
Exustio mundi 384.

F.

Ficti sumtio 220.
Fingere in sumtione quid sit. 220.
Finis ab effectu et eventu disting. 254.
Forsitan 24.
Futurum exactum 67. participii pass. 131.

G.

Gerundii nomen 111. natura 122 seq. significatio activa ex passiva ducitur 129. casus 124. a gerundii usu solemni fit duplex discessio 126.
Gerundium est verbale 128. a participio fut. pass. disting. 128. 398 seq.

Gerundivum 130. a participio fut. pass. distinguitur 131.
Gymnasiorum frequentia nimia 344 seqq. fines aptius constituti 349.

H.

Haud et *haut* 44.
Haud scio an differt a *nescio an* 27. 44. rhetorice dicitur 39. verecunde 40. 45. ad leniendam sententiam 41. de simulata inscientia 45. rarum apud Livium 45. post *Mea quidem sententia* 53. adverbialiter 55. pro *imo*, *vel potius* 56. in comparatione 56.
Haud sciam an 42.
Hermeneutica ars 365.
Historica interpretatio 366.

I.

Imperfectum et plusquamperf. in periodo condit. 219. 234. conditionale 221.
Incisa 197.
Indicativi vis 85.
Indicativus verborum *debere*, *decere*, *posse* 59. in conditione 66.
Infinitivi vis 86. declinatio 111.
Infinitivus cum accusativo 4. post *fieri*, *accidere* 17. post *tempus est* al. 175.
Infixa caelo et *in caelo* 401.
Inhaerentia 5. 148. 157. 169.
Interpretatio 296. grammatico historica, philosophica 297. 365. moralis 367. synthetica et analytica 301 seq. stataria et cursoria 306.
Interpretationis fructus 298. cautiones in ea adhibendae 299 seqq.
Interrogatio duplex 28.
Intransitivorum verbb. tertia persona 119 seq.
Inversio 32.
Is es et *tu is es* 409.
Iterum absens consul et *iterum cons. abs.* 395.
Iubere seq. *ut* 18.

L.

Latine loquendi initia 272.
Legum scholasticarum ratio 210 seqq.
Liberandarum et *liberatarum Theb.* 148.
Licet cum dativo et infinit. 14.
Livius IX, 5, 6. p. 56.
Locutio ad sensum accommodata 147.
Logicus ordo verborum 185.
Longum est enarrare 78.

M.

Membra periodi 196.
Modus finitus post verba sentiendi et declar. intercedente pronomine vel particula 10. conditionalis (vid. sub h. v.) 74. potentialis (vid. sub h. v.) 233. rei aut descriptione aut comparatione declaratus per *ut* 251. 262.
Mors voluntaria 383. 400.
Mundi exustio vel inundatio 384 seq.
Mögen 93.

N.

Ne prohib. 21. post *cogitare* pro cavere 261. *ne* interrog. post *haud scio* 46.
Necessitas subiectiva et obiect. 60. 77.
Nemo post *nescio an* v. *haud scio an* 49. 53.
Nescias an 43.
Nescio an 24. signif. *fortasse* 42. adverbialiter 55. differt ab *haud scio an* 44. pro *opinor* 45. pro *nescio annon* 46.
Ni v. *nisi* compar. cum *si non* 65.
Nomina quartae declin. a supino disting. 114. in *io* 114.
Nullus et *ullus* post *haud scio an* 53.
Numerus rhetoricus 203.

O.

Ób nicht et *ob nicht* 93.
Obiecti necessitas 172.
Obiectum circumscribitur 175.
Oceanus an adiectivum? 405.
Officii significandi ratio 78.
Oppositio verborum consideranda 202.
Optativa vis coniunctivi 90.

P.

Parenthesis 197. 201.
Paullus L. Aemilius 377.
Participium post *video* et *audio* 9. passivi praeter. post *volo*, *nolo*, *oportet* 9. perfecti pass. et futuri act. a supino ducitur 118. futuri pass. praeter gerundivum? 132. futuri pass. ad tempus praesens refertur 147. idem pro praeter. 148. non caret temporis nota 132. substantivi locum occupat 139. adiectivum verbale 137. pro substantivo 140. pro infinitivo 141. praeteriti pro praesenti 148. praeteriti causam v. effectum declarat 150. concessiva vel conditionali vi 151. ad consociationem vel dissoc. indicandam 152. sequente pronomine eiusdem personae non eodem casu 147.

Participii explicandi studium Germanorum 135. propinquitas cum praedicato triplex 139 seq. ablativus 142. 146.
Particulae ratiocinativae 98. finales 98. causales 90. 149. 170. concessivae 100. 149. conditionales 100. simulatae conditionis 100. illativae 140. 177.
Parumper 397.
Parcae Sirenibus accinentes 384.
Passiva cum nominativo et infinit. 13.
Periodus condition. 212 seqq.
Periphrasis 173 seqq. 197.
Periphrastica coniugatio 120.
Permissiva vis coniunctivi 93.
Philologiae contemtus 356.
Philosophiae munus in interpretatione script. sac. 362. 370.
Plinius Epist. X, 34. p. 147. Paneg. 64. p. 28.
Poetica collocatio verborum et rhetorica 187. 205 seqq.
Poeticae orationis pulcritudo 206.
Possum pro *possem* 79.
Praedicatum in coniunctivi usu 86. duplicem affert causam coniunctivi 88. refertur ad participium 139.
Praesens coniunctivi et imperfectum 18. et praeteritum conditionale 226 seq. 233.
Priusquam cum indicativo 201 seq.
Pronomina indefinita 49 seq.
Pronominis accusativus omittitur 10.
Proponere et *exponere* 408.
Prosa oratio a poesi distinguitur 185.
Protasis 180.
Protestantium dissensio inter ipsos 369. libertas 371.

Q.

Quando et *quandoque* 407.
Qui non 19.
Quin 19 seq.
Quis et *quid* 402.
Quispiam 49.
Quisquam post *nescio an* v. *haud scio an* 46. 47. 50. 52.
Quoad 101.
Quod et *ut* 15. 16. pro *quod attinet ad id quod* 16.

R.

Relatio notionum vel construct. 4. casibus nominum significatur 165.
Relationis triplex munus 5. ratio in enunciationum compositione 198.

Relativum, pronomen particulae coniunct. locum sustinet 102. relativae enunciationis coniunctivus 106.
Repugnantiae genera in logica arte 36.
Rhetorica dicendi vis varia 62 seq. ars et poetica 187.

S.

Sacrae scripturae interpretatio 360 seqq.
Scholasticae institutionis accusatio et defensio 264 seqq. 342 sq.
Scio an 38.
Scipionis Afric. mai. ingenium 380 seq. *Afric. min.* 377. 382.
Scriptorum veterum usus in scholis 292 seqq.
Secundaria enunciatio 88.
Sensui accommodata locutio 147.
Si rhetorice 63. pro *etsi*, *etiamsi* 63. 223. pro *num* 64. pro *utinam* 64. omissum 65. condition. 214. pro *quia*, *quoniam* 221. p. *quando*, *cum* 222. *si quis* p. *quisquis* 222.
Sirenum cantus in caeli orbibus insidentium 384.
Somnium Scipionis est qui neget esse Ciceronis 374. huius libri partes 382 seq. aesthetica ratio 387 seq. dicendi genus 389. aliquot loci explicati 394—410.
Somniantium divinatio 380.
Sonus in enunciationibus 190.
Sphaerarum soni 384. 403.
Subiecti necessitas 172. periphrasis 174.
Subiunctivus 82.
Substantivum pro participio 145.
Substantivata 156 seq.
Sumtio dati 216. dandi 217. [illegible] 220. sine particula 215.
Sumtionis coniunctivus 97. vis et ratio 214 seq.
Sunt qui cum coniunctivo 104. cum indicativo 105.
Supinum 110. in *um* 114. in *u* 115. verborum quid significet 116. quorum potissimum sit verbb. 117. cum *ire* coniunctum 117. ab infinitivo distinguendum 117 seq.
Syntaxis 153. 166.
Symmetria verborum et enunciationum 294.

T.

Tamquam 100.
Tempora conditionalia vid. sub voce condit.
Terent. Andr. III, 4. 21. p. 33. III, 2. 44. p. 40. Heaut. III, 2, 30. p. 29. Phorm. II, 3, 45. [illegible] 31. V, 2, 9. p. 44.
Transversus et *adversus* 404.
ad Tutandum remp. et *ad tutandam rempp.* 398.

U.

Ullus post *nescio an* v. *haud scio an* 46. 49.
Unquam post *nescio an* v. *haud sc. a.* 51.
Ut particulae natura 237 seqq. diversae significationis causa 250. *ut* post *censeo*, *placet* 9. p. verba sentiendi et declar. intercedente voce demonstrativa 9. post verba volunt. 18. p. *par est*, *sequitur* 238. p. *verisimile* 239. p. *vereor* 242. p. *curare*-sim. 255. p. *esse* 255. p. *is*, *talis* 254. et *quod* 15. finale 98. comparativum 251. ostensivum 252. declarativum 256. absoluto coniunctivo praepositum 258. suspenso coniunctivo praepos. 258. cum coniunctivo subiecti locum sustinet post *fit*, *sequitur*, *tantum abest* 258 seq. cum coniunctivo obiecti locum sustinet 260. cum coni. dativi 261. c. coni. ablativi loc. sust.
Ut non 22.
Uti pro *ut* 23.
Utinam 102.
Utrum — an 29.

V.

Varietas poeticae orationis 206.
Velim et *vellem* 91.
Verba quae cum accusativo et infin. iungi solent, quando adsciscunt *ut* c. coniunctivo 8. eadem verba c. nominativo 14. quae nunc infinitivum solum, nunc accusativum c. infinit. secum iungunt. 10 seqq. auxiliaria distinguenda ab absolutis 12. affectum animi significantia cum accus. et infin. 14. eadem ad consecutionis rationem pertinent 15. voluntativa 16. metuendi 22.
Verborum ordo 399. collocatio 183 seqq. aliquorum certus locus 188. intransitivorum tertia persona 119.
Veritas orationis poeticae 210.
Videre ne vel *ut* 22.
Vigor orationis poeticae 208.
Voluntativa verba 16.
Voluntaria mors 383. 400.

W.

Widerlegungsfrage 52.

CORRIGENDA.

Pag. 11. v. 20. pro *verba, si*, leg. *verba si,*
— — v. extr. pro *iustus. volo* leg. *iustus; volo*
— 16. v. 22. pro *videtur, ad* leg. *videtur ad*
— 17. v. 8. pro *ita sic* leg. *ita, sic*
— — in not. v. 6. pro *Verbum* leg. *verbum*
— 39. v. 27. pro *sit, non* leg. *sit (non*
— — v. 29. pro *debes (pro* leg. *debes, pro*
— 54. in not. v. 19. pro *ratione et potius* leg. *ratione potius*
— 65. in not. v. extr. pro *not.* 8. leg. *not.* 7.
— 69. in not. v. 25. pro *not.* 12. leg. *not.* 13.
— 77. v. 26. pro *not.* 2. leg. *not.* 3.
— 169. v. 23. pro *particulae* leg. *particulam*
— 176. v. 6. pro *referatur vocem* leg. *referatur, vocem*
— 269. v. 31. pro *quos* leg. *quas*
— 332. in not. v. 7. pro *ἀντιπεπονθάσι.* leg. *ἀντιπεπονθόσι.*

3 2044 013 540 729